



TAYLOR INSTITUTION
DOMI NUS ILLU MINA TIO MEA



Recpt. Room 2. c.

~~[illegible]~~

~~[illegible]~~

Sal. D. g.

LES BIBLIOTHÉQUES FRANÇOISES DE LA CROIX DU MAINE ET DE DU VERDIER

SIEUR DE VAUPRIVAS;

NOUVELLE ÉDITION,

DÉDIÉE AU ROI,

Revue, corrigée & augmentée d'un DISCOURS SUR LE PROGRÈS DES LETTRES EN FRANCE, & des Remarques Historiques, Critiques & Littéraires de M. DE LA MONNOYE & de M. le Président BOUHIER, de l'Académie Françoise; de M. FALCONET, de l'Académie des Belles-Lettres.

Par M. RIGOLEY DE JUVIGNY, Conseiller Honoraire au Parlement de Metz.

TOME SIXIÈME.



A PARIS,

Chez { SAILLANT & NYON, Libraires, rue S. Jean de Beauvais.
MICHEL LAMBERT, Imprimeur, rue de la Harpe, près S. Côme.

M. DCC. LXXIII.

SUPPLEMENTUM

EPITOMES

BIBLIOTHECÆ GESNERIANÆ,

ANTONIO VERDERIO

DOMINO VALLIS-PRIVATÆ

COLLECTORE;

BERNARDI MONETÆ,

ACADEMIÆ GALLICÆ SOCII,

ET VARIORUM NOTIS ILLUSTRATUM.



JOANNES-ANTONIUS RIGOLEY DE JUVIGNY,

LECTORI.

QUANTAM elegantiarum eruditionisque ſegetem ab excidio Urbis Conſtantinopoleos, cujus è ruinis per totum latè Occidentem diſſipatis efflorеſcere cœpit conſepulta dudùm vis ingeniorum, ad finem uſque ſexti-deçimi ſeculi, Reſpublica Literaria protulerit, luculenter explicant cùm Bibliotheca Geſneriana, tùm Supplementum à Verderio additum.

QUÒD autem Latinum illud Supplementum Gallicæ Bibliothecæ adtexuerim, aliquis fortè mirabitur; contendetque operæ pretium fuiſſe à Verderianâ Bibliothecâ illud ſejungere, Geſnerianamque eo Supplemento amplificatam recudere. Neque negaverim, hoc in labore & utilem & laudabilem operam ab erudito viro poſſe collocari. At ſatis mihi ſit, hâc potiſſimùm ætate,

quâ effervescit quidem ingeniorum impetus, sed plerùmque malè consultus, quòd duo præstantissima Literarum Gallicarum Monumenta ab interitu revocaverim, eaque novis atque uberrimis additamentis locupletata publici juris fecerim: quòd in totius operis limine, cùm *de Literarum in Galliâ progressibus* dissererem, non reformidaverim antiqua & sincera sanioris Literaturæ principia adstruere, & fermè jam profligata exsuscitare; perniciosa insanientis sapientiæ deliria aperire atque explodere: hominum quos veritas læderet, obtrectationes haud veritus. Neque me unquam, vel inter obstrepentes contumelias, Literis & Patriæ inservire pœnitebit.

At novos labores in recudendâ Bibliothecâ Gesnerianâ exsudare neque mens est mihi, neque tempus suppetit. Quàm immensum enim opus foret, persensi, cùm ad emendandum Verderianum Supplementum, animum applicui. Quàm multa occurrêre aut in Scriptorum nominibus, aut in Librorum titulis, fœdè truncata, vel fœdiùs deturpata! Quàm multa omissa! Quàm multa absona ac prorsus barbara! Vix adfulgebat spes

tanta taliaque vitia emendari, corrigique posse; præsertim cùm vir sagacissimus, & in eo studiorum genere summus, BERNARDUS MONETA hastas abjecerit, suisque in adnotationibus medelam corruptis locis afferre, se non posse ultrò sit professus.

AC mihi quidem jacebat animus ejusmodi exemplo deterritus, ni reputassem in Bibliothecâ Regiâ Libros, in Supplemento memoratos adservari; quos cùm consulere voluissem, adfuit vir egregius & literatis omnibus viris amicissimus CL. CAPPERONNIER, Bibliothecæ Regiæ Custos, qui non modò libros sponte ac libens obtulit, sed pro suâ humanitate, errata quàmplurima corrigere ipse in se recepit.

FATEBOR tamen quosdam errores in Verderiano Supplemento etiamnum hærere, quòd nempe libros memoret qui vel penitus interiêre, vel ita delitescunt in curiosorum scriniis, obscurisve Bibliothecarum latebris, ut eos eruendi, nulla mihi copia fuerit. Iis ergo erroribus eruditum Lectorem oro atque obtestor ne graviùs offendatur, quàm clementiùs labori indulgeat meo; cùm imprimis tot

alia errata deterſerim, ut cuivis editionem meam cum antiquâ comparanti liquebit.

MONETANAS adnotationes noſtraſque ſignorum diverſitas diſcriminabit. Illas numeri Arabici, has Aſteriſci indigitant. Neque ſilebo in his adnotationibus me ſæpiſſimè eſſe uſum operâ & diſquiſitionibus HIERONYMI RICHARD, Presbyteri Divionenſis, nunc Canonici Vezeliacenſis, mihi inter familiares addictiſſimi.

QUANTUSCUMQUE autem fuerit in his Gallicæ Literaturæ antiquitatibus inveſtigandis & per ſex volumina digerendis à me impenſus labor, ea ſola ſtudiorum præmia quæſivi quæ virum ingenuum decent, utilitatem publicam, Literarum dignitatem, Patriæ ſplendorem. Id unum votis expeto, proborum ut adſint eruditorumque virorum ſuffragia. Ingens erit & acceptiſſima merces iis placuiſſe, penès quos eſt de ſcriptis & ſcriptoribus judicium atque arbitrium. VALE.

SUPPLEMENTUM

SUPPLEMENTUM
EPITOMES
BIBLIOTHECÆ GESNERIANÆ,
BERNARDI MONETÆ,

Academiæ Gallicæ Socii, notis illustratum;

Quo longè plurimi libri continentur qui Conrad. Gesnerum, Jos. Simlerum & Jo. Jac. Frisium postremum hujusce Bibliothecæ locupletatorem latuerunt, vel post eorum editiones typis mandati sunt ANTONIO VERDERIO Domino Vallisprivatæ collectore.

Adjecta est, ob subjecti similitudinem, Bibliotheca Constantinopolitana; qua antiquitates ejusdem urbis & permulti libri manuscripti in hac extantes, recensentur. Accessit & de Calcographiæ inventione Poëma encomiasticum, olim ab Jo. Arnoldo Bergellano conscriptum, nuncque suo candori restitutum.

ANTONIUS VERDERIUS

LECTORI, S.

MULTIS abhinc menſibus (benevole Lector) quoddam quaſi ſupplementum Geſnerianæ Bibliothecæ poſt hanc eamdem operam à Conrado Lycoſthene, & Joſia Simlero ſemel atque iterùm præſtitam ſubſecivis horis informaveram : in id quater mille Authores atque eo amplius cùm ex mea quæ non eſt inter minimas computanda, tùm ex variis hinc indè bibliothecis excerptos, ſed qui Geſnerum ejuſque locupletatores latuerint ad ſtudioſorum utilitatem congeſſeram. Cùm meam hanc opellam jam eſſem publicaturus, ecce tibi eadem Epitome à Joanne Jacobo Friſio anno ſuperiori Tiguri multis partibus cæteris editionibus auctior facta, prodiit : qui, quæ eſt in univerſi generis ſcriptoribus indagandis ſolertia, ex imperatoris Bibliotheca quæ Viennæ in Auſtria eſt, ingenti voluminum manuſcriptorum ſupellectile refertiſſima, magnum Geſnerianæ Bibliothecæ operæ precium fecit : hinc factum eſt ut ab incœpto deſiſterem, cùm viderem me ab eo fuiſſe præventum. Verùm cùm aliquantò diligentiùs poſteà illius atque meam operam contuliſſem, non me prorſùs ab eo omni mei laboris fructu privatum eſſe deprehendi ; reliquit enim ultrà ſeſqui-mille libros quos non attigit : reſtabant quin-etiam & ii, qui nuper tantùm lucem aſpexerant. Idcircò ad primum propoſitum meum reverſus, has meas lucubrationes in hominum

manus, publicumque conſpectum adducere decrevi, & loco appendicis ad Bibliothecæ Epitomen addere, tantiſper donec ea iterùm typis mandetur: tunc enim meum hoc additamentum propriis locis juxtà literarum ſeriem inſeri poterit. Et ſi à Froſchovero qui ſæpè hanc Epitomen ſuis typis mandavit fuero admonitus, maximam adhuc librorum farraginem olim impreſſorum ſuppeditabo: nam etiam nunc cùm extremam manum operi huic imponerem, plurimi ſeſe mihi obtulerunt. Spero quoque me quotidiè numerum aucturum, hinc indè conquirendo, præcipuè Pariſiis & Venetiis, quæ duo itinera intrà biennium, Deo volente, confecturus ſum. His exiguis quidem, ſed fortaſsè non infructuoſis meis vigiliis, Lector, fruere: ſcito autem me nunc ampliſſimam ſcriptorum Italicorum Nomen-claturam apparare, in qua diffusè quos libros ſinguli eo ſermone conſcripſerint, aperio, argumento quin-etiam ſæpiſſimè ſingulorum librorum explicato. Quod opus propè diem, ſi Deus dederit, emittam: ſicut enim Gallicam Bibliothecam nuper in vulgus protuli, ita non abs re mihi facturus videor, ſi & Italicam ubi hominum ingenia florent, propter mirificum meum in eam linguam amorem, in ſtudioſorum gratiam & utilitatem emiſero. Vale & utcumquè diligentiam quam utcumquè hìc adhibuimus, tuo favore proſequere. Lugduni ex Muſæo noſtro IIII Calendas Decembris CIↃ IↃXXCIV.





SUPPLEMENTUM EPITOMES BIBLIOTHECÆ GESNERIANÆ,

BERNARDI MONETÆ,

Academiæ Gallicæ Socii, notis illustratum.

ABBATIS ANTIQUI [1] Lectura aurea super v. lib. Decretalium. Argentorati in-folio excudit Schotus 1510.

[1] Abbas hic vocatur *Antiquus* quòd ætate præcesserit Siculum illum Abbatem simplici Abbatis nomine inter Juris Canonici scriptores notissimum. Qui autem Argentinæ opus excudit Typographus, non *Schotus* scribi debuit, sed *Schottus;* Joannes nempè *Schottus* Joannis Mentelii, quem Typographicæ artis inventorem quidam faciunt, è filia nepos.

ABDIÆ [1] PRÆTORII, de Phrasibus Hebræis commentariolus. Vitebergæ, 8°. excud. Joann. Lufft. 1561.

[1] Godeschalcus primo, deindè Abdias, eodem sensu, nempè Dei servus, dictus est. Die Martis 28, anno 1524 natus. Obiit 9 Januarii 1573, ætatis

49, Wittembergæ. (Cavendum ne Authoris illius ſcripta tribuantur alteri Monacho ejuſdem nominis Germano, è Benedictinorum familiâ, qui ſeculo 9 floruit).

ABEN-TYBBON, Rabi, Phyſica Hebræa, quæ Spiritus gratiæ inſcribitur, Latina facta. Colon. in-8°. excuſa per Joannem Soterem, 1555.

ACHILLIS STATII, Luſitani, oratio obedientialis ad Gregorium XIII, Sebaſtiani I, Regis nomine. Romæ apud Heredes Anton. Bladi 1574 [1]. Ejuſdem in Ciceronem de optimo genere oratoris commentarius. Lovanii apud Servatium Saſſenum, 1552. In artem Poëticam Horatii. Antuerpiæ apud Hutrum, 1553. Monomachia navis Luſitanæ, & inſignia Regum Luſitaniæ verſibus ſcripta. Romæ apud Joſephum de Angelis, 1574. Achillis Statii de electione, præfectione, coronatione Henrici Regis Poloniæ. Romæ, apud heredes Ant. Bladi, 1574.

[1] Achilles Statius XII Junii 1524 Vitigeriæ trans Tagum natus, obiit Romæ 17 Septembris 1581, ætatis 57.

ADAMI BLACUODÆI [1] de conjunctione Religionis & imperii libri duo; quibus conjurationum traducuntur inſidiæ fuco religionis adumbratæ, Pariſiis 8°. apud Michaëlem de Roigni, 1575.

[1] Hujus Mortui uxor Franciſco Mothæo Vayerio nupſiſſe dicitur (in hunc ſcriptorem, *v. Mem. de Niceron. tom. 22. nom. Ad. Blacuod.*).

ADAMI SENIORIS, Monachi Ordinis Ciſtercienſis Strenæ, ſeu Conciones capitulares. Impreſſæ Pariſiis, in-4°. apud Matthæum Davidem, 1558. [1]

[1]. Vixiſſe dicitur Monachus hic, anno 1368, & plures libros ſcripſiſſe, quos inter ſtrenæ ſive conciones, hîc memoratæ, non referuntur.

M. ADAMUS, Canonicus, Hiſtoriam Eccleſiaſticam à Caroli Magni, uſque ad imp. Henric. IV. ſcripſit ante annos quingentos quæ nunc è tenebris in lucem eſt vocata, in-4°. Hafniæ 1579 [1]

[1] Scribebat Adamus ille, Canonicus Bremenſis, ſub finem undecimi ſeculi.

ADRIAN. PULVÆUS. ad L. Attiniam. Parisiis, apud Vincent. Sertenas, 1558. Idem de rei alienæ distractione, ibidem.

ADRIANUS TURNEBUS. C. Plinii secundi Veronensis xxxvi libros naturalis historiæ Præfationem, ad veterum codicum fidem emendavit & annotationibus illustravit, Lutetiæ in-4°. apud Michaël. Vascosanum, 1556. [1]

[1] Habetur, pag. 387, tom. 1, opusculorum Turnebi Argentinæ, anno 1600, editorum. in-fol.

ADRIAN. TURNEBI, Philosophiæ & Græcarum literarum Regii Professoris commentarius, in primum librum carminum Horatii. Ejusdem Turnebi in locos obscuriores Horatii commentarius, Parisiis in-8°. apud Mart. Juvenem, 1577. [1]

[1] Habetur ibidem, pag. 306.

ÆGIDIUS BETSBRUGIUS, De usura centesima, triente, semisse, & aliis.

ÆGIDIUS COLUMPNIUS, Romanus, ordinis frat. [1] Hæremitarum S. Augustini, librum titulo Correctorium corruptorii edidit, adversùs Gulielmum Lamarensem minoritam, qui cùm Bonaventuræ Cardinalis doctrinam præ cæteris omnibus sublimaret, librum inscriptione Correctorium operum Thomæ, in luce paulò antè prodierat.

[1] Malè hic *Haremitarum* scribitur, pro *Eremitarum*, & pejus *in luce paulò antè prodierat*, pro *in lucem prodiderat*, &c. quod autem *columpnius* scribitur, qui *columnius*, vel *columna* scribi debuit, illius qui librum edidit, error est, non Verderii. Obiit Ægidius 22 Decembris 1316, ætatis 69. *

* Augustinianorum familiæ præpositus Generalis electus An. 1292, paulò post in Archiepiscopum Bituricensem assumptus est. Idem Ægidius de Româ dictus est.

ÆGIDIUS PERIANDER, in unum congessit & in lucem mandavit Hortos tres Amoris amœnissimos, quorum primus præstantissimorum Poëtarum Italorum nostri seculi flosculos, & plantulas odoriferàs continet; secundus verò hortus, floribus illustrium Germanorum Poëtarum est consitus, & tertius illus-

trium Galliæ Poëtarum flosculis & arbustis consitus, in quibus ingeniorum, stylique suavitates Gallici, lectoribus ob oculos ponuntur, [1] cum ejusdem Periandri in eosdem Elogiis brevi carmine comprehensis. Impress. Francofurti ad Mœnum à Sigismundo Feyerabend. 1567.

[1] Hortorum illorum collector, idem est, qui & latinis versibus elegiacis Tyli Ulenspiegelii famosi Scurræ Germani, vitam scripsit.

ÆGIDII PERRINI, Officialis de Josayo, Titulus de verborum ac rerum significat. ff. ex germana veterum fide repositus. Titulus de reg. juris, tùm ex Pandectis, tùm ex Decretalibus & sexto. De gradib. affinitatis ex Pandectis. Rubricæ omnes Cæsarei ac Pontificii juris: omnia hæc ab eodem Perrino in Enchiridion redacta, Lugd. in-16. apud Germanum Rose, 1547.

ÆGIDII WIITSII, Jureconf. Brugensis, de continendis & alendis domi pauperibus, & in ordinem redigendis validis mendicantibus Consilium, Antuerp. in-8°. apud Guil. Silvium, 1562. [1]

[1] Pauca nos de illo, in dissertatione Gallicè scripta de Pomponio Læto, nostris ad Bailletum animadversionibus inserta, ubi duos de Romanis Magistratibus libellos, L. Fenestellæ diù falsò adscriptos Ægidii Wiitsii opera Dominico Flocco Genuino eorum scriptori restitutos, Antuerpiæ 1561, primùm prodiisse notavimus. Consiliarii ac Pensionarii Brugensis, titulos assumebat.

ÆLII ANTON. DE NEBRISSA tractatus de componendo horologio. Impressus in Hispania. *

* Obiit (Compluti) 2 Julii 1522, ætatis 77. (Bonarum Literarum restitutioni multùm contulit Professor egregius; primùm, Salmanticæ per viginti annos, dein Compluti ad extremum vitæ).

ÆLIUS ANTONIUS NEBRISSENSIS, Aurelii Prudentii Clementis viri consularis opera, commentariis haud pœnitendis illustravit. Antuerpiæ in-8°. excudit Martinus Cæsar, 1536.

ÆMILII DUSI, Physici ac Medici Braidensis, de tuendâ valetudine liber. in-8°. Taurini, 1582.

ÆMILII PERROTI, Parisiensis Jureconf. ad Galli formulam

Iam & ei annexam Scævolæ interpretationem Gloſſæ. Lugduni in-4°. apud Seb. Gryphium 1533 [1].

[1] Dimidiam ferè ipſi, in Italiâ Maroſticæ degenti, epiſtolarum ſuarum partem Venetiis ſcripſit Petrus Bunellus, annis 1531 & 1532. Mortuum, multis laudat Vidus Pibracius Epiſtolâ ad Michaëlem Hoſpitalium, quæ inter Oiſeli opuſcula, pag. 660 habetur. Laudat & Jacobus Labittus Epiſtolâ, quâ ſuum Legum indicem dicat Michaëli Fabro. Deſignat eum Hoſpitalius, Libro Epiſtolarum tertio, his ad Joannem Bellaïum Cardinalem verſibus.

> . . . . . . Docto Comitatus amico
> Æmilii verum cui ſuaviloquentia nomen
> Impoſuit.

διὰ, ut Plutarchi in Numa verbis utar, τὴν ἐν τοῖς λόγοις τῦ ἀνδρὸς αἱμυλίαν ϗ χάριν.

AGATIUS GUIDACERIUS, [1] Calaber, Canticum Canticorum Salomonis, ex Hebræo in Latinum, Romæ vertit, explanavitque. Pariſiis in-4°. ex officinâ Gerrardi Morrhii, 1531.

[1] Calaber ex oppido Rocca, Theologiæ Regius Profeſſor fuit Lutetiæ, quo ſe anno 1527, direptionem Romæ fugiens, receperat. Obiit 1542, ætatis 65. Malè Hiſpanum eum facit Lambinus, Epiſtolâ quâ Horatium ſuum, Carolo IX, dicat, ibid. Aprilis 1561. De Guidacerii libro quem *Peculium* inſcripſit & Lutetiæ 1537, Typis Chriſtiani Wecheli edidit, videatur Geſnerus in Bibliothecâ.

ALARDUS AMSTELREDAMUS, Eraſmi Bucolicon primum edendum curavit, & ſcholiis illuſtravit [1]. Mulierem juxtà omnes inventionis Dialecticæ locos explicavit. (Coloniæ 8°. excudit Hero Alopecius 1539. Deſcripſit etiam Baptiſmum Chriſtianum, juxtà omnes locos inventionis Dialecticæ, accuratamque orthodoxorum obſervationem, Salingiaci in-8°. apud Joan. Soterem, 1539.

[1] Eraſmi famæ non optimè conſuluit Alardus, cùm Bucolicum illud edidit, Ecloga eſt verſuum paulò plus centum, Pamphilus ſivè ἔρως inſcripta, abortivus prorſum fetus, ideòque inter Eraſmi opera, nec in Baſileenſi editione, nec in Lugduno-Batava relatus. Obiit Alardus 1541.

ALBERICI GENTILIS, [1] de juris interpretibus, Dialogi ſex. Ejuſdem lectionum & epiſtolarum, quæ ad jus civile

pertinent, libri duo. Londini quarto apud Wolfium, 1584.

[1] Obiit Londini 19 Julii 1608, ætatis 58. De eo Bælius voce *Gentilis* (*Albericus*) honorificentiùs loquitur, quàm fortè feciffet, fi quafdam Thomæ Savilii, Joannis Hotomani, & Henrici Cuffii epiftolas, Francifci Hotomani epiftolis, Amftelodami 1700 editis, adjunctas, pag. 274, 306, 321 & 327 legiffet, ubi fincerè & liberè de Alberico judicatur; nulla enim fides habenda epiftolæ ad Matthæum Gentilem Alberici patrem, ibi pag. 260 fcriptæ, quâ Joannes Hotomanus Alberici eruditionem, & eximiam in jure civili doctrinam, prædicat. Blanditiæ enim meræ funt & officiofum mendacium. (De eo vid. Mem. Niceron. tom. 15 & 20). Erat Italus ex ditione Ecclefiafticâ. Eadem familia nobilis, viget adhuc Romæ fub eodem nomine. (Mathæus & Albericus, Novatorum opinionibus imbuti, ex Italiâ fugerant).

ALBERICI LONDONENSIS, Allegoriæ Poëticæ, feu de veritate ac expofitione poëticarum fabularum, libri quatuor. Parifiis *in*-4°. apud Joan. de Marnef. 1520.

[1] Integra hæc eft procul dubio Alberici, five Albrici illius Philofophi editio, cujus ignoratæ minutum duntaxat compendium cum Hygino, Fulgentio & Lactantio Placido quotidiè prodire folet. Vidi olim ego penes nobiliffimum Hohendorffium Parifis manufcriptum in Membranis hujus Alberici codicem, vicies vulgatis ampliorem, quem in Cæfareâ Bibliothecâ nunc repofitum audio. Albericum anno 1217 claruiffe, Lelandus & alii memorant, qui de Anglicis fcriptoribus egerunt. (Forfan hic Albericus dictus Londinenfis, eft idem cum Alberico natione Gallo, Monacho Cluniacenfi, dein Cardinali & Epifcopo Oftienfi, Legato in Scotiâ & Angliâ, qui Concilium Weftmonafterienfe habuit, anno 1138; quamvis tempora priùs affignata non confentiant cum vitâ & morte iftius).

ALBERTI LEONINI, Theoria motuum cœleftium referens doctrinam Copernici ad mobilitatem Solis, 8°. Coloniæ 1583 [1].

[1] Albertus Leoninus, five Leuwius à Groenewoude Ultrajectinus, obiit 1614. De eo fusè Voffius de Scientiis Mathematicis, cap. 65, ff. 49.

ALBERTUS OLIVA, fcripfit Quæftiones varias in jure Canonico. Neapoli 1530.

ALBERTI NOVICAMPIANI, de corruptiffimis hujus feculi moribus, oratio. Lugduni, in-12. apud Alexandrum de Marfiliis 1572.

ALDEBRANDINUS CALVALCANTES [1], Florentinus ord. D. Auguftini, conciones multas compofuit, quas fermones

Quadragesimales appellat. Item sermones Dominicales, sermones Historiales, sermones Festivos. Extant Florentiæ in Bibliothecâ Sancti Spiritus.

[1] Vivebat anno 1385. Aldobrandinum nominat qui ejus post Verderium meminit Thomas Gratianus.

ALDI MANUTII PAULI F. ALDI N. in Ciceron. de Rhetoricâ libros duos, & de Philosophiâ volumina duo comment. Venetiis fol. 1584 [1].

[1] Obiit (Romæ) 1597. (Natus Venetiis Romam, petente Clemente VIII Papa, se contulit, ubi Typis Vaticanis Præfectus, obiit laudibus omnium cumulatus, sed durâ oppressus indigentiâ).

ALEXANDER COSSEUS scripsit in v. librum Cod. Lugduni apud Gryphium 1537.

ALIPHAT, Anglus Gregorii Ariminensis auditor & discipulus, edidit super primum Sententiarum, volumen egregium, quod extare solebat, Parisiis, in Bibliothecâ Augustinianorum [1].

[1] Nulla hujus apud Lelandum & alios ejus generis Anglicos scriptores mentio. Meminit verò exscriptor Verderii, Thomas Gratianus Augustinianæ Anastaseos, pag. 17. Obiit sub finem sæculi 14.

ALAMANNUS RHINUCCINUS, [1] Florentinus, Luciani dialogum qui inscribitur Charon è Græco in Latinum vertit. Basileæ in-4°. apud Andr. Cratandrum. 1518.

[1] Jacobus Philippus Bergomensis, Chronicorum supplementi libro 5. meminit Ramutii cujusdam qui Æsopicas fabulas, à se latinè redditas, unâ cum Æsopi vitâ, Antonio, titulo Sancti Chrysogoni Cardinali inscripserat. Antonio nempè Cerdano Majoricensi, qui obiit 12 Septembris 1471. Puto autem Ramutium illum non alium esse, quàm hunc ipsum Alamannum Rhinuccinum qui Philostrati Apollonium, Bruti Græcas suppositiias epistolas, Plutarchi & Luciani nonnulla latinè vertit, quique perverso variè nomine Rhinuccinus, Ranutinus, Ranutius, Rynutius, Rynnuntius, Ramutius, Remicus & Rimicius dictus est (& qui ut videtur erat Bononiensis ex Ranucciorum stirpe).

ALBERTI DE MARCHESIIS, de Cottignola ord. Minorum, artium ac Sacræ Theologiæ doctoris de Observantiâ, Soliloquium morale. Impressum Bononiæ in quarto apud Joan. Bapt. de Faellis 1529.

ALBUBATRIS, Aſtrologi liber Genethliacus, ſive de nativitatibus CCVI. capitibus conſtans. Norimbergæ in quarto apud Jo. Petrevem 1540. *

* V. Geſner. voce ALBUBATER.

ALBUMASARIS ABALACHI introductorium in Aſtronomiam octo continens libros partiales. Venetiis in-4°. apud Melchiorem Seſſam 1506.

ALEXANDRI ANGLI, Theologi vetuſtiſſimi Summa ſeu deſtructorium vitiorum. Venetiis in-4°. apud Damian. Zenarium 1582 [1].

[1] Meminit poſt Verderium Pitſeus, ignarus quo tempore Alexander vixerit.

ALEXANDRI CARRERII, I. C. Patavini de ſponſalibus & matrimonio libri V. Venetiis in-4°. apud Juntas 1582 [1].

[1] Obiit 20 Auguſti 1626, ætatis 78. Elogium ejus habetur apud Jac. Philip. Thomaſinum, partis primæ, pag. 363.

ALEXANDRI CHAMAILLARDI [1] Oratio de D. Franciſci Valeſii Delphini demortui laudibus. (Pariſiis *in*-4°. excud. Chriſtianus Wechel 1537.)

[1] Qui ducentis abhinc annis *Chamaillardi* vocabantur, eos hodiè *Chamillardos* vocamus. Quin hic ipſe Alexander, ab Oratorii Sacerdote Jacobo Longo Hiſtoricorum Francorum Bibliothecæ n. 10280, *Chamillardus* ſcribitur. Hic præterea libellum de virtutibus & vitiis Ariſtoteli tributum Latinè vertit, quæ interpretatio habetur in latinâ operum Ariſtotelis editione Baſileenſi, anni 1558.

ALEXANDRI GUAGUINI rerum Polonicarum tomi tres. Francofurti 8°. apud Sigiſmund. Feyrabend. 1584.

ALMARICI BOUCHARDI Angeliaci Sanctonum præſidis, τῆς γυναικείας φύτλης id eſt, fœminei ſexus Apologia : adversùs Andream Tiraquellum. (4°. Pariſiis apud Jod. Badium 1522.)

[1] Nonnulla de hoc Almarico, ſuprà Gallicè notavimus ad Crucimanium, voce *Amaury Bouchard.* (T. I. p. 17. Biblioth. Crucimanii hujus novæ Edit.)

ALPHARADIUS fortè ALPHARABIUS. De intellectu & intellecto. Venetiis fol. 1508 chartis 85.

ALPHONSI DACA [1] Artium & Medicinæ doctoris, libri tres de ratione cognoſcendi cauſas & ſigna, tam in proſperâ, quàm adversâ valetudine urinarum, deque earum veris indiciis, & prænunciationibus. Nonnulla tamen de febribus & diebus decretoriis. (Hiſpali in-4°. apud Alfonſum de la Barrera 1577.)

[1] Scribendum DAÇA, ut docet ejuſdem opus Hiſpanicum hoc titulo: *libro de los provechos y dânos que provienen con la ſola bevida del agua. Por Alonſo Daça*, *in-8°. Sevilla 1576.*

ALPHONSI FERRII Neapolit. de Sclopetorum vulneribus lib. 3 corollarium de Sclopeti ac ſimilium tormentorum pulvere. (Lugd. excud. Mathias Bonhomme 1577.)

[1] Fuit primarius Pauli III, Chirurgus, & publicus Chirurgiæ Neapoli Profeſſor. Italicè *Alfonſo Ferro.*

ALPHONSUS GUERRERIUS, de modo & ordine generalis Concilii celebrandi, & de Eccleſiâ Dei in priorem faciem renovanda.

ALPHONSI MORESCOTTI Ferdinandi I. Luſitaniæ Regis archiatri Compendium totius Medicinæ: In quo de complexionum arcanis judiciis, morborum præcipuorum cauſis, prognoſticis & ſignis, deque fabrica Receptarum tractatur. (Francofurti in-12. apud Chriſtophorum Corvinum. 1584.)

ALPHONSUS AB OROSCO, Hiſpanus Caroli V. Cæſaris, poſt vero Philippi Reg. Hiſpaniarum concionator ſcripſit librum orthodoxis omnibus & præcipuæ monachis utilem qui bonum certamen appellatur. (Salmanticæ impreſſ.)

ALPHONSUS A POLO, Doctor Theologus Canonicus Conchenſis, ſcripſit tractatum contra ſacerdotes concubinarios, impreſſum Venetiis *in-fol.* per Petrum Liechtenſteim. 1529.

ALPHONSI * RICII, ordinis Prædicatorum Eruditiones Chriſtianæ Religionis à ſacris doctoribus extractæ, ad Annam Francorum Regin. Chriſtianiſſimam & Britonum Duciſſam. Ejuſdem fratris Alphonſi Ricii quæſtio, quâ inveſtigatur ſi meri-

tum exiſtentis in proſperis amplius fit, quàm illius qui fert patienter adverſa. Pariſis 8°. apud Joanem Parvum.

* De eo, Bibliothecâ dominicanâ, ſed leviter.

ALPHONSUS VARGAS de Toleto, ordinis Heremitarum D. Auguſtini, Archiepiſcopus Hiſpalenſis edidit commentaria in primum Sententiarum & in librum Ariſtotelis de Animâ. Venetiis & alibi impreſſa. Claruit anno 1359.*

* (Doctor Pariſienſis, hunc commentarium in Academiâ Pariſienſi dictaverat. Redux in Hiſpaniam Epiſcopus Axumenſis factus, dein Paxauguſtenſis, & demum Archiepiſcopus Hiſpalenſis. De tempore mortis illius non conſtat; alii dicunt obiiſſe Alphonſum, menſe Octobri 1359; alii, Decembri 1366).

ALVARI GOMES, Hiſpani, de militiaprincipis Burgundiæ. Toleti apud Joannem Ayalam [1].

[1] Per hæc verba, *de Militiâ Principis Burgundiæ*, intelligendum eſt Poëmation *de vellere aureo*, quod prodiit cum ſcholiis Alexii Vanegæ. Obiit Alvarus an. 1538.

AMATUS DE FONTE in ſacris literis licentiatus, Cameræfontis Abbas, ſcripſit libros tres, quorum primus eſt de ordine & habitu, atque de profeſſione canonicorum ordinis Præmonſtratenſis, ſermones XIV continens: Secundus, de tripartito tabernaculo Moyſi quod dudùm erat in re. De tabernaculo Chriſti quod eſt in communi fide ſanctæ Eccleſiæ. De tabernaculo Spiritus ſancti quod in ſecreta conſiſtit puritate ſanctæ Eccleſiæ. Tertius verò de triplici tractat genere contemplationis. In primo genere conſideratur quòd Deus in ſeipſo eſt incomprehenſibilis. In ſecundo quod terribilis in reprobis. In tertio quod dulcis & ſuavis in electis. Pariſiis fol. apud Ægidium de Gourmont. 1518 [1].

[1] Opus quòd hîc refertur ſcripſit non Amatus de Fonte, qui tantùm id edi curavit, ſed Adamus Ordinis Præmonſtratenſis Antiſtes Generalis, ut accuratè teſtatur Aubertus Miræus chronici Ordinis Præmonſtratenſis, pag. 221.

Beati AMBROSII Epiſcopi Expoſitio ſuper Apocalypſin. Anno ſalutis noſtræ 1546, & à Cutheberto Tonſtallo primùm reperta

posteaque in publicum emissa. Parisiis *in*-4°. à Michaele Vascosano. 1554 [1].

[1] Malè hîc operæ *anno salutis nostra* 1546 *& à Cutheberto*, *&c.* vel enim pro *et* scribi oportuit *est*, vel τὸ *et* expungi. Commentarium autem illum in Apocalypsim Ambrosii non esse, nemo jam pridem nescit. Berengaudo qui septimo sæculo scribebat, & cujus Dionysius Carthusianus honorificam, cap. 10, in Apocalypsim mentionem facit, scripti codices tribuunt.

AMBROSII LEONIS, Nolani de Nola patria, Opusculum in tres libros distinctum, Plenum, Clarum, Doctum, Pulchrum, Verum, Grave, Varium & Utile. Venetiis fol. apud Jo. Rubrum 1514 [1].

[1] Obiit 1525; Erasmum amicissimum habuit.

AMBROSII PELARGI Opuscula, excusa Coloniæ *in*-8°. apud Jo. Gymnicum. Hæc enim sunt, adversus Anabaptistarum errores liber unus. In Eleutherobaptistas. Refutatio consilii Œcolampadiani de differendo parvulorum baptismo usque in eam ætatem, quâ jam lallare incipiant. Adversus Iconomachos sive in eos qui bellum movent divorum imaginibus. An fas sit in Anabaptistas adeòque in hæreticos pœna capitis animadvertere. Conflictatiuncula Hieropretii & Misoliturgi de ratione Sacrificii Missæ [1].

[1] Ambrosius Pelargus Niddanus in Veteraviâ, Monachus dominicanus nomine patrio *Stork* id est *ciconia* dictus, maluit Græcanicè pelargus vocari, undè a quodam Lutherano per contumeliam, *rostro crepitansque pelargus*, appellatus est. Obiit Treviris 1557. (Archiepiscopi Trevirensis Theologum egerat in Concilio Tridentino annis 1546 & 1552).

AMBROSII QUISTELLII, Patavini, ex ordine Augustinianorum adversus fallaces hujus mundi Philosophos. De verbo Dei, non in sublimitate sermonis, nec inani scientia prædicando, Libellus. Venetiis *in*-8°. excud. Steph. Sabiensis anno 1537 *.

* Obiit Romæ 1548.

AMPHILOCHII, Episcopi Iconii, contra impium Dioscorum, & pro sancta & œcumenica secunda Synodo, & pro pientiss. Imperat. Theodosio magno [1]. Servatur Græcè manuscriptus,

Constantinop. in Bibliotheca illustr. principis Manuelis Eugenici.

[1] Amphilochius iste, non potest esse is qui fuit iconii Lycaoniæ metropoleos Episcopus; quinquaginta minimum annis, prius quàm Dioscori errores innotuissent, mortuus. Amphilochius alter potiùs fuerit, Sidensis videlicet Episcopus.

ANASTASII SALENSIS Pomœridianæ Sessiones [1]. In quibus linguæ Latinæ dignitas adversus eos defenditur, qui cum ea Hetruscum Idioma non modo conferre, sed anteponere audent. Augustæ Taurinorum in-4°. apud Joannem Varronem 1580.

[1] Mancus hîc est titulus, qui integer talis esse debuit. *Anastasii Germonii Salensis, &c.*

ANASTASII SYNAGITÆ [1] liber qui appellatur ὁδηγός. Dux viæ, sive præmonstrator qui citatur à Nicephoro cap. 5. lib. 18. extat manuscriptus Constantinop.

[1] Malè *Synagita*, pro *Sinaïta*, malè item Nicephori caput 5 profertur, quod est 44, libri 18. Anastasius, Sinaïta dictus, quòd Monachus foret in monte Sina, Episcopus post Dominum, Antiochenus anno 561 factus, amotus per aliquot annos, postea revocatus, anno tandem 599 a Judæis, in gravi quem Antiochiæ excitaverant tumultu peremptus, obiit. ὁδηγὸς ejus Græcè & Latinè Gressero interprete 1606, Jngolstadii prodiit. De Anastasio qui plura volet, adire poterit Joan. Alb. Fabricium Biblioth. Græcè, tom. 7, pag. 312.

ANATOLIUS DES BARRES, Sequanus, libellum scripsit cui Titulus Caroli V, Cæsaris Romanorum imperatoris maximi & fortissimi immortalitas. impress. *in*-16°. anno 1559 [1].

[1] Migravit, credo, à Burgundiâ superiore ad inferiorem; Patricia ejus nominis familia, pluribus in Senatu Divionensi præsidibus (infulatis) conspicua. (Floret adhuc in Tractu Belnensi).

ANDREÆ Metropolitæ, Cesareæ Cappadociæ, Explicatio in visiones Danielis Prophetæ Græcè. Extat manuscrip. Constantinop. [1].

[1] Huic Andreæ Cæsareæ in Cappadociâ Archiepiscopo tribuuntur quidem in Apocalypsim Commentarii, qui Theodoro Peltano interprete cum notis Sylburgii, fol. apud Commelinum 1596 prodierunt: sed hanc ejus in Danielis

nielis visiones interpretationem nemo, quod sciam, præter Verderium aut Verderii exscriptores, memorat. Bellarminus cui & Caveus assentitur, Andream collocat anno Domini 500; alii verisimiliùs recentiorem putant.

ANDREÆ CESALPINI, de Plantis libri XVI. Florentiæ in-4°. 1583 apud Georg. Marescottum [1].

[1] Aretii natus, Philosophiam Pisæ diù professus est, indè Clementis VIII Archiater, Romæ 23 Februarii, 1603 obiit ætat. 84. (Vir historiæ plantarum gnarus, qui methodos novas feliciter instituit, quas celeberrimi historiæ naturalis scriptores secuti sunt).

ANDREÆ CATTANII, Imolensis, Lucubrationes de intellectu & de causis mirabilium effectuum, ad Petr. Soderium urbis Florentinæ perpetuum vexilliferum, in-4°.

ANDREÆ CHARITEI, Florentini, ordinis Augustiniani concionatoris Catholici apud Italos, Apologia ad R. P. Edmundum Augerium Jesuitam. excusa Lugd. 1570.

ANDREÆ, Cretensis, solutio in omnes interpretationes divinæ scripturæ Græcè manuscrip. Constantinop. in Bibliotheca domini Constantini Barini [1].

[1] Patria Damascenus, quibusdam, ob diutinam, ubi Monachus degebat, commorationem, Hierosolymita creditus, vulgò, propter delatum ei Cretensem Archiepiscopatum, Andreas Cretensis dicitur, quem propè seculi septimi finem obiisse plerique volunt, nonnulli etiam ad 720 immò ad 724 pervenisse. Opera ejus edita J. A. Fabricius enumerat Biblioth. Græcæ tom. X, inter quæ non comparet, quod hìc à Verderio refertur, nunquam scilicet editum, & cujus quid significet inscriptio, qualis hic exhibetur, fateor me non capere.

ANDR. CHRISTIANI, Ripensis, Enchiridium Medicum de cognoscend. curandisque externis & internis humani corporis morbis. Basileæ 8°. typis Oporianis 1583.

ANDREÆ AB EXEA, J. C. & interpretis in Academiâ Valentianâ, Prælectiones in Rubricam & ll. 1. & 3. ejus tituli, qui de Jurisdictione omnium judicum lib. Pandectarum secundo inscribitur. Ejusdem Commentariolus in eam Galliæ consuetudinem, qua dicitur, *Meubles n'ont point de suite en hypothèque*,

quand ils ſont mis hors la puiſſance du débiteur. Lugduni 8°. apud Heredes Sebaſtiani Griphii 1559.

ANDREAS GALLUS, Pariſienſis, ſcripſit de obitu Caroli noni Chriſtianiſſ. Francorum Regis, Academiæ Toloſ. mœſtiſſ. Carmina cenotaphio appenſa, cum Principi optimo juſta faceret in æde Dominicanorum. Toloſæ in-4o. apud Anton. Salinerium 1574 [1].

[1] Hujus, nec Andreas Duchenius, nec Jacobus Longus, in Hiſtoricis ſuis Galliæ Bibliothecis, meminere, (& meritò).

ANDREÆ DE MALATINIS, Patavini, Additiones ſuper Inſtituta & Authen. atque ſuper ff. vet. & C. Patavii, *in*-8°. excud. Jacob. Fabrianus 1548.

ANDREÆ NEIDECKERI, Albinienenſis, exhortatio ad Chriſtianam ſcholarum (quæ paſſim collapſæ ſunt) inſtaurationem elaborata, Tubingæ *in*-8°. ab Ulricho Morhardo 1544.

ANDREÆ, Metropolitæ inſulæ urbiſque Rhodi liber de proceſſione Spiritus ſancti, Græcè, in Bibliotheca Conſtantin. [1].

[1] Vivebat ann. 1438 & 1439, quibus Ferrariæ, & poſteà Florentiæ celebrato de Spiritûs Sancti proceſſione concilio interfuit. Habetur ejus diſputatio in Actis Concilii Florentini.

ANDREÆ PATRITII, Adnotationes in fragmentorum M. T. Cic. tomos quatuor. Venetiis in-8°. apud Jordanum Zilettum 1561 [1].

[1] Obiit 1585. *Vide Bælium in Patrice (André).*

ANDR. RAPII, Grandenſis, de conſonantiis ſeu pro Diateſſaron libri duo. Antuerpiæ *in*-8°. Plantinus 1581.

ANDREÆ SCHOTI, in Sex. Aurel. Victoris Hiſtoriæ Romanæ Breviarium, Notæ. Antuerpiæ in-8°. [1].

[1] Obiit 23 Jan. 1629, ætatis 77.

ANDREÆ THAUMASTI, ſive Admirandi, Medicinale de Materia Medica, juxta Alphabeti ſeriem. Extat manuſcrip. Conſtantinop. in Bibliotheca illuſtriſſimi principis domini Michaelis Cantacuzeni.

ANGELUS CAMERIS, Augustinianus Theologus, edidit Lecturas in Magist. Sententiarum Senis & Bononiæ habitas. Servatur hodie in bibliothecis S. Marci Mediolani, & Sancti-spiritûs Florentiæ [1].

[1] Angelus Camers, ita enim legendum non *Cameris*, ut priùs, frater erat Angeli Rocchæ præclaris scriptis inter litteratos noti. (Ambo sub finem XVI seculi & ineunte XVII°. floruerunt).

ANGELI A SANCTO JOANNE, Jurisconsulti, Militis, Antiparadoxorum Juris Civilis, adversùs ævi nostri Colophonem D. Andr. Alciatum Monomachia, Paradoxis expedita. Ejusdem Consiliorum opus. Antuerpiæ *in-fol.* ex officina Ægidii Coppenii Diest. 1563 [1].

[1] De hoc Bailletus, tom. VII in-4°. pag. 373, nudum tantùm operis titulum exhibens, ubi perperàm annum editionis 1565 ponit, qui fuit 1563.

ANNIBALIS A CODRETO, Oratio de studio & utilitate Artium, habita Messanæ in collegio societatis Jesu coram illustrissimo Jo. à Cerda Methymnensium duce, pro rege Siciliæ, anno Domini M. D. LX. Manuscripta penes me est.

ANSELMI ISAMBERTI, à Thovartio apud Pictones, in suprema Parisiensi curia advocati Dialogi duo de transactionibus apud Pandectas. Parisiis 8°. apud Martinum Juvenem 1564.

ANSELMI MEIANI, Enchiridion naturale sexaginta quæstiones in Philosophia continens. Impress. Lugduni in-8°.

ANTONII A PRATO, Episc. Senonensis, Cardinalis & Regis Christianissimi Cancellarii, Decreta in Synodo Senonensi. Parisiis in-fol. 1532 [1].

[1] Obiit 9 Julii 1535, ætat. 72. Scripsit ad eum quinquies Jac. Sadoletus VI°. epistolarum suarum libro. Notum joculare quod ei Beza hoc dimetro ïambo epitaphium apposuit, in obesitatem hominis ludens

Amplissimus vir hic jacet.

ANTONII AUGUSTINI, Episcopi Jlerdensis, Notæ in antiquas collectiones quas fecit Decretalium. Ilerdæ in-folio apud Pet. Rob. & Joannem à Villa nova. 1576. De nominibus pro-

priis ΤΟΥ ΠΑΝΔΕΚΤΟΥ Florentini cum Antonii Augustini Archiepiscopi Tarraconensis Notis. Excus. Tarraconæ in-fol. apud Philippum Mejum 1579. Ejusdem de Legibus & Senatusconsultis liber, adjunctis legum antiquarum & senatus consultorum fragmentis cum notis Fulvii Ursini. Romæ in-4°. ex typographia Dominici Basæ 1583. Canones Pœnitentiales, cum notis Anton. Augustini Archiep. Tarraconensis. Venetiis in-4°. apud Felicem Valgrisium 1584 *

* Obiit 31 Maii 1586, ætatis 71.

ANTONII BERNARDI, Mirandulani, Episcopi Casertani, eversionis singularis certaminis libri XL. in quibus cùm omnes injuriæ species declarantur, tùm vero offensionum, & contentionum, quæ ex illis nascuntur, honestè atque ex virtute tollendarum ratio traditur; & præter multos, ac propè infinitos locos Aristotelis, qui sunt difficillimi, obiter explicatos, animæ etiam immortalitas ex ipsius sententia ostenditur : Astrologiæ quoque divinatio omni penè authoritate spoliatur, atque libertas humana stabilitur. Basil. in-fol. Henricus Petri. [1]

[1] Obiit 19 Julii 1565, ætatis 62.

ANTONIUS CARAFA, Theodoreti interpretationem in omnes Davidis Psalmos è Græco Latinam fecit. Idem Catenam explicationum veterum Sanctorum Patrum in omnia tam veteris quàm novi Testamenti cantica. [1]

[1] Omittere non debebat latinam hanc interpretationem Patavii 1564 prodiisse. Opus verò illud Theodoreti primus Græcè adjectâ Caraffæ interpretatione, Jacobus Sirmondus edidit Parisiis 1642. Theodoreti operum tom. I. Antonius Caraffa. 24 Martii 1568 à Pio V, Cardinalis effectus, multis aliis scriptis clarus obiit 12 Januarii 1591, ætatis 53.

ANTONII CATANEI, Senensis, de naturali intellectûs ordine, id est ejus notionum origine, seu (ut inquiunt) de primo cognito Quæstio difficilis. Impres. Venetiis in-4°.

ANTON. CAPITII, Investitura feudalis, & Repetitio l.

Imperialem, de prohib. feud. alienat. Neapoli apud Josephum Cachium 1569.

ANTON. DIODEI, Introductio juris. Parisiis apud Colineum 1536.[1]

[1] Scribendum fuit *Dodei*, Gallicè *Dodieu*, nec enim dubito Antonium, de quo hîc agitur, nepotem esse, ut loquimur, ex fratre Claudii illius Dodei velii, qui Francisci I ad Carolum V, Imperatorem, dein ad Pontificem Paulum III Legatus, Redonensis dein Episcopus, obiit 1558. Singularis autem locus extat apud Postellum de Antonio Dodeo, quem à Turcis captum significat operâ suâ gratis redemptum fuisse. Verba Postelli, epistola, quâ suum de Alcorani & Cenevangelistarum concordia librum Parisiis 1543 editum Claudio Dodeo dicat, hæc sunt: *cujus rei argumentum in eo amplissimum habere potes, quòd cùm in Turchiâ agerem, nepoti tuo Antonio Dodeo, ut à piratarum manibus liberaretur, auctor fui: quo tempore legatum apud Cæsarem in Africâ contra Hairadinum Ænobarbum expeditionem ducentem, Tuniciosque expugnantem, ageres. Cùm enim in Asiâ minori agerem auræ commodioris gratia, accepissemque esse delatum Callipolim, eò navigio veneto conductus, dimisso ad legatum Forestanum, ad quem de eâ re scripseras, eum literis meis hominem feci ut non tantùm liber esset, sed ut gratuitam acciperet libertatem... hoc factum est an.* 1535.

ANTON. FLOREBELLI, Panegyricus ad Carolum V. Cæsarem.

ANTONIUS GAMA, de Sacramentis præstandis ultimo supplicio damnatis. Olyssiponæ apud Bladium 1559. Ejusdem Anton. Gamæ, decisiones Portugalliæ. Olyssiponæ apud Emmanuel. Joan. 1578.

ANTONII AKONYGSTEYN, Minoritæ, Concordantiæ breviores omnium fermè materiarum ex sacris Bibliorum libris. Coloniæ in-8°. apud Melchiorem Novesianum 1537.

ANTON. BENDINELLI, Lucensis, Oratio habita in Caroli V. Imper. funere. Lucæ in-4°. apud Vincent. Busdracum 1559.[1]

[1] Ejus *Loci Historici controversi* insiti sunt in *Thesauro critico* Gruteri, pag. 347, tom. II.

ANTON. CIOFFII, J. C. Florentini, in gymnasio Pisano

olim interpretis, Consiliorum sive Responsorum liber primus atque secundus. Venetiis in-fol. apud Bernardum Juntam 1583.

ANTON. DULCIATUS, Florentinus, Eremita Augustinianus, observationis Lombardiæ alumnus, scripsit Opus de festis mobilibus, ac Astronomia clericali in tres partes divisum. Prima inquisitiones decem continet, & secunda tabulas totidem, & tertia capita quinquaginta. Impressum Florentiæ in-fol. per Joan. Stephanum Papiensem, anno Domini 1514.

ANTON. GUIBERTI, Costani, juris utriusque consulti & apud Tolosates professoris Polyhistor. Lugduni in-4°. apud Joan. Tornesium 1561. Apologeticon Testimonia continens de Christo, & iis quæ illius adventu & crucis tempore in cœlo, & terra mirabiliter facta sunt. Excus. ibidem. De mora commentarius. Tolosæ in-4°. apud Jacob. Colomies 1563. Quæstiones juris memorabiles. In-4°. Lugd. excud. Joan. Tornesius 1558.

ANTONII LULLI, Balearis, de Oratione libri septem, quibus non modò Hermogenes ipse totus, verum etiam quicquid fere à reliquis Græcis ac Latinis de Arte dicendi traditum est, suis locis aptissimè explicatur. Basileæ in-fol. apud Joan. Oporinum 1558. [1]

[1] Non video cur Antonius hic Lullus, à nupero scriptore, in vernacula sua de Rhetoribus tàm priscis quàm recentibus censura, temporis ordine, quasi prior mortuus, antè Hermolaum Barbarum collocatus sit, cui totos sexaginta annos & ampliùs superfuit, Claudii scilicet à Bauma, Pontificis Vesontionensis, ab anno 1545 ad 1556, præceptor.

ANTO. MASSÆ, Gallesii, Præparatio in juris civilis institutiones. Romæ in-8°. Anton. Bladus excud. 1539. [1]

[1] Claruit Julio III Pontifice, cujus fratri Balduino suum *contrà usum duelli* librum dicavit.

ANTO. MATHARELLI, ad Franc. Hotomani Franco-Galliam Responsio. Lutetiæ in-8°. apud Feder. Morellum 1575. [1]

[1] Huic Franciscus Hotomanus joculari libello respondit, cui titulus, *Moni-*

toriale Matagonis de Matagonibus adversùs Antonii Matharelli Anti-Franco Galliam.

ANTO. DE MENESES, in titul. de fidei commiſ. Mantuæ apud Alfonſum Gomecium 1568.

ANTONII SCAINI, Quæſtiones in libros Ariſtotelis de Republica. Romæ in-4°. anno 1577.

ANTO. SEBASTIANI MINTURNI, [1] de Poëta libri ſex. Venetiis in-4°.

[1] Uxenti primò, deindè Grotonis Epiſcopus fuit. Antonius ei nomen, Sebaſtianus cognomen, Minturnus à Patriâ, Minturnorum nempè reliquiis, agnomen. Obiit 1574.

ANTO. MARSILIUS, de eccleſiaſticorum redituum origine & jure. Venetiis apud Franciſcum Franciſcium.

ANTO. MONTECATINI, Ferrarienſis, in eam partem 3. libri Ariſtotelis de Anima, quæ eſt de mente humana, lectura; adjunctis quibuſdam Scholiis, quæſtionibus, & in digreſſiones Averrois digreſſionibus. Omnia ab Hieronymo Bovio Ferrarienſi collecta & edita. Ferrariæ in-fol. ex typis heredum Franciſci Rubei 1576.

ANTO. PERSIUS, Philoſophiæ & J. V. D. civis Romanus, ſcripſit librum novarum poſitionum in Rhetoricis, Dialecticis, Ethicis, Jure civili, Jure Pontificio & Phyſicis. Excuſ. Venetiis typis Jacobi Symbaeni 1575.

ANTO. PLANCUS, de Compromiſſis. Venetiis apud Georgium de Caballis 1565.

ANTONII PORTI, Firmani, de Peſte libri tres. Et de variolis & morbillis. Venetiis in-4°. apud Andream Deuchino 1570.

ANTO. POSSEVINI, de ſocietate Jeſu, Epiſtola de neceſſitate, utilitate, ac ratione docendi Catholici Catechiſmi. Rationes item quibus inter ſummas quaſque difficultates divinum negotium debeat & poſſit promoveri. In-12 Ingolſtadii

1582. Responsiones ad nobiliss. viri septentrionalis interrogationes; qui de salutis æternæ comparandæ ratione, ac de vera ecclesia cupiebat institui. in-12 Ingolstadii 1583. Interrogationes & Responsiones de processione Spiritus Sancti à Patre & Filio, desumptæ ex libro Gennadii Scholarii Patriarchæ Constantinopolitani. Ibidem. Adversus Davidis Chytræi imposturas, quas in oratione quadam inseruit, quam de statu Ecclesiarum hoc tempore in Græcia, Asia, Africa, Hungaria, Bohemia, inscriptam edidit, & per Sueciam & Daniam disseminari curavit. Ibidem anno 1583. [1]

[1] Obiit Ferrariæ 26 Februarii 1611, ætat. 78.

ANTO. RICCOBONI, Judicium quo M. T. Ciceronis consolationem, vel de luctu minuendo, ejus non esse ostendit contrà opinionem Sigonii. Venetiis in-8°. [1]

[1] Libellum *de consolatione* sub nomine Ciceronis, 1583 Venetiis editum, meritò Riccobonus suspectum falsi habuit. Sigonius certè, à quo confictus vulgò putabatur, postquam eum diù Ciceroni vindicasset, pro suo tandem moriens, ut refert Latinus Latinius tom. epistolar. 2, pag. 188 agnovisse dicitur. Obiit Riccobonus 1599, ætat. 58.

ANTO. ROSEII, Memorabilium Juris libri. Barcinonæ apud Bernatum 1564.

ANTO. SOLERII, Carpinatis, jur. utriusque doctoris & Bajociensis Canonici, de Veneratione Sanctorum opusculum in Desid. Eras. Roterod. Parisiis in-8°. apud Joan. Andream 1548.

ANTON. VALETII, Lemóvicensis, Gallia Triumphans. Cui accessit Elegia in tristis. D. Timoleontis Cossæi, Brissaci Comitis obitum. Parisiis, in-4°. apud Dionysium à Prato, 1569. Ejusdem oratio in scholis Medicorum ante licentiatum habita, qua Medicinæ antiquitas ex antiquissimo Poëtarum Homero obiter & allegoricè describitur. in-8°. Parisiis apud Joan. de Bordeaux 1570.

ANTO. SYLVII, Colloquia puerilia Gallica & Theutonica, cum Belgica interpretatione. in-4°. Lovanii 1573.

ANTO.

ANTO. DE VERSELLIS, ord. fratr. minorum, de fidei Christianæ duodecim mirabilibus excellentiis. Ejusdem Tractatus de virtutibus; impressus in Imperiali oppido Hagenaw per Joan. Rymmin.

ANTO. VINC. IGUERRÆ, Satyræ duæ. Prima contra falsum & imperitum vulgi judicium, Secunda verò adversùs vitia capitalia. Item de cœlibatu, continentia & virginitate carmen. Venetiis in-8°. per Joan. Anton. de Sabio 1527. [1]

[1] Italico versu prodiere, & hîc ex Italico latinè versæ.

ANTON. VOLSCUS, Pipernas in Auli Persii Satyras commentarium scripsit. Basileæ apud Petrum Pernam. [1]

[1] De Volsco Pomponii Læti auditore, Sabellicus honorificè locutus est, Franciscus Floridus non item.

ANTO. ZENUS, Patricius Venetus. Commentarium in concionem Periclis & Lepidi ex libro primo historiarum Thucydidis & Salustii edidit; impressum Venetiis in-4°. apud Bologninum Zalterium 1569.

APOLLONII MENABENI, Medici & Philosophi Insubris, Tractatus de magno Animali, quod Alcen nonnulli vocant, Germani vero Elend, & de ipsius partium in re medica facultatibus: Item Historia Cervi Rangiferi, & Gulonis Filfros vocati, Ad Rudolphum II. Rom. Imperat. August. Accessit Remberti Dodonæi, Medici Cæsarei, de Alce Epistola. Coloniæ in-8°. apud Maternum Cholinum 1581.

ARCHANGELI PICCOLOMINEI, Galenum de humoribus è Græco transtulit, & commentario illustravit. Parisiis in-8°. apud Bernardinum Turrisanum.

ARGEOPAGITA MANTUÆ, scripsit tractatum de judiciis, & ubi quisque agere vel conveniri debeat. Patavii in-8°. anno 1567. [1]

[1] Quid id sit, nominis vel libri, fateor me non perspicuè intelligere. Crediderim tamen opus quoddam esse, à Marco Mantua Bonavito vel Bonavidio

Jurisconsulto, ita inscriptum. Obiit autem Marcus Mantua Patavii, 28 Martii 1582, ætat. 93. De eo fusè Pancirolus 2 de claris legum interpretibus 168.

ARCHANGELI MERCENARII, de Putredine disputatio adversus Thomam Erastum; ad quam Erastus responsionem edidit. in-4°. Basil. apud Conradum Waldrickum 1583.

ARII PINELLI, Lusitani, Opera omnia. in-fol. Salmanticæ, apud Matthiam Gast. 1573.

ARIELIS BICARDI, Quæstiones in libellum de Sphera, figuris Mathematicis ac tabulis illustratæ. Parisiis in-8°. apud Guliel. Cavellat 1552.

ARISTOBULUS APOSTOLIUS, Sacrificus, ΓΑΛΕΩΜΥΟΜΑΧΙΑΜ, hoc est Felium & Murium pugnam, Tragœdiam à Poëta quodam incertoque fictam Græco Iambicoque carmine descriptam in lucem emisit. Impress. Basileæ Græcè anno 1541. [1]

[1] Tragœdia hic vocatur, quæ ab Aristobulo in præfatione comœdia dicitur, & quidem convenit utraque inscriptio. Fabula enim, cum in ea Felis trabe oppressa pereat, tragicum habet exitum; quæ tamen, quia ludicrum totum argumentum est, optimè nomen comœdiæ tuetur. Passim autem habetur ad Æsopi fabularum calcem, & alibi cum latina pedestri Albani Torini Vitodurensis interpretatione.

ARMACHANI, Archiepiscopi, totius Hiberniæ Primatis, Summa in quæstionibus Armenorum seu de erroribus Armenorum XIX. libris congesta & correcta à Joanne Sudoris, Caletibescensi, Diœcesis Rhotomagensis, cum aliquibus ejusdem sermonibus de Christi dominio. Parisiis in-fol. excud. Joan. Parvus 1511 [1]. Ejusdem Armachani defensiones curatorum, contra eos qui se dicunt privilegiatos, 1504.

[1] Malè omisso Richardi nomine, sub A litera refertur hic scriptor, & eo pejus quod idem inferius, sub litera R, præposito, ut decebat, Richardi nomine collocatur. Obiit Richardus Armachanus anno 1359, vel sequente (indefessus jurium pastoralium, adversus religiosos mendicantes, assertor). Joannes autem Sudoris Caletibescensis, vel potiùs Caletibeccensis, Gallicè fuit *Jean le Sueur de Caudebec*.

ARNALDI BADETI, Dominicani, Provinciæ Tolosanæ prioris reformati conventûs Prædicatorum Burdegal. Margarita sacræ Scripturæ, pravitatis hæreticæ destructiva. Impressa Ludg. in-8°. apud Petrum de sancta Lucia 1536 [1]. Ejusdem Margarita virorum illustrium de futura temporis dispositione prænoscenda. Impressa Tolosæ in-4°. per Jacobum Colomies 1529. Ejusdem Breviarium de mirabilibus mundi & ejus compositione secundùm triplicem viam Theologorum, videlicet Astrologorum & Philosophorum. Excusum Avenioni in-4°. anno Domini 1499.

[1] Bibliothecarii Dominicani, emortualem ejus annum invenire non potuerunt, quem tamen ultrà 1534, non admodùm processisse arbitrantur.

ARNALDI LANDIVISQUEI, Doct. Theologi, Carmelitæ provinciæ Vasconiæ conventûs Condomii, Polyanthea logices. Impressa est Burdegalæ in-4°. apud Jo. Guyard 1525.

ARNALDI OSSATI, in Disputationem Jacobi Carpentarii de Methodo expositio. Ejusdem ad hanc expositionem Additio. Parisiis in-8°. apud Andream Wechelum 1564 [1].

[1] Dignissima Ossato, & lectu dignissima disputatio, cui Carpentarius, quamvis acriter punctus, nihil unquam reposuit. (Celeberrimus hic est Arnaldus Ossatus (d'Offat) qui paupere & humili loco in Aquitaniâ ad Augustam Ausciorum natus, ita eximiis ingenii dotibus se conspicuum præbuit, in longâ negotiorum serie, ut Episcopus Rhedonensis an. 1596 factus sit; an. subsequenti, Regi à Secretioribus Consiliis; 3 Martii 1599. Cardinalis à Clemente VIII creatus; ad Episcopatum Bajocensem transmigravit an. 1600. & quatuor annis, Romæ, in gerendis Gallorum Imperii rebus, ibidem pridie idus Martii 1604 obiit 60 vitæ annum agens. In sacrâ Sancti Ludovici Francorum æde nationali tumulatus fuit.)

ARNALDUS DE SUPERCASA, Religiosi Monasterii sancti Severi de Rostagnio conscripsit libellum 12. capitum cui titulus, *Pistolet* portans ignem inextinguibilem, contrà Genevenses hæreticos. Impress. Tolosæ in-16. apud Jacobum Colomerium 1558. [1]

[1] Jculariter hìc latinæ scriptioni Gallicum titulum *Pistolet* apposuit, contrà quam Deperius Gallicam latinè *Cymbalum mundi* inscripsit.

ARNOLDI FERRONII, Regii consiliarii, Appendix ad

commentaria in consuetudines Burdegalensium. Impr. Lemovicis in-4°. apud Gul. Novalium 1546. Aristotel. liber (nunc primùm versus) adversùs Xenophanem, Zenonem & Gorgiam, interprete Arnoldo Ferronio Burdegalense. Bessarionis Nicæni disputatio de infinito pro Xenophane, Melisso, Parmenide adversùs Aristotelem. Arnoldi Ferroni pro Aristotele adversus Bessarionem libellus. Lugd. in-8°. excudit Joannes Tornesius 1557. *

* Obiit 1563.

ARNOLDI GERARDI, Laurentiani Flandri, de fide Catholica liber unus. Coloniæ in-8°. apud Maternum Cholinum 1556.

ARNOLDI AB HÆRSOLTE, J. C. Zuollensis, adversaria de actionibus omnibus, tàm civilibus quàm criminalibus, quæ per universum Jus de quacumque causa proditæ inveniuntur; tractatæ secundum seriem quam unaquæque ACTIO in Pandectis occupat, & in septem partes digestæ. Antuerpiæ in-8°. Plantinus 1583.

ARNOLDI HOLSTEIN, Embdani Jurisconf. Tractatus de Æquitate juris; Coloniæ in-8°. apud Maternum Cholinum 1566.

ARNOLDI LAURENTII, Berchemi, piorum Carminum liber cum aliis aliquot Poëmatiis. Antuerpiæ in-16. apud viduam Martini Nutii.

ARNOLDI POSSEMBRUCH, Embricensis, Panoplia Christiani militis. Coloniæ in-16. excud. Petrus Horst 1573. Ejusdem de oratione Tractatus; ibidem excusus.

ARNOLDI VESALIENSIS, Epitome singularum distinctionum trium posteriorum lib. Sententiarum: cum versibus memorialibus. Parisiis in-16. ex officina Joannis Palyer 1541.

ARSENII, Philosophi, Metropolitæ quondam Empasiæ, in

Peloponneso, Explicatio & collectio magna in novem Comœdias Aristophanis. Extat manuscriptus græcè Constantinop. [1]

[1] Undecim superstitum Aristophanis Comœdiarum duæ sunt Λυσιστράτη & Θεσμοφοριάζουσαι, in quas nulla prorsùs ad nos vetera scholia pervenerunt. Relicta in cæteras novem, hinc indè sparsa collegit Marcus Musurus, Venetiis, anno 1498, ab Aldo primùm edita. Ea deindè 27 post annis, ex memorato hìc Arsenii Monembasiæ (sic enim scribendum) Archiepiscopi codice, diversis locis auctiora, Florentiæ apud heredes Philippi Juntæ prodierunt.

ASCANII COMITIS, spoletini, publicè in gymnasio Messanensi Philosophiam profitentis, Præfationes VI. in omnes Aristotelis libros Philosophiæ naturalis. Venetiis, in-4°. apud Gratiosum Porcachinum 1570.

ASCANII VALENTINI, Sacellum Gregorianum ex ipso opere, ut extat, descriptum, & jam primum in lucem editum. Ingolstadii, in-4°. excud. Wolfangus Ederus 1584.

ASCLEPII, de lapidum & herbarum potestate liber. Ejusdem de Metallis terræ, auro, argento, argento vivo, plumbo, ferro, aëre, & omnibus aquis ipsarumque significatione. Ejusdem de Mari rubro, & de lapide arboreo, qui Corallus dicitur. Ejusdem de Insulis inventis in Oceano. Ejusdem de Medica materia, de herbis inventis in India, & de fœlici Arabia. Hæc omnia extant Græcè manuscripta Constantinop. in Biblioth. illust. Michael. Cantacuzeni. [1]

[1] Nullam alibi subdicti hujus Asclepii mentionem invenio. Quotquot enim Asclepiorum meminere vel Conringius, vel Albertus Fabricius, ii prorsùs diversi sunt. Videatur infrà catalogus Græcorum codicum manuscriptorum Michaelis Cantacuzeni.

AUGERII FERRERII, Tolosatis Medici, liber de Somniis. Lugd. in-16. excud. Joan. Tornesius 1549. *

* Obiit 1588, ætatis 75.

AUGERII GISLENII BUSBEQUII, ad Solimann. Turcarum Imperatorem Cæs. Majest. oratoris, itinera Constantinopolitanum & Amasianum. Ejusdem Busbequii de Acie contrà

Turcam instruenda, consilium. Antuerpiæ, in-8°. Plantinus 1581.[1]

[1] Obiit 1552, die Octobris 28, ætatis anno 70. Opera ejus parvâ formâ 1633, Lugduni Batavorum edita, sed non, quod titulus mentitur, omnia. Desunt enim Legationis Gallicæ prioris Epistolæ ad Maximilianum II omnes, & posterioris etiam quinque ultimæ, quæ aliis additæ numerum octo & quinquaginta Epistolarum ad Rudolphum II, conficiunt. *(Vid. de eo Mem. Niceron. Tom. 22.)*

AUGUSTINI DONII, Consentini Medici & Philosophi, de Natura hominis libri duo. Basileæ, in-4°. apud Ambros. Episcopium 1581.

AUGUSTINUS FLORENTINUS, Monachus Camaldulensis, scripsit Historiarum Camaldulensium libr. 3. ubi aliarum quoque Religionum, Militiarumque vera inserta est suis locis origo, in fine verò Ambrosii Generalis & interpretis Græci eximii habetur Vita. Excus. Florentiæ, in-4°. 1575.[1]

[1] Vocabatur Augustinus Fortunius, ordinis Camaldulensis, in Monasterio Florentino, quod Angelorum dicitur, Monachus.

AUGUSTINI MARII, de prædestinatione divina liber unus. Impres. in Germania, in-8°. anno Domini 1542.

AUGUSTINUS MORESCHINUS, Ord. Augustiniani, patria Montalcini, scripsit de Patientia lib. 1. De itineribus ad æternitatem lib. 1. De purgatorio & de cultu & invocatione Sanctorum. Quæ omnia fuerunt Neapoli excusa.[1]

[1] Nulla ejus mentio neque apud Thomam Gratianum in Anastasi Augustiniana; neque apud Toppium in Bibliotheca Neapolitana.

AUG. SEBASTIANI NOUZENI, de literarum, vocum & accentuum Hebraicorum natura, sive de prima sermonis Hebraici lectione Libellus, ex optimis Rabinorum commentariis collectus. Accessit de servientium literarum officiis per eundem August. Seb. N. Compendium. Marpurgi excudit in-8°. Franciscus Rhodus 1532.

AUGUSTINI RIGHINI, Ferrariensis, sacræ Theologiæ

magiſtri & inter Patres & Fratres, & Seraphicæ religionis doctores Decani, Sermones per totum adventum ac quadrageſimam. Venetiis, in-4°. apud Horatium de Gobis 1581.

AUREL. DAVIDIS SAVII, J. C. de verb. ſignificatione Tractatus. Lugd. in-8°. apud Sixtum Sommaſcum 1565.

AYMARUS FALCONEUS, Thautanus, [1] præceptor domûs ſancti Antonii Barriducis, hiſtoriam Antonianam in quadripartitum Compendium conſcripſit. Impreſſ. Lugduni, in-fol. typis Theobaldi Pagani 1534. De tuta fidelium navigatione inter varias peregrinorum dogmatum, necnon claudicantium opinionum fluctuationes, Dialogi x. Lugd. in-8°. apud Ægidium & Jacob. Huguetan. Secretorum agri Enchiridion primum, hortorum curam, auxilia, ſecreta & medica præſidia inventu prompta ac paratu facilia, lib. 3. complectens. Feder. Morel. in-8°. 1560.

[1] Thautanum ſe dicebat, quia ex ea Antonianorum ſodalium familia erat, qui Hebraïcum Thau (ix Ezechielis 4. notatum) ſed in modum Tau Græci reformatum, veſti intextum præferunt, & indè cognominantur. (De origine ſingulari hujus ſigni, quam in Ægypto quærendam nonnulli cenſent, *Vid.* Deſcriptio hiſtorica & critica Italiæ. Pariſiis, an. 1769 Tom. III. pag. 230.

Libri quorum Auctores incerti ſunt.

ACTA & Decreta Synodi Diœceſanæ Cameracenſis, Roberto de Croy Epiſcopo. Pariſiis, apud Matth. Davidem 1581. [1]

[1] Robertus tertius Croyæ gentis, continuata ordinis ſerie, Cameracenſis Archiepiſcopus. Obiit 1556.

ACTA Judiciorum inter frat. Jacob. Hocſtratum Inquiſitorem Colonienſium, & Joannem Reuchlin. [1]

[1] De lite inter Hochſtratum & Reuchlinum, videatur Bælius voce *Hocſtrate*, ubi accuratè veritatem rei diſcutit.

ACTA & DECRETA Synodi Neapolitanæ. Impreſſa Neapoli 1568.

ADDITAMENTUM Theatri orbis terrarum, viginti tres

Mappas vel Tabulas continens, quas prior editio Theatri Ortelii non habet. Antuerpiæ 1579.

ADDITAMENTUM tertium ejusdem Theatri. Ibidem. Anno 1584.

ÆDIFICATIO salutiferæ legis; omnes cæteras improbans, Christianæ necessarias propositiones demonstrativè probando Excusa in-8°.

DE ÆTHIOPUM Ecclesiæ Ritibus. Lovanii, apud Hugonem Cornuels 1550.

DE ALBIGENSIUM hæresi extincta, Epistola Anonymi cujusdam. Basil. in-fol. 1549.

ALTERCATIO Synagogæ & Ecclesiæ, in qua bona omnium ferè utriusque instrumenti librorum pars explicatur: opus pervetustum ac insigne, incerto autore. Coloniæ, in-fol. in officina Melchioris Novesiani 1540.

ANTICIMENON, liber primus ex veteri Testamento quæstiones de locis in speciem pugnantibus, incerto authore. Coloniæ, in-8°. anno 1532. [1]

[1] Intelligitur hîc vox græca ἀντικειμένων, id est, oppositorum; quia ibi locorum sacri codicis sibi in speciem repugnantium, conciliatio habebatur.

Anonymi cujusdam dicti Medici Romani, discipuli Leoniceni, ANTISOPHISTA, cum indice Alphabetico contentorum. Bononiæ, in-4°. apud Hieron. de Benedictis 1559. [1]

[1] Anonymus ille Medicus Romanus, qui fingitur hic Leoniceni Discipulus, non alius est quàm Leonicenus ipse, qui hac larvâ tectus, in sophistam quemdam Patavinum emisit librum cui titulus, *Anti-sophista*. Id me Jovius in Elogio Leoniceni docet his verbis : *Edidit (Leonicenus) eruditum & perelegantem librum, qui Romanus Medicus Anti-sophista inscribitur.* Obiit Nicolaus Leonicenus anno 1524, ætatis, secundùm Jovium 90, vel secundùm Josephum Scaligerum 94, & secundùm quosdam 99, quibus tamen, hac in re, minùs credo, quàm Jovio, Leoniceni æquali & familiari.

APOTHEOSIS * novi-veteris Copiæ cornu Nihili Utopiensis, strenæ loco, inter quosdam amicos mutuò missa per internuntium

Mercurium

Mercurium liberalem, Patricium Beneventanum. Epidanini, in 4°. apud Polydorum Cargium 1584.

* Insulsi scripti insulsa inscriptio.

AVENIONENSIS, civitatis inclitæ Statuta nuper facta & reformata. Idem conventio pridem inter dominos quondam Comites, & cives ipsius inita. Omnia ab illustr. & Reverendiss. Cardinali ab Armeniaco Illustr. & Reverendiss. Caroli à Borbonio, Legati Avenionis, in eadem Legatione Collega confirmata. Avenioni, in-4°. Excud. Petrus Rufus 1570.

BAL BAR

BALDOVINI SOBODIENSIS, (*vel Sabaudiensis*) Medicæ artis Doctoris, Ars memoriæ; carmine, cum glossis. Impress. Parisiis, in-4°.

BALTHAZARIS COPII, de una & ea perpetua totius Christi præsentia in sua Ecclesia peregrè agente, Thesium sectiones xxv. Heidelbergæ, in-4°. ex officina Michaëlis Schirat 1565.

BAPTISTÆ CASALII, Oratio in legem Agrariam pro communi utilitate, & Ecclesiastica libertate tuendâ. [1]

[1] Edidit Romæ 1524 orationem hanc, cujus honorificè meminit Franciscus Floridus Apologiæ Linguæ latinæ, pag. 117. Floridi verba refert Jac. Philippus Thomasinus. Elog. Patavinor. Tom. II. pag. 43. ubi de hoc Casalio agit, hallucinatus interim in nomine sculptoris Sansovini, quem pro Jacobo Andræam vocat, & in titulo libri *Coryciana* inscripti, quem malè libellum *Corycianæ*, pro libello *Corycianorum* dixit.

BARTHOLOM. BAPHII, Lucinianensis, Conventualis Franciscani, de felicitate urbis Florentiæ ad Hernandum Medicem Cardinal. illustriss. Oratio, pro gratiarum actione in comitiis generalibus, & provincialibus ab eodem habita. 3. Idus Junii 1565. Bononiæ, in-4°. apud Jo. Rossium.

BARTHOLOMEI [1] BERTAZZOLII, J. C. Sereniss. Ducis Ferrariæ consiliarii, Consilia seu Responsa juris in criminalibus & pœnalibus controversiis emissa. Venetiis, in-fol. apud Joan. Bapt. Somaschum 1583.

[1] Malè *Bartholomei* ubique scribit pro Bartholomæi cum Βαρθολομαῖος græcè scribatur.

BARTHOLOMEUS BOTTA, Presbyter Papiensis [1]. Psalmos Davidis Latinis versibus reddidit, & commentariis illustravit, in quibus genuina Psalmorum interpretatio legitur. Venetiis, in-fol. apud Franciscum Zilettum 1581.

[1] Vocat se præpositum Sancti Pantaleonis Papiensis. Prodiit autem primum Ticini in-folio, 1580, opus ejus versu Elegiaco, DAVIDIAS, inscriptum.

BARTHOLOM. BRIXIENSIS, Brocardica Juris Canonici sunt manuscripta in potestate Anton. Augustini, Archiepisc. Tarraconensis. [1]

[1] Scribebat anno circiter 1256. Verisimillimum autem est Problemata quædam juris hinc indè collecta, Brocardica corruptè dicta esse, quasi Burchardica, detorto nomine à Burchardo Vormaciensi Episcopo, qui decretorum libros 20 circà annum 1020. compilavit, quorum posteà frequens apud Doctores usus fuit.

BARTHOLOM. FERRARIENSIS, Dominicani, hæreticæ olim pravitatis Inquisitoris, de Christo Jesu abscondito pro solennitate corporis ejusdem Domini nostri libri sex; quibus universum fidei & relig. Christianæ negotium continetur. Venetiis, in-8°. per Cominum de Tridino 1555. [1]

[1] Mutinæ natus, Inquisitoris munere Ferrariæ per plures annos functus, Ferrariensis ideò dictus, & à multis etiam creditus est. Obiit, non 1448, ut Bibliothecarii Dominicani primò rati sunt, sed longè tardius, ut quem ultrà 1471 annum vixisse postmodùm agnoverint.

BARTHOLOMEI A MARTYRIBUS, Archiepiscopi Bracarensis, & Hispaniæ Primatis, Stimulus Pastorum, ex sententiis Patrum concinnatus, in quo agitur de vita & moribus Episco-

porum, aliorumque Prælatorum. Romæ, in-8°. apud heredes Julii Accolti 1572.[1]

[1] Obiit 16 Julii 1590, ætatis 77, ineunte. (Vir eximiæ Sanctitatis: abdicato Archiepiscopatu, privatus Viennæ moritur).

BARTHOLOMEI MERCATORIS, Lovaniensis, Breves in Spheram meditatiunculæ, includentes methodum & Isagogen in universam Cosmographiam, hoc est, Geographiæ pariter atque Astronomiæ initia ac rudimenta suggerentes. Coloniæ, in-8°. apud hered. Arnoldi Birkmanni 1563.

BARTHOLOMEI MOLES, Hispani, speculum sanitatis 1554.

BARTHOLOM. PHILIPPI, Juris Conclusiones. Impressæ Conimbricæ, in-fol. Ejusdem Repetitio ad Can. scindite corda vestra de pœnit. dist. 1 Olyssipone, apud Ludovicum Rotorigium 1539. Item de fictionibus. Salmanticæ 1536.

BARTHOLOM. PHILIPPINEI, Gaphuriani nominis Assertor. in Jo. Vaginarium Bononiensem Apologia, ad Anton. de fantis Theólogum ac Philosophum. in-4°. Taurini apud Franciscum de Sylva 1521.

BARTHOLOMEI PONTEROLLI, Jurisconsulti Laudensis, Albula. Interlocutores; Poëta. Fortuna. Mercurius. in-4°. Mediolani per Joan. de Castiliono 1521.

BARTHOLOMEI TÆGII, Tractatus criminalis. Mediolani apud Antonium Antonianum 1564.

BARTHOLOM. DE USINGEN, Augustiniani, contrà Rebaptisantes Confutatio eorum quæ Lutherus scripsit in Rebaptisantes. Coloniæ in-8°. apud Joan. Gymnicum 1529.

BENEDICTI ALTAVILLÆ, Patricii Vicentini, Animadversiones in Ephemeridas. Taurini, in-4°. apud Bevilaquam 1580.

BENEVENUTUS SANGEORGIUS, Blandratæ Comes,

Eques Hierosolymitanus, elucidavit Montisferrati Marchionum & Principum Regiæ propaginis successionumque Seriem; impressam Tridini, in-4°. per Joannem de Ferrariis, aliàs de Jolitis anno Domini 1521.

BERNARDI ANDEGAVI, in titulo de emptione & venditione Appendix. in-8°. Parisiis 1537.

BERNARDI BASIN, Cesar-Augustanensis Ecclesiæ Canonici, de artibus Magicis ac Magorum maleficiis opus. Parisiis, in-8°. apud Dionysium Rocé 1506.

BERNARDI CLARICINI, Gammari, Repetitio in difficillimam Servitutum materiam. Bononiæ 1510. [1]

[1] Bernardinum Gammarum nominat Guidus Pancirolus qui eum Alciati æqualem facit.

BERNARDUS FURMERUS, Phrygius * scripsit de rerum usu & abusu Emblemata. Antuerpiæ in-4°. Christoph. Plantinus excudit & figuris æneis delineavit 1575.

* (*Phrygius* hìc *Frisium* significat.)

BERNARDI LAURENTINI, primi Præsidentis in supremâ Tolosæ Parlamenti curiâ; casus in quibus Judex secularis potest manus in personas clericorum, sinè metu excommunicationis imponere. De privilegiis clericorum, de exemptionibus, de carceribus, de alimentis. Tolosæ, in-8°. per Nico. Vieillard 1538.

BERNARDUS OLIVARIUS, Valentinus Augustinianus, Theologusque Parisiensis & Episcopus Darcucensis, scripsit super sententias. Super C. cum Marthæ, de celebr. Missæ lib. 1. Quæstiones quodlibetales, lib. 1. De divinis officiis lib. 1. [1]

[1] Qui dicitur hìc, ut & apud Thomam Gratianum, Darcucensis Episcopus, procul dubio Dertusensis, sivè Dertusanus intelligi debet, nempè Dertusæ, in Catalauniâ, urbis Episcopus.

BERNARDI DE MATERIIS, Breviarium Juris. Extat in Biblioth. Anton. Augustini.

BERNARDINUS DE MEDICO, ad ca volentes. Messanæ apud Petrucium Spiram.

BERNARDINI PARTHENII, Forojuliensis pro lingua Latina Oratio. Venetiis in-4°. apud Aldum 1545.

BERNARDINI PETRELLÆ, Logicarum disputationum libri septem. Patavii in-fol. 1583.

BERTRANDI HELIÆ, historia Fuxensium Comitum. in-4°. Tolosæ, excud. Nicolaus Vieillard 1540. [1]

[1] Appamiensem juris consultum se vocat.

BILIBALDI PIRCKEYMERI, de convitiis Monachi illius, qui Græcolatinè Cæcolampadius, Germanicè verò Ausshin nuncupatur, ad Eleutherium suum Epistola. Excusa in Germania anno Domini 1527. [1]

[1] Non comparet hæc Epistola in editione operum Pircheimeri quæ Francofurti 1610 prodiit in-folio. Obiit autem vir ille 22 Decembris 1530, ætatis 60. (Vir eloquentiæ, sapientiæ & eruditionis laude pariter commendandus, Norimbergæ floruit, & strenuum se copiarum hujus urbis ducem præstitit.) *Vid. Mem. Niceron. Tom. XVIII.*

BLASII AURIOLI, Academiæ Tolosanæ Doctoris regentis, In. C. eam te de rescript. in antiquis interpretatio. Tolosæ in-8°. per Jacobum Colomies. [1]

[1] Opera Aurioli vernacula enumerat in Bibliothecâ suâ Gallicâ Verderius, ubi & latini hujus meminit.

BLASII MADRONETI, Securiaci, Quot & quàm ex cruentissimis præliis pullulant incommoda. Parisiis in-4°. apud Reginaldum Chaudiere 1519. [1]

[1] Securiacum dicebat se Madronetus, in oppido nempè Burgundiæ inferioris natus, ad ripam Araris sito, quod vulgò *Seure*.

BONAVENTURA GRANGERIUS, Parisiensis, Doctor Medicus, è Græca lingua in Latinam convertit & annotationibus illustravit Theophrasti Philosophi de Sudoribus libellum unum, de Vertigine libellum alterum, nunquam anteà Latinè editum. Adjecta sunt Sudorum prognostica ab eodem interprete versibus

Latinis descripta, ex Hippoc. & Gal. scriptis : excud. Parisiis in-8°. apud Joan. de Bordeaux 1576. [1]

[1] Eosdem Theophrasti libellos, post Grangerium, latinè vertit Daniel Furlanus Cretensis, ejusque interpretationem, omissa Grangeriana, Daniel Heinsius in suam G. L. quæ anno 1613 Lugduni Batavorum in-fol. prodiit, editionem recepit. Malè autem, operarum, ut apparet vitio *Grangenius* scribitur apud J. A. Fabricium, Biblioth. Græcæ. c. 9. pag. 238.

BONIFACII, cujusdam Provinciæ Franciæ super Fratres Minores Provincialis, S. Theolog. Doctoris, sermones Quadragesimales. Impressi Parisiis in-4°.

BONI BONII, ad Titul. de acquirenda possess. introductio. Neapoli apud Raymundum Amatum 1566.

BONSEMBLANTES PATAVINUS, Theologus Ordinis Augustinianei, scripsit sermones ad Clerum, ac etiam diversas quæstiones, tam in Philosophia, quàm in Theologia. Extant Mediolani & Patavii in Bibliothecis Bonsemblantis. Ejusdem Lecturæ in primum, 2. & 3. Sententiarum. De ipso Franciscus Petrarcha epistolarum 16. lib. 2. mentionem facit summoperèque eum laudat. [1]

[1] Petrarchæ locus, perperam hìc indicatus, invenitur libri undecimi Epistolarum senilium Epistola 14ª. scripta Bonaventuræ Augustiniano illius, qui tamen ibi non nominatur, Bonsemblantis fratri. Fallitur Thomas Gratianus qui anno 1378 claruissè dicit hunc Bonsemblantem, de cujus obitu Petrarcha, anno 1374 mortuus, cum ipsam 14am. libri XI. epistolam scripsit.

EX BRIGIDÆ, Suevæ, Prophetiarum, seu visionum libris Memoriale effigiatum. Romæ 1556. *

* Birgitta melius dicitur, conjux Ulfonis Sueciæ principis, quæ, cum sponsus ex quo octo infantes genuerat, Cisterciensi militiæ se dedisset, Romam secessit, sanctimonialium sub sancti Salvatoris nomine Congregationem instituit, quæ Font-Ebraldensi ordini simillimam se præbet. Ejus revelationum libri ad Concilium Basileense delatæ, damnationis notâ, Cardinalis à Turrecremata & precibus & authoritate, exempti sunt. Obiit Birgitta Romæ 13 Julii 1373.

BRUSIANI COLUMBI, Forojuliensis diœcesis Presbyteri, Sidus novum duos tractatus continens. Primus dividit peccatum

in Originale & Actuale; tandem Actuale in mortale & veniale: ubi ad unguem singulorum peccatorum diffinitiones habentur, ac specierum & filiarum prædictorum cum plerisque dubitatiunculis. Secundus diffinit virtutem in generali, quam dividit in Theologicam & cardinalem, sigillatim diffinitiones ponens. Deindè declarat quot sunt dona Spiritûs sancti, & quatuor beatitudines. Excusum Avenioni in-8°. in officina Joannis de Channey 1528.

BUCCARDI PYLADIS, Brixiani, in Plauti Comœdias quinque priores Commentarii. Impressi Parmæ, in-fol. apud Octavianum Saladium & Francisc. Ugoletum 1510.[1]

[1] *Burcardus* vocabatur, non *Buccardus*. Hic, quòd censorias quasdam in Plautinos Baptistæ Pii commentarios notas scripsisset, ab Achille Philerote Bochio Bononiensi Pii discipulo acerbè reprehensus est, toto volumine in apologismos, ea namque est inscriptio, tredecim diviso. Apologismorum autem illorum caput 59 Bochius Pyladi, quem *Pilatum* semper appellat, & appellari debere contendit, carcerem his verbis exprobrat: *Quemadmodum & tu, nugivende, antequam pœdore carceris, & illuvie conficereris, in quem perniciosa lingua tua virulentia, à Florentissimo Senatu Veneto conjectus es, ubi pretoriam gessisti, pediculariumque Tribunatum administrasti, nonne Britannicum senem misericordem suppliciter rogitabas, ut te ab eâ infortunatorum insulâ retraheret?*

BURGUNDI LEDI, colendæ Senectutis prærogativa. Romæ apud Anton. Bladum 1550.

Anonymi.

BELGICA Historia, hoc est, rerum memorabilium quæ in Belgio, jam indè à pace illa Cameracensi inter Carol. V. Rom. Imp. & Francisc. I. Regis Franciæ, evenerunt designatio. Francofurti in-8°. apud Sigismundum Feyrabenium 1583.

BRACHYLOGOS totius juris civilis, sive corpus Legum, cui adjunctæ sunt Institutiones T. Caii Jurisconf. Ulpiani, ex toto scriptorum ipsius corpore tituli unde-triginta, ex vetustissimâ

Bibliothecâ, recèns repertum & editum. Lugd. in-8°. apud Mauritium le Roy & Ludovicum Pesnot 1553. [1]

[1] Titulos illos Ulpiani, non ex toto scriptorum ipsius corpore, sed ex libro Regularum desumptos, ait Jacobus Gothofredus, Bibliothecæ juris civilis Romani cap. 2 auctoritate Cujacii & P. Pithæi nixus.

De BENEFICIORUM pluralitate Tractatus Auctoris incerti. Parisiis in-8°.

BREVIARIUM Speculatoris, Innocentii glossarumque in quinque libros divisum. [1]

[1] Speculator, qui Guillelmus Durandus, obiit 1 Novembris 1296. Innocentius verò Pontifex ejus nominis IV. 7 Decembris 1254.

Ecloge BULLARUM & motu proprio sanctiss. Patrum summorumque Pontificum Pii IV, Pii V & Gregorii XIII, quæ huc usque emanarunt. Lugd. in-8°. apud Carolum Pesnot 1582.

CABI, Polydori Lexicon. Extat manuscrip. græcè Constantinop. [1]

[1] Nemo, quod hactenus noverim, hujus, præter Verderium meminit.

CÆCILII CYPRIANI, Epistolarum liber quintus, nusquam anteà editus. Impressus Romæ in-fol. cum ejusdem operibus ad veritatem vetustissimorum exemplarium emendatis, anno 1563.*

* (Rhetor facundissimus, Carthaginensis Episcopus, anno 248, obiit 14 Septembris 258, inter Patres Latinos eloquentiâ conspicuus.)

CÆSARIS ÆVOLI, Neapolitani, de causis Antipathiæ & Sympathiæ rerum naturalium. Venetiis in 4°. apud Franciscum Zilettum 1580. [1]

[1] Alios scriptoris hujus, qui *Cesare d'Evoli* vernaculè dicebatur, libros, sed non hunc refert Nicolaus Toppius in Bibliothecâ Neapolitanâ.

CÆSARIS

CÆSARIS COSTÆ, Ambiguitatum juris libri 3. Neapoli apud Horatium Salvianum 1573.

CÆSARIS DELPHINI, Tractatus de proportione Papæ ad consilium. Ejusdem de summi Pontificis principatu.

CÆSARIS VALENTINI, Origo & decreta pacificæ Academiæ.

CALO CALONYMOS, Hebræi Neapolitani, de mundi creatione Physicis rationibus probata libri tres. Impressi Venetiis in-fol. per Bernardin. de Vitalibus 1527.

CAMILLUS BORELLUS, J. C. Olivetanus, Speculum Principum Petri Bellugæ Valentini, Additionibus & Suppletionibus illustravit. Venetiis in-fol. apud Jacob. Aniellum 1580.

CAMILLI LEONARDI, Pisaurensis, Artium & Medicinæ doctoris, Speculum lapidum. Impr. Pisauri in-4°. anno Domini 1502.[1]

[1] Inter omissos à Gesnerio Verderius referre non debuit.

CAMILLUS PLAUTIUS, ad Rubr. & lib. 1. C. de edendo. Lucæ apud Vincent. Busdragum 1563. Idem de Notis Cravettæ lib. 4 & de bonor. possess. Papiæ apud Hiero. Bartholum 1562. Ejusdem ad l. Quot te D. Si certum petatur, Mediolani in Typographia Moscheniana 1556.

CAROLI BOVILLI, Veromandui Samarobrini, Physicorum elementorum libri decem, denis capitibus distincti, quæ capita denis sunt propositionibus exornata, undè libri sunt decem, capita centum, propositiones mille. Parisiis in-4°. apud Jo. Parvum & Jodocum Badium 1512[1]. Ejusdem de Agonologia Jesu Christi libri quatuor. Parisiis in-8°. excud. Pet. Viduneus 1533.

[1] Claudius Hemeræus Tabellæ suæ Chronologicæ Ecclesiæ S. Quintini pagina 158. Caroli Bovilli Sancuriani, canonici Noviomensis & Sanquintiniani meminit, quasi ante annum 1509 mortui, quem tamen multo post

obiisse vel ex eâ Epistolâ constat quam Bovillus nonis Septembris 1531 suo de vitiis vulgarium linguarum, & Gallici sermonis varietate libro præposuit.

CAROL. CALVI, Imper. Ludovici Pii Cæsaris filii, Precationes quas sibi adolescenti pro quotidiano usu antè annos 25 suprà septingentos in unum colligi, & literis scribi aureis mandavit. Ingolstadii, in-8°. apud Davidem Sartorium 1583. [1]

[1] Obiit Carolus Calvus anno salutis 877, regni 38, Imperii 2, ætatis 55.

CAROLUS CANTOCLARUS, J. C. & in supremo Parisiorum Senatu causs. patronus, Juliani Imperatoris de Cæsaribus, sermonem in lucem primum edidit, & è Græco Latinum fecit. Parisiis, in-8°. apud Dionysium Vallensem 1577.

CAROLI CAPELLII, sermo de justa Dei contrà nos indignatione.

CAROLUS CLUSIUS, Antidotarium Florentinum latinitate donavit; in-8°. apud Plantinum. [1]

[1] *Vide* Bibliothecam Gallicam Verderii, voce *Charles de l'Escluse.*

CAROLI FERNANDI, Monachi sancti Benedicti, Confabulationes Monasticæ in quatuor libellos divisæ cum vocum & sententiarum quarumdam explanatione. Parisiis, in-4°. apud Jo. Badium 1515 [1]. Ejusdem speculum Monachorum in-fol.

[1] Duo Fernandi Fratres, *Carolus*, Major natu, à puero cæcus, & *Joannes*, ambo Brugis orti, multa Parisiis, versu & prosâ scripsere, ultrà Ludovici XII, ni fallor, tempora non progressi.

CAROLI A LOTHARINGIA, Cardinalis Vademontani, de Ecclesiá disputatio in theses distributa, quam in Academia Mussipontana publicè defendit, Dirigente Patre Luca Pinello societatis Jesu. Excud. Virduni, in-4°. Martinus Marchant 1580. [1]

[1] Obiit (Avenione) 26 Decemb. 1574, ætatis 50.

CAROLI MAGNI, Imper. Rom. aliorumque incerti nominis de veteris Ecclesiæ ritibus ac ceremoniis fragmenta à Wolfango [1] Lazio eruta à tineis. Adjectum est opus Rabani Mauri,

Archiepiſcopi Maguntini, de virtutibus, vitiis ac ceremoniis antiquæ Eccleſiæ, ab eodem Lazio repertum. Antuerpiæ, in-8°. apud Jo. Bellerum 1560.

[1] Obiit (Aquis Granis) 28 Januarii 814, æt. 72. Malè autem, ut plerique Galli, Verderius ſcribit *Wolſango* pro *Wolſgango*, quod nomen Teutonice lupinum inceſſum, à *Wolf* lupus & *Gang* inceſſus, ſignificat. Undè & Pariſiis familia Bibliopolarum è Germaniâ, ut veriſimile eſt, oriundorum, *Pas de Loup*.

CAROLI SIGONII, Mutinenſis, Bononiæ, Latinæ linguæ profeſſoris, Scholia in fragmenta Ciceronis, paſſim diſperſa & ipſius diligentiâ collecta. Venetiis, in-8°. apud Jordanum Ziletum 1560. Patavinarum diſputationum adverſus Franciſcum Robortellum liber ſecundus, in quo Ephemeridibus ejus reſpondetur & nova ejuſdem errata aperiuntur. Ejuſdem Sigonii ad epiſtolam Gabrielis Faerni Reſponſio. Patavii, in-4°. apud Gratioſum Perchacinum 1562. De vita & rebus geſtis Publ. Scipionis Æmiliani. Bononiæ, apud Jo. Roſcium 1569. De Republica Hebræorum libri VII. Spiræ Nemetum excud. B. Albinus, anno CIↃ. IↃ. LXXXIV. Pro Ciceronis de conſolatione libro Orationes duæ. Patavii, in-4°. 1584. Deceſſit ex hac vita Mutinæ hoc anno 1584. [1]

[1] Obiit (Mutinæ) 1584, ut probavi ad Bailletum, Tom. II, pag. 119.
* (Opera illius Mediolani excuſa 1732 & 33 in-fol. — Ejuſdem Hiſtoria Eccleſiaſtica, ibid. prodiit 1734, 2 Tom. in-4°. vir eruditus, ſagax, exactæ critices laude in primis commendandus.)

CAROLUS DE TOCCO, Siculus, ſcripſit gloſſas ad leges Longobardorum. Venetiis, in-8°. anno 1537.

CAROLI VIRULI, Epiſtolæ. [1]

[1] Memini eas me vidiſſe, Gothicis, ut aiunt, typis in-8°. editas. Nihil autem continent præter meras latinè loquendi formulas, pleraſque perverſas, barbaras & ridiculas, quas ideò Henricus Bebelius ſuo quodam libello non immeritò caſtigavit. Erat Carolus Virulus, Patria Caſſetenſis, Pædagogii Lilienſis Lovanii primus inſtitutor, 11 Martii 1493, ætatis 80 mortuus. Virulum ſe dixit quaſi *parvum virum*, ſivè Homuncionem, quia Belgicum ipſius nomen *Menſchken* idem ſonat. De Carolo Virulo non illepidum

quiddam notat Vives pag. 44, 498 & 499, lib. 4 de trad. diſcipl. quod, uti prolixius, hîc non exſcribo.

CASTORI DURANTI, Gualdenſis Medici, de bonitate & vitio alimentorum Centuria. Piſauri, in-4°. apud heredes Bartholomei Ceſani 1565. Scripſit etiam Italicè libros tres quibus titulus : Del parto della Vergine libri tre di M. Caſtore Durante da Gualdo ad imitatione del Sannazaro con gli argomenti di M. Ieronimo Pallantieri. In Roma appreſſo Gio. Battiſta de Cavallieri 1573.

CELSI MARTINENGI, de prævidendis morborum eventibus libri tres. Ejuſdem de Methodis Commentarius, deque Artium ſtructura libellus. Venetiis, in-4°. apud Joan. Bapt. Hoſmachum 1584.

CHRISTIANI ADRICHOM, Delphi, Deſcriptio urbis Jeruſalem, ſicut Chriſti tempore floruit, & ſuburbanorum, inſigniorumque hiſtoriarum ejus. Coloniæ, in-8°. excud. Godefrdius Kimpenſis 1584. [1]

[1] Natus Delfis obiit 14 Junii 1585, ætatis 52.

CHRISTIANI SCHESCI, Ruinæ Pannonicæ libri quatuor, continentes ſtatum Reip. & Religionis in Hungaria, Tranſſylvania, viciniſque regionibus, imperante Joanne ſecundo Electo rege Hungariæ. Addita eſt hiſtoria de bello Pannonico Solymanni Imper. Turcorum, Julæ & Zigheti expugnationem continens; in-4°. Witebergæ 1573.

CHRISTOP. AULÆI, Præcepta pietatis & morum diſtichis Elegiacis conſcripta. Francofurti, in-8°. excud Chriſ. Egenolphus 1551.

CHRISTOPHORI AUTUMNI, cauſarum patroni, Ætatum conditionis humanæ commentarius. Toloſæ, in-4°. apud Guid. Boudevillæum 1552.

CHRISTOPH. BRUNUS [1], Hiſtoriam Q. Curtii de rebus

gestis Alexandri magni Supplementis fragmentisque restituit. Antuerpiæ, in-8°.

[1] Omnes editiones *Brunonem* appellant, non *Brunum*.

CHRISTOP. DE CAPITE FONTIUM, fratrum Minorum de Observantia Generalis ministri, Perpetuæ Mariæ virginis ac Joseph sponsi ejus virginitatis, Catholica defensio. Lugd. in-8°. apud Michaelem Jovium 1578 [1]. Ejusdem compendium privilegiorum fratrum Minorum & Religiosarum sub eorum cura viventium, nec-non & aliorum fratrum Mendicantium recognovit & excudendum curavit. Parisiis, in-8°. apud Simonem Calvarinum 1578.

[1] Videantur Bibliothecæ Gallicæ, tam Crucimanii, quàm Verderii, in *Chrestolfe & Christophle de Cheffontaines.*

CHRISTOPHORI CLAVII, Bambergensis, societatis Jesu, Gnomonices libri octo; in quibus, non solum Horologiorum solarium, sed aliarum quoque rerum quæ ex Gnomonis umbra cognosci possunt descriptiones geometricæ demonstrantur. Romæ in-fol. apud Franciscum Zannetum 1581. Ejusdem in sphæram Joan. de sacro Bosco commentarius. Romæ, in-4°. ex officina Dominici Basæ 1581. Ejusdem Epitome Arithmeticæ Practicæ. Romæ, in-8°. ex typographia Dominici Basæ 1583. Ejusdem Demonstrationes & Scholia in Euclidem. Romæ, in-fol. apud Vincentium Accoltum 1574. [1]

[1] Obiit Romæ 6 Februarii 1612, ætatis 75.

CHRISTOP. HEGENDORPHINI, in T. Livium, historicum clarissimum Præfatio. Lipsiæ, in-8°.

CHRISTOPHORI HEGENDORPHINI, Declamationes octo, quarum Prima, laudem divi præsulis Martini complectitur; Secunda est gratulatoria in coronatione junioris regis Poloniæ dicta. Tertia, de officiis discipulorum erga præceptores. Quarta, Apologetica pro literis Græcis, quòd falsò omnium hæreseum authores insimulentur. Quinta, de recta studendi ratione. Sexta, Encomium Jejunii, seu sobriè vivendi rationis.

Septima, cohortatoria ad confeſſionem auricularem. Octava, Encomium temporis verni. Impreſſæ Argentorati 1533 per Joannem Albrecht, in-8°.

CHRISTOPH. MORALIS, Hiſpani, Miſſæ muſicæ. Lugd. in-fol. apud. Jacobum Modernum 1546.

CHRISTOPHORI OBENHIM, Rhetici, Enchiridion Theologicum præcipua veræ & falſæ religionis capita ex ſacra Scriptura & Patrum orthodoxorum ſcriptis explicata continens. Impreſſum Venetiis in-8°. apud Nicol. Henricum 1562.

CHRISTOPHORI OBENHEIM, Ottingenſis, Novi Teſtamenti locorum pugnantium, eccleſiaſtica expoſitio ex Luthero, Melanchthone, Brentio, Bucero, Calvino, Bullingero, Loſſio, Muſculo, Chytræo & aliis excerpta. Baſileæ, in-8°. anno 1563.

CHRISTHOPH. VARI, Civis Toloſani, Antilogos, de ſanctiſſ. Dei altaris Sacramento, in hæreticos. Toloſæ, in-4°. excud. Jacob. Colomerius 1563.

CLAUD. ALBERII, Triuncturiani, [1] Organon, id eſt, Inſtrumentum doctrinarum omnium, in duas partes diviſum, nempè in analyticum eruditionis modum & dialecticam, ſive methodum diſputandi in utramque partem, in-4°. Morgiis excud. Joannes le Preux 1584.

[1] Claudius-Alberius Triuncurianus (ſic enim ſcribendum) obiit Divione 1596, ejurato prius Calviniſmo, ut indicat Iſaacus Caſaubonus his, ſuæ ad Jacob. Lectium Epiſtolæ, Genevæ 18 Aprilis eodem anno datæ: *Divione nuper diem ſuum obiit alter (ſic omnes credunt verè an falsò) Morlanus. Certè erga morientem & mortuum ſervata ex ordine* ὅσα ἐν ἐκκλησιῶν τῶν καθολικωτάτων, *nec deerat ſuſpicio, ſi convaluiſſet, facturum brevi ne quiſquam de ipſius religione poſſet dubitare.*

CLAUDII BUDINI, Carnutenſis, de metrorum contextura libellus. Pictavii, in-8°. ex officina Marnefiorum fratrum 1544. [1]

[1] Erat Profeſſor in Collegio Burdegalenſi.

CLAUDII CAMPENSIS, Medici, in librum Ariſtotelis de Memoria & Recordatione commentarii; quibus opinio Ariſto-

telis refutatur. Parisiis, in-8°. apud Sebast. Nivellium 1556. [1]

[1] Castellione ad Dombas natus, Gallicè *des Champs* vocabatur. Meminit Samuel Guichenon, pag. 36. Historiæ Sebusianæ part. 1.

CLAUDII CHIFLETII, J. C. Sequani, Eorum quæ de jure, pars prior, in qua continentur de substitutionibus liber unus; de portionibus legitimis liber unus; de jure fidei commissorum libri quatuor; de secundo capite legis Aquiliæ disquisitio nova. Lugd. in-8°. apud Joannam Jacobi Juntæ filiam 1584. [1]

[1] Is ipse est Dolanæ Academiæ Antecessor, cujus libellum de Ammiani Marcellini vitâ, & alterum de dignitatibus præcipuis eorum temporum, Lovanii 1627, in-8°. editos, suæ, in-folio, ejusdem Marcellini editioni Parisiis 1681, præposuit Hadrianus Valesius Henrici frater.

* Hæc Chiffletiorum Stirps Doctorum ferax, floret nunc in Comitatu Burgundiæ. N. Chifflet, Senatûs Bisontini præses infulatus majorum vestigiis instat.

CL. DAVID, J. C. Parisiensis, Velitatio legalis. Parisiis, in-8°. apud Abel. l'Angelier 1584.

CLAUD. DARIOTI, Pomarcensis, Medici ad Astrorum judicia facilis introductio. Ejusdem tractatus de electionibus principiorum idoneorum rebus incohandis. Lugd. in-4°. apud Mauritium le Roy 1557. [1]

[1] Idem postea hos suos libellos Gallicè reddidit. Videantur Crucimanius & Verderius in *Claude Dariot.*

CLAUDII JURÆ CARRONERII, de hominis excellentia Concio quæ inscribi potest Anthropos, ad Deum cognoscendum exhortatoria. Impressa Avenioni, in-4°. per Joannem de Channey 1524.

CLAUDII MARTINI, Colchensis, Elementa Musices practicæ libris duobus absoluta. Accesserunt exercitationes nonnullæ. Parisiis, in-4°. ex offic. Nicolai du Chemin 1550. [1]

[1] Videatur Crucimanius in *Claude Martin d'Autun*, vel ut malè scribit d'*Authun.* Tom. I. pag. 144.

CLAUD. MARII VICTORIS, Oratoris Massiliensis, ΑΛΗΘΕΙΑΣ, seu commentationum in Genesin lib. 3. Epi-

grammata varia vetusti cujusdam auctoris, inter quæ sunt & aliquot Psalmi versibus redditi. Hilarii Episc. Pictaviensis Genesis. Dracontii, de opere sex dierum. Parisiis, in-8°. excud. Gul. Morellius 1560. *

* (Scribebat circà medium quintum seculum. Obiit 445 aut paulo post. Victorini cognomen habuit; præter opera hìc relata, nota est illius, ad Salomonem Abbatem, de corruptis temporis sui moribus, epistola.)

CLAUDII MINOIS, Divionensis, Commentaria in orationes Ciceronis pro P. Sylla, & pro M. Marcello, in-8°. Francofurti, apud heredes Andreæ Wechelli 1584 [1]. Ejusdem in Partitiones Oratorias Ciceronis Tabulæ & Syntagmata. Ibidem.

[1] Claudius Minos, vernaculè *Mignault*, Talanti, quod est oppidum primo à Divione lapide distans, natus, Divionensem, propter viciniam, se dixit. Lutetiam maturè profectus, maximam vitæ partem ibi transegit, jurisconsultum se inscribens, & Justinianeas publicè institutiones enarrans. Carolus Fevretus nostras, celeber ille de *Abusu* scriptor, ἀνεκδότῳ Elegiaco de vitâ suâ carmine, auditorem se Minoïs testatur his verbis:

> Excepi, Minoë legente, inscripserat olim
> Quod Cupidis legum Justinianus opus.

Fuisse autem annum tunc 1599 innuunt duo, qui proximè sequuntur versiculi:

> Tandem à milleno nos sexcentesimus annus
> Ad studia excipiens nobiliora tulit.

Sed quo vel ætatis suæ, vel christianæ salutis anno Minos, qui Stampensis Regius in foro Stampensi fuerat patronus, obierit, comperire non potui. Eum tamen ad 1610 pervenisse non puto (& jure, nam circà 1603 obiit Parisiis.) Vide plura de eo in notis ad Crucimanium voce *Claude Minos* ou *Minaut*, Tom. I. pag. 145. & Mem. Niceron. Tom. XIV, pag. 81.

CLAUD. MONDIN, Foresiensis, in summo Curiæ Parisiensis ordine Advocati, de seditiosis liber singularis ad interpretationem juris. Lutetiæ, in-8°. apud Federicum Morellum 1567. [1]

[1] Videatur Claudii Jolii index Alphabeticus pag. 527 ad Antonii Oiseli dialogum de Fori Parisiensis Oratoribus.

CLAUD. ROILLETI, Belnensis, varia Poëmata videlicet Philanira, Petrus, Aman, Catharina, Tragœdiæ, Dialogi.

Vinearia

Vinearia, Fortunæ conjugium, Diana ſive Satyri. Elogia in congratulationem Cardinalis Lotharingi ab Italia reducis. Epithalamium. Varia Epigrammata. Pariſiis, in-16. apud Gul. Julianum 1556. [1]

[1] *V.* Crucimanius in *Claude Roüillet.* Tom. I. pag. 149.

COLLEG. POSTHI, Meliſſæi votum, hoc eſt, Ebrietatis deteſtatio atque potationis ſaltationiſque ejuratio; in-8°. Francofurti apud Joannem Lucienb. 1573. [1]

[1] *Collegii Posthi-Melissæi.* — Sic fuit ſcribenda hujus libelli inſcriptio, habitâ ratione Joannis Poſthii & Pauli Meliſſi, qui ambo Poëtæ, &, quod notandum, Germani, Ebrietatem, Ebrietatiſque comitem Saltationem verſibus ſuis inſectati ſunt. Valuit Poſthius Elegiaco verſu. Meliſſus in nullo felix.

CONRADUS DASYPODIUS, Hypotypoſes orbium cœleſtium, quas appellant Theoricas Planetarum; congruentes cum tabulis Alphonſinis & Copernici, ſeu etiam tabulis Prutenicis in uſum ſcholarum publicavit. Argentorati, in-8°. excud. Theodoſ. Rihel. [1]

[1] Conradus Petri Daſypodii anno 1559 mortui filius, obiit 22 Aprilis 1600.

CONRADI HERESBACHII, Juriſconſulti, ducis Juliacenſis, Clivenſis, Montenſis, &c. Conſiliarii, Rei Ruſticæ libri quatuor, univerſam ruſticam diſciplinam complectentes, unà cum appendice oraculorum ruſticorum Coronidis vice adjecta [1]. Item de Venatione, aucupio atque piſcatione compendium in uſum heroum, patrúmque familias ruri agentium concinnatum. Coloniæ, in-8°. apud Joannem Birckmannum 1571. Quædam & alia ſcripſiſſe fertur, quæ quamvis excuſa, in mei notitiam & Jo. Jacob. Friſii non venerunt.

[1] Obiit 1576 14 Octob. ætatis 68.

CONRADUS KOELLIN, Ulmenſis, Ordin. Prædicatorum, Coloniæ apud Theologicam ejuſdem ordinis ſcholam Regens, ſcripſit adversùs caninas Mart. Lutheri nuptias, adverſúſque

alia ejusdem, vel gentilibus abominabilia paradoxa : Opus in quatuor libros divisum. Impress. Tubingæ in-8°. anno 1530. Ejusdem Quodlibeta VII. & XX. per modum Dialogi, quæ quidem moralis Theologiæ arcana & doctissimis viris sæpe incognita scire ad unguem volentibus, oppido idonea sunt. Coloniæ in-4°. apud Petrum Quentell. 1523. [1]

[1] Obiit 26 Augusti 1536. Gesnerus scribit *Collin.*

CONRADI ULMERI, Symbola præcipua Synodorum, atque adeò totius veteris Orthodoxæ & Catholicæ Christi Ecclesiæ, Tiguri in-8°. 1583.

CONRADUS WIMPINA, [1] à Fagis, bonarum artium, Philosophiæ atque sacrarum literarum professor, scripsit opus insigne cui hæc insunt : de nobilitate Christi libri tres. De laudibus Christi, Panegyrici 5. De nobilitate corporum cœlestium libri 6. De signis & insomniis, eorumque interpretationibus libri tres. De sex Sophorum erramentis eorumque confutationibus, videlicet, Aristotelis, Averrois, Avicennæ, Algazelis, Alkindi & Rabi Mosis libri 3. De hypocrisi, superstitione & divinatione libri 3. De divæ *Annæ trinubio, & trium filiarum ejus asservatione libri 3. De ortu, progressu & fructu sacræ Theologiæ liber unus. Explanatio initii Evangelii secundùm Joannem. Symboli Athanasii explicatio. Omnia hæc impressa Coloniæ in-fol. apud Joannem Soterem 1531.

[1] *WIMPINAL* scribit Naudæus cap. 14. Apologiæ Clarorum Virorum Magiæ immeritò suspectorum.

*Philosophiæ, Theologiæ, ac eximiarum Literarum cognitione præstans, obiit an. 1531; Rector emeritus novæ Francofurti ad æderam Academiæ, & canonicus Brandeburgensis.

CONSTANTII FELICII, Durantini, libri duo : unus de Exilio M. Tullii Ciceronis. Alter, de ejus glorioso reditu. Impres. in-4°. Lipsiæ 1535. [1]

[1] Hos libros Constantius perfecit admodùm juvenis, ita ut Bailletus eum, si novisset, illustribus suis pueris adjicere facilè potuerit. Patria Constantio in tractu Urbinate fuit Castrum Durantium, Italicè *Castel Durante*, hodie *Urbanea.*

CONSTANTII [1] LANDI, Complani comitis, patriciique Placentini, in veterum Numiſmatum Romanorum Miſcellanea explicationes. Lugd. in-4°. apud Sebaſtianum de Honoratis 1560. Ejuſdem Methodus de bona valetudine tuenda. in-8°. ibidem, anno 1557.

[1] Malè *Conſtantinum* Struvius nominat.

CONSTANTINI LUCÆ, Alexandr. Philoſophi ac Theoricæ ordinariæ in Ticinenſi Gymnaſio publici profeſſoris, in Avicennæ Capita de Phlebotomia, cucurbitulis, ac hirudinibus expoſitiones. Ticini in-4°. apud Hieronymum Bartolum 1583.

CORNELII CROCI, Amſtelredamenſis, Eccleſia, ſeu authoritatis Eccleſiaſticæ declaratio ad confirmandam fidem Catholicorum dogmatum & ſtabiliendos animos adversùs falſæ doctrinæ ventos. Antuerpiæ in-8°. in ædib. Jo. Steelſii 1536.

CORNELII LOOS ſive CALLIDII, Illuſtrium Germaniæ ſcriptorum catalogus, quo doctrina ſimul & pietate illuſtrium vita, & operæ celebrantur; quorum potiſſimùm ope literarum ſtudia, Germaniæ ab anno M. D. uſque ad LXXXI. reſtituta; & ſacra fidei dogmata à profanis ſectariorum novitatibus vindicata. excuſ. Moguntiæ in-8°. apud Caſparum Behem 1581.

CORNELII MUSII, Delphii, inſtitutio fœminæ Chriſtianæ carmine reddita. Ejuſdem Odæ & Pſalmi aliquot. Pictavii in-4°. ex officina Marnefiorum fratrum 1536. Ejuſdem Imago patientiæ carmine deſcripta: de temporum fugacitate & ſacrorum Poëmatum immortalitate Ode. Ibidem. [1]

[1] Obiit 1572, ætatis 69.

CORNELII SCYLANDRI, Albiſſenſis, apud Antuerpianos medici, practica Chirurgiæ brevis & facilis ſingularem modum extrahendi olea ex floribus, herbis vulnerariis, ligno Guaiaco & Cera continens. Antuerpiæ in-8°. apud Antonium Tilenium 1577.

CORNELII DE SNEKIS, prædicatorii inſtituti ac Theolo-

giæ professoris sermones XXI. super confraternitate de serto Rosaceo sacrosanctæ Dei genitricis semperque Virginis Mariæ. Sermones duo ejusdem, & contrà Ebrietatem & insolentiam bibendi. Quibus adducitur Corona super officio dicti serti Rosacei. Bullæ Apostolicæ super confirmatione ejusdem fraternitatis. Sermones Synodales ejusdem Magistri Cornelii. Omnia hæc impressa Parisiis in-4°. à Jodoco Badio 1512. [1]

[1] Obiit 14 Septembr. 1531.

CYNUS, Pistoriensis J. D. scripsit de contrarietatibus Accursii Tractatum, quod in bibliotheca Antonii Augustini Episc. Tarraconensis conservatur. [1]

[1] Tractatum hìc dicitur ut *dictatum*, *scriptum*, *quæsitum*, *&c.*

CYPRIANUS, Monachus Cistercienfis, divinæ legis interpres in Complutensi Academia, scripsit Commentaria in Prophetam Nahum Lugduni excusa in-4°. apud Guil. Rovillium 1562.

CYRILLI FULGEONII, Summa criminalis, in qua continentur quatuor elementa, practica, ordo judiciarius, tractatus & summa omnium quasi rerum & causarum criminalium, judicum, accusatorum, reorum & testium jure regni Neapolis suis locis vallata : unà cum argumentis & summariis à Scipione Fulgeonio U. I. D. filio. Venetiis in-4°. apud Jo. Variscum 1568.

C. PERUSCHI ISIDORI, Episcopi Alætrinatium, de Divitiis & Paupertate. Romæ apud Anton. Bladum. 1556.

CÆSARIS CONTARDI, Genuensis, Advocati curiæ Romanæ, commentarii in L. unicam & C. si de momen. poss. fue. appel. sive in Ægidianam. Venetiis, in-8°. anno 1574.

CAMILLI SALERNI, Consuetudines Neapolitanæ cum glossa Napodani. Impressæ Neapoli in-folio apud Joannem de Bon 1567.

Libri quorum incerti ſunt Auctores.

CANDELA EVANGELICA, à viro quodam venerabili atque apprimè erudito conſcripta, qui apud homines optans magis neſciri quam prædicari, nomen ſuum ſubticuit. Liber is excuſus eſt Coloniæ in-8°. apud Eucharium Cerviconum 1527.[1]

[1] De hoc libro ejus, & ut videtur circà XII. ſeculi initium auctore Gerlando quodam Veſontionenſi, legi poſſunt quæ notavi, Menagianorum, Tom. II. pag. 98 & 99.

Anagraphe de origine CARTUSIANI ordinis verſibus hexametris deſcripta in minore clauſtro Cartuſiæ Pariſienſis. Pariſiis in-4°. apud Sebaſt. Nivell.

CASUS Papales & Abbatiales incerto authore.

CENSURA, in additiones marginales textuum juris Canonici. Romæ apud hered. Anto. Bladi.

CERIMONIARUM Sacrarum, ſive Rituum SS. Romanæ Eccleſiæ libri 3. in-folio Romæ typis Valerii Dorrici 1560, & Coloniæ in-8°. apud hered. And. Brickmanni 1577.

CHOREARUM molliorum collectanea, omnis ferè generis Tripudia complectens, utpote Padoanas[1], Paſſemezos, Allemandas, Gaillardas, Branles & id genus alia tam vivæ voci quàm inſtrumentis muſicis accommoda. Antuerpiæ in-4°. apud Jo. Bellerum 1583.

[1] Notetur hîc vox *Padoanas*, undè Gallicum *Pavane*, ut obſervavi in Gloſſario Burgundico, pag. 147, verbo *Bocane*.

* Hic probatur contrà Furetierum & alios ſaltationem dictam *Pavane*, non ex Hiſpaniâ, ut contendunt, ortam; ſed à Paduanis inventam; multò minus voci Pavo, *Paon* Gallicè, etymologia nominis *Pavane* referenda eſt.

CLERICORUM Libellus familiaris muſices divinique cultûs miro orationum ordine contextus, ad fratrem Antonium Sca-

liotam ordinis minorum. Venetiis in-8°. apud Gregorium de Gregoriis 1525.

CODICIS Interpretatio, ex Consiliis multorum. Illerdæ apud Rovillium 1566.

COLONIENSIS Ecclesiæ Statuta seu Decreta. in-fol. Coloniæ 1554.

COMMUNES Opiniones Juris. Lugduni apud Joannem Jacobi Gionta.

CONCERTATIO Ecclesiæ Catholicæ in Anglia adversus Calvinopapistas & Puritanos, à paucis annis, singulari studio quorumdam hominum doctrina & sanctitate illustrium, renovata; in-8°. Augustæ Trevirorum 1583.

CONSILIA criminalia diversorum. Venetiis apud Jordanum Zilettum 1559.

CONSILIA pro Carolo V. contrà Ducem Clevensem super Ducatu Geldriæ.

CONSILIA FEUDALIA diversorum. Lugd. apud hered. Jacobi Juntæ 1553.

CONSILIUM Cardinalium de reformatione Curiæ. Romæ anno 1538.

CONCILIUM Provinciale Valentinum, Valentiæ celebratum anno 1565.

CONSILIORUM Diversorum Tomi duo.

CONSOLATIONUM Divinarum & humanarum Collectio verè aurea, qua Christianus quilibet instruitur, quomodo afflictiones & ærumnas omnes vincere ac superare possit. Antuerpiæ in-8°. Typis Ægid. Diest. 1564.

Directorium, aut potius Castigatorium CONCUBINARIORUM, quo quidem stupenda & ob tanti sceleris impunem tolerantiam quasi inaudita pericula authoritatibus & rationibus

quam apertissimè resolvuntur. Authore incerto. Parisiis in-4°. apud Jodocum Badium.

CONSTITUTIONES CATHALONIÆ, diversis temporibus editæ in-fol. Tom. II.

CONSTITUTIONES, & Regula Societatis Jesu. Confirmatio Societatis ejusdem. Regulæ communes, quæ ad privatum cujusque bonum spectant. Decreta congregationis generalis societatis Jesu & Canones. Impressa Romæ in-8°. 1567.

CONSTITUTIONES Synodales Mediolani sub Illustrissimo Carolo Borromæo. Venetiis apud Aldum 1566.

CONSTITUTIONES Mutinensis Synodi sub domino Joanne Portuensi Episcopo. Mutinæ apud hered. Cornelii Gabaldini 1565.

CORYCIANORUM lib. 1: Epigrammata à diversis. Romæ in-4°. apud Ludovicum Vicentinum 1524. [1]

[1] Joannes Corycius, credo patriâ voce *Corits*, Lucemburgensis, à Julii II. & Leonis X. temporibus ad Clementem usquè VII. quo Pontifice obiit, Romæ degens, Poëtarum Latinorum consuetudine quorum tunc in Italiâ magnus proventus erat, impensè delectabatur. Undè cùm tres statuas *Christi*, *Mariæ* & *Annæ*, marmoreas, sumptibus suis ex uno & eodem lapide, à nobili sculptore Jacobo Sansovino efformatas, in æde divi Augustini, anno 1514 dedicasset, eas certatim Poëtæ illi versibus suis celebrarunt, quos, decem post annis, collectos Blosius Palladius Romanus Clementi VII ab Epistolis edi curavit, & *Corycio* inscriptos, *Coryciana* dixit. Quod autem hic Corycianorum liber 1. dicitur, non ità intelligi debet, quasi plures sint Corycianorum libri, sed quia ei libello alter subjunctus est, 354 Elegiacis versibus constans, quem Franciscus Arsillus à Jovio in elogiis laudatus, de *Poëtis urbanis* inscripsit.



DACRYANUS, Abbas ordinis sancti Benedicti, conscripsit Speculum Monachorum, antehac nusquam excusum. Lovanii in-4°. apud Bartholomeum Gravium 1538. [1]

[1] Dacryanus hic, non alius est quàm Ludovicus Blosius, ut notant Pseudonymorum Observatores. Obiit autem Ludovicus Blosius 7 Jan. 1566. æt. 59.

* Opera Abbatis illius pietate conspicui, edita sunt à Jacobo Frojo ejus discipulo.

DANTIS ALIGERII, præcellentiss. Poëtæ de vulgari eloquentia libri duo, nunc primum ad vetusti & unici manuscripti Codicis exemplar editi; ex libris Jac. Corbinelli, ejusdemque annotationibus illustrati. Parisiis in-8°. apud Jo. Corbon 1577. [1]

[1] Scriptum hoc, quod suppositum putat Joannes Marius Crescimbenius, Vicentiæ primus, quasi è latino Dantis à se Italicè redditum, 1529, vulgavit, in-folio, Joannes Georgius Trissinus, cui mendacio Jacobus Corbinellus favere volens, octò & quadragintà post annis, id ipsum Trissini scriptum latinè à se versum, pro genuino Dantis fœtu edidit. Hæc sanè est Crescimbenii de utriusque fraude opinio, cui tamen & meritò non accedit Vincentius Gravina l. 2. Tractatûs Italici *della Ragion Poëtica*.

DAVIDIS CHYTREI, de tribus nostræ ætatis Cæsaribus Augustis, Carolo V. Ferdinando I. Maximiliano II. Orationes à Davide Chytræo datæ adolescentibus in schola recitandæ. Witebergæ in-8°. 1583. [1]

[1] Obiit 25 Junii 1600. ætatis 70.

* Notus est illius in Apocalypsim commentarius, in quo se somnianti similem passìm præbet.

DAVIDIS CRANTSTON, Tractatus Insolubilium & obligationum, correctus per Guliel. Manderston & Anton. Silvestri ejus discipulos cum obligationibus Strodi. Parisiis in-fol. apud Oliverium Senant.

DAVIDIS WOLRENSTENII, Vratislaviensis, Explicatio Ephemeridum

Ephemeridum Aſtronomicarum, propoſita in Scholis Aſtronomicis Academiæ Argentoratenſis. Argentorati in-4°. Excud. Nicolaus Wyriot, 1563.

DIDACUS AD ALABA, de Conciliis univerſalibus. Granatæ 1582.

DIDACUS CASTELLUS, in leges Tauri. Metymnæ apud Guliel. de Milis, 1553.

DIDACUS PEREZ, in primam partem ordinamenti Regalis. Salmanticæ apud Mariam à Terra nova 1560.

DIDACUS RODERICUS, Alvarado, de conjecturata mente defuncti. Hiſpali apud Ferdin. Diaz, 1578.

DIDACI VALADES, Rhetorica Chriſtiana ad concionandi & orandi uſum acommodata, utriuſque facultatis exemplis ſuo loco inſertis, in-4°., 1583.

DIMALDUTIUS FOROLIVIENSIS, ord. D. Auguſtini, ſcripſit de Reſurrectione mortuorum inſigne volumen, Bartholomæo Capuano regis Siciliæ protoſcribæ, dicatum Extat Florentiæ, in Bibliotheca fratrum ordinis Servorum. Scripſit quoque tractatum de ſeptem Sacramentis Eccleſiæ. Item ſermones ſuper Evangelia & Epiſtolas Dominicarum totius anni; Sermones Quadrageſimales; Sermones ad clerum, quæ omnia aſſervantur Manuſcripta, Bononiæ, in Bibliotheca S. Jacobi Auguſtinianorum.

DIONYSIUS cognomento CISTERCIENSIS, ſcripſit ſuper Sententias. in-fol. Pariſiis.

DIONYSII HALICARNASSEI, Vitæ Iſæi & Dinarchi, magnorum Græciæ oratorum, quæ nunc primùm ſtudio & diligentia Pet. Victorii in lucem prodeunt Græcè. Lugd. in-4°. apud Jo. Tornæſium 1581.

DIONYSIUS GOTHOFREDUS, J. C. Corpus Juris civilis in 4. partes diſtinctum, commentariis illuſtravit, quibus

inter cætera variæ lectiones, leges similes, contrariæ, abrogantur; verborum, legumque difficilium interpretationes atque compendia, anni singulis Codicis legibus additi, continentur. Præter Institutionum novam Epitomen accessit & alia Novellarum Justiniani, ad ordinem Edicti perpetui accommodata. Lugduni in-4°. Apud Bartholomeum Vincentium 1583. Feudorum consuetudines, partim ex editione vulgata, partim ex Cujaciana vulgatæ apposita. Constitutiones Friderici II. Imper. Extravagantes. Liber de Pace Constantiæ. His accesserunt Notæ Dionys. Gothofredi, impressæ ut supra. [1]

[1] Obiit 7 Septembris 1622. ætat. 73. * Filium habuit historicum celebrem Dionysium Gothofredum. De iis *V.* Mem. Niceron. Tom. XVII & XX.

DIONYS. LAMBINI, Monstroliensis, literarum Græcarum doctoris Regii, oratio in gymnasio Cardinalitio, a. d. VIII. Id. Maias, habita anno CIↃ. CI. LXX. Parisiis in-4°. *

* Monstrolii ad mare in Picardia natus, Literarum Græcarum Parisiis Professor Regius, exquisitâ eruditione præclarus. Obiit an. 1572. ætat. 56. dolore oppressus, ob funestam Petri Rami cædem.

DIONYSII PONTANI, Advocati Blesensis, in Consuetudines Blesenses commentarii, à Petro Pontano ejus filio I. V. D. illustrati & recogniti. Impressi Blesis in-folio, apud Julianum Angelerium 1556.

DOMINICI BUCHIÆ, Catharensis, ord. Prædicatorum, in quatuor Cantica novi Testamenti; nec-non & in orationem Dominicam & Salutationem Angelicam, expositio. Venetiis in-16. in officina divi Bernardini 1537.

DOMINICUS DE DOMINICIS, Venetus, Episcopus Torcellanus, scripsit Tractatum de sanguine Christi. Item de filiatione Jo. Evangelistæ ad B. virginem. Venetiis in 8°. apud Petrum de Fine 1557.

DOMINICI LEONI, Lunensis, in celeberr. Bononiæ Gymnasio publici Medicinæ interpretis, Ars medendi humanos particularesque morbos à capite usque ad pedes, in 3 divisa

ſectiones, quarum prima continet morbos membri animati. Secunda, morbos membrorum ſpiritualium. Tertia, morbos membrorum nutritioni & generationi ſervientium. Bononiæ in-4°. apud Jo. Roſſium 1576.

DOMINICI MASSARII, Vicentini, de ponderibus & menſuris medicinalibus libri tres. Tiguri in-8°. 1584.

DOMINICUS PIZIMENIUS, Vibonenſis Italus, Democritum Abderitam, de arte ſacra, ſive, de rebus naturalibus & myſticis; nec-non Syneſii & Pelagii, antiquorum Philoſophorum, in eumdem commentaria de Græco in Latinum tranſtulit. Coloniæ in-12. cum Ant. Mizaldi memorabilium libris, anno 1574.

DOMINICUS DE SARAPHINIS, Presbyter, ſcripſit carmine Compendium Synonymorum. Impr. Pariſiis in-4°.

DOMINICI TERELII, Medici Lucenſis, de generatione & partu hominis libri duo. Lugd. in-8°. excud. Alexand. Marſilius 1578.

DROGONIS, Hoſtienſis Epiſcopi, de Sacramento Dominicæ paſſionis pia & docta commentatiuncula. Lutetiæ in-8°. apud Nicolaum Divitem 1547. [1]

[1] Vixit tempore Sancti Bernardi. Multi autem, id ferè temporis, fuere Drogones, quos inter juxtà Valencenas Sanctus Drogo 1186 mortuus, cujus feſtus dies Aprilis 16. Vulgò *S. Druon* Pariſiis, & alibi *Dreux*. Antiquitatis verò amator Guillelmus Budæus filium quem habebat ejus nominis *Draconem*, alludens ad legiſlatoris Athenienſium nomen, potiúſquam Dragonem appellare conſueverat.

DRUSII, Quæſtionum ac reſponſorum liber; in quo varia ſcripturæ loca explicantur. in-8°. Lugduni Batavorum per Ludovicum Elſevirium 1583. *

* Druſius, vulgari nomine *Drieſches*, Theologus inter Proteſtantes percelebris; obiit 12 Februarii *1616* ætatis *66*. *Vid.* de eo Mem. Niceron. Tom. XXII.

DURANDUS GESSANUS, ſcripſit Antigraphon artis

Rhetorices in tres partes distributum, quibus universa bene dicendi institutio summa methodo comprehenditur. in-4°. Tolosæ apud Guidon. Boudeville 1552.

Anonymorum Auctorum libri.

DECRETA Cæsareæ Majestatis in comitiis Augustanis.

DECRETA Provincialis Synodi HYDRUNTINÆ sub Petro Antonio de Capua. Romæ apud Julium Accoltum 1569.

DESIDERIUS. Dialogus de expedita ad Dei amorem via, ex Hispanico in Italicum, Gallicum & Germanicum sermonem conversus. in-16. Dilingæ 1583.

DICTIONARIUM Medicum, vel expositiones vocum medicinalium, ad verbum excerptæ, ex Hippocrate, Aretæo, Galeno, Oribasio, Rufo Ephesio, Aetio, Alexand. Tralliano, Paulo Aegineta, Actuario, Corn. Celso, Græcè, cum Latina interpretatione. Excud. in-8°. Henric. Stephanus 1564. [1]

[1] Vulgò Erotiani lexicon dicitur, quia in ea collectione ἡ Ἐρωτιανοῦ Hippocraticarum vocum συναγωγὴ præponitur.

DICTIONARIOLUM Puerorum.

DICTIONARIUM Tetraglotton, seu voces Latinæ omnes, & Græcæ eis respondentes, cum Gallica & Theutonica (quam passim Flandricam vocant) earum interpretatione. Antuerpiæ in-4°. apud Plantinum 1562.

DISPUTATIONES diversorum doctorum. Papiæ apud Bernardinum de Garaldis 1517.

De DOSIBUS, seu de justa quantitate & proportione medicamentorum, Opuscula illustrium Medicorum. Lugd. in-8°. apud Jo. Mareschallum 1584.

ECCLESIASTICI Grammatica, in tres partita partes. Dialogus ejuſdem cum quodam vaniloquo dicta ſua tuentis. Pariſiis in-4°. excud. Jodocus Badius 1515. [1]

[1] Alteram Grammaticæ hujus editionem dedit eadem formâ, idem Badius 14. cal. Octobres 1517 ubi fol. 103. verso, Leoninum hoc Diſtichum, quod apud Naudæum in Maſcurato poſtea inveni, occurrit:

> Linquo Coax Ranis, cras corvis, vanaque vanis.
> Ad logicam pergo, quæ mortis non timet ergo.

EGUINARII BARONIS, Leonenſis, Pandectarum juris civilis Œconomia in adverſariis miræ vetuſtatis apud Pictones inventa. Excuſa Pictaviis in-4°. apud Joan. & Enguilbertum Marnefios anno Domini 1535. [1]

[1] Eg. Baro Brito, Legionenſis, obiit 22 Auguſti 1550, ætat. 55; de illo lepidum quid habetur cap. 4 libri quem auctor Natalis Faillius, Senator Redonenſis, Eutrapelum inſcripſit. Eguinarii autem nomen idem eſſe atque Guinerii ſuſpicor, quod in Onomaſtico Sancto Gallico-Latino Simonis Peyroneti legitur, & Gallicè *Guigner* redditur; meliùs tamen *Guignier* vel *Guinier* ſcriberetur.

ELBERTI LEONINI, J. C. Cancellarii Geldriæ, Centuria Conſiliorum. Antuerp. in-fol. 1584.

ELEUTHERI BIZENI, Encomium Joannis Reuchlin viri clariſſimi, triumphanti illi ex devictis Theologiſtis Colonienſibus & Prædicatorum ordinis fratribus, verſibus hexametris decantatum. Impreſſum in-4°. in Germania. [1]

[1] Et hic refertur à Geſnero & Simlero his verbis: *Eleutherius Byzenus triumphum in Cop. victoriam ſcripſit*, ubi in *Cap.* id eſt *in Capnionis victoriam*, legendum quis non videt? Eleutherium autem Byzenum, non alium eſſe, quam Huldricum, pauci, inter quos Theophilus Raynaudus, neſciunt.

ELIAS ANDREAS, Burdigalenſis, ſcripſit Carmen de pace; excuſum Pariſiis à Federico Morello 1559. Idem Theodori Gazæ librum quartum, de conſtructione partium orationis, è

Græco in Latinum transtulit & explanavit. Parisiis in-4°. apud Vascosanum 1551.

ELIAS, quondam Archiepiscopus Turonensis, scripsit contra Pragmaticam Gallorum sanctionem. Tolosæ in-4°. apud Jacobum Mosnier. [1]

[1] Hic est Elias Burdelius, Gallicè *de Bourdeille*, nobilis gentis, non mediocre ornamentum, ex Franciscano Episcopus Petragoricensis, ex Episcopo Petragoricensi Archiepiscopus Turonensis, & postea, 15 Novemb. 1483, Cardinalis. Obiit 5 Julii 1484, sanctitate conspicuus, & miraculis, ut aiunt, clarus.

ELIAS VINETUS. Narbonensium votum, & Aræ dedicatio, insignia antiquitatis monumenta Narbonæ reperta in marmore è terra effosso; quum fundamenta condendo propugnaculo aperirentur anno Christi 1566, ab Elia Vineto Santone commentario illustrata. Excus. Burdigalæ in-8°. apud Simonem Milangium 1572. [1] Prisciani Cæsariensis, Rhemnii Fannii, Bedæ Angli, Volusii Metiani libri de Nummis, ponderibus, mensuris, numeris eorumque notis, & de vetere computandi per digitos ratione, ab Elia Vineto emendati & scholiis illustrati. Parisiis in-8°. in ædibus Rouilly 1565.

[1] De eo agitur in Bibliothecis Crucimanii & Verderii, & Mem. Niceron. Tom. XXX.

EMERICUS GIES, collegit & in Alphabeticum ordinem redegit Authoritates allegabiles totius veteris & novi Testamenti. Argentorati in-8°. 1526. [1]

[1] Creditur obiisse 1491.

ENGELBERTUS CULTIFICIS, Ordinis Prædicatorum Provinciæ Saxoniæ, scripsit Epistolam declaratoriam jurium & privilegiorum fratrum ordinum mendicantium, contra quosdam articulos erroneos condemnatos quorumdam magistrorum & curatorum ecclesiarum parrochialium. Parisiis in-8°.

ENIMUNDUS BONEFIDIUS, J. C. Jus Orientale Imperatorum & Pontificium tribus libris digessit, è Græco latinitate

donavit, notis illuſtravit, & primum in lucem mandavit. Excuſ. in-8°. Græcè & Latinè ab Henrico Stephano 1573.[1].

[1] Obiit 8 Februarii 1574, octo tantum & triginta annos natus, ſed in ea juris ſcientia, quam Valentiæ profitebatur adeo excellens, ut *Jacobus Cujacius*, utor Thuani verbis, alicubi ſcripſerit, *ſi moriens rogaretur, ut olim Theophraſtus, non alium habere quem diſcipulis ſuis poſſet oſtendere*, ubi notandus error Thuani Theophraſto tribuentis, quod Cujacius XI obſervat. 20, Ariſtoteli tribuit, à Gellio edoctus. XIII. 5.

* Vid. caput citatum Gellii ubi modus quo ſibi Ariſtoteles ſucceſſorem in docendo deſignaverit, aliâ prorsùs ratione exponitur quàm hìc ex Thuani & Monetæ verbis poteſt intelligi.

EVANGELISTA LUNGUS, Aſulanus, Simplicii Philoſophi commentaria in tres libros Ariſtotelis de Anima, de Græca in Latinam tranſtulit. Venetiis in-fol. excud. Hieron. Schotus 1564.

EVERHARDI BILLICK, Theologi fratrum Carmelici inſtituti per inferiorem Germaniam provincialis, Judicii Univerſitatis & Cleri Colonienſis, adversùs calumnias Philip. Melanchthonis, Mart. Buceri, Oldendorpii & eorum aſſeclarum Defenſio, cum explicatione materiarum controverſarum. Pariſiis in-8°. apud Poncetum le Preux & Galeotum Pratenſem 1545.

EUSTATHIUS MORUS CERVANTÆUS, Cantaber, Dictionarium Eccleſiaſticum, olim per Rodericum Ferdinandum à ſancta Ella, utcumque (prout tunc ferebant tempora) concinnatum, locupletavit & auxit. Excuſum Compluti in-fol. apud Joannem Gratianum 1572.

Anonymorum Auctorum libri.

ECCLESIÆ militantis Triumphi, ſive Deo amabilium Martyrum glorioſa pro Chriſti fide certamina, prout operâ RR. Patrum ſocietatis Jeſu collegii Germanici & Hungarici moderatorum, impenſâ S. D. N. Gregorii PP. XIII in Eccleſia ſancti

Stephani Rotundi Romæ, Nicolai Circiniani pictoris manu visuntur depicta à Joanne Baptista de Cavalleriis. Romæ æneis typis expressa 1583.

EPISTOLÆ Principum, Rerum publicarum ac sapientum virorum, ex antiquis & recentioribus, tam Græcis quàm Latinis Historiis & Annalibus collectæ; opus nunquam antea editum; Venetiis in-8°. apud Jordanum Zilettum 1574 in-8°. [1]

[1] Has Epistolas, quarum pleræque, veterum præsertìm nomen præferentes, confictæ sunt, Venetiis primùm, curante qui eas collegerat Hieronymo Donzellino, editas, Ludovicus Elzevirius Amstelodami rursus in lucem protulit, anno 1644, in-12.

FAB FED

FABIANI GENUENSIS, Tractatus de Cambiis. Romæ apud Anto. Bladum 1556.

FABII MONTELEONIS, Praxis. Venetiis apud Marcum de Maria 1560.

FEDERICUS COMMANDINUS, Urbinas, Euclidis Elementorum libros 15, unà cum scholiis antiquis nuper in Latinum convertit, commentariisque quibusdam illustravit. Pisauri in-fol. excud. Jacob. Chrieger Germanus, anno Domini 1572. Idem Archimedis opera nonnulla transtulit, videlicet Circuli dimensionem; de lineis spiralibus; quadraturam paraboles; de conoidibus, & sphæroidibus; de arenæ numero, commentariisque illustravit. Venètiis in-fol. apud Paulum Manutium Aldi F. 1558. Idem Archimedis de iis quæ vehuntur in aqua, libros duos in pristinum nitorem restituit, & commentariis illustravit. Bononiæ in-4°. Ex officina Alexand. Benatii 1565. Fed. Commandini liber de Centro gravitatis solidorum, excusus Bononiæ in-4°. Apollonii Pergæi Conicorum libri quatuor; unà cum Pappi Alexandrini lemmatibus, & commentariis Eutocii Ascalonitæ. Sereni Antinsensis Philosophi

Philosophi libri duo. Quæ omnia nuper Federicus Commandinus è Græco convertit & commentariis illustravit. Excus. Bononiæ in-fol. ab Alexandro Benatio 1566. *

* Urbinas, Mathematicus celeber natus 1509, obiit 1575, æt. 66. — Vid. Mem. Niceron. Tom. VI.

FEDERICI VIVALDI, J. C. Responsum. Neapoli apud Josephum Cachium 1570.

FELICIS PLATERI, Basil. Medici Antecessoris, de Corporis humani structura & usu libri tres, Tabulis methodicè explicati & Iconibus illustrati. Basileæ in-fol. per Ambros. Frobennium 1583. [1]

[1] Basileæ natus, obiit 28 Julii 1614, ætat. 78.

FELICIARII, Episcopi Arelatensis, Admonitio de lectione Apostolica, ubi ait; si cujus opus manserit, quod superædificavit, mercedem accipiet; si cujus arserit opus, detrimentum patietur. Coloniæ in-8°. apud Quentel 1531. [1]

[1] Inter Præsules Arelatenses non refertur, & spurius omninò est scriptor.

FERDINANDI DE ENZINAS, Hispani, Tractatus de compositione propositionis mentalis, actuum syncathegorematicorum naturam manifestans & ad notitias introductorius. Parisiis in-fol. apud Petrum Gaudoul. Ejusdem Tractatus summularum & syllogismorum. Ibidem impressus 1526.

FERDINANDI LOAZII, Tractatus de matrimonio Regis Angliæ. Barchinonæ, apud Claud. Amorosum, 1531. in-fol.

FERDINANDI PAEZ, Repet. ad cap. Missas de consecratione distinct. prima. Olyssiponæ, apud Bladium, 1559.

FERANDI [1] ADDUENSIS, J. C. Mediolanensis, explicationum libri duo, quorum primus est in Pandectas. Secundus in alias juris civilis partes. Lugd. in-8°. apud hered. Sebast. Griphii, 1561.

[1] *FERDINANDUS* potiùs & meliùs dicebatur. Familiæ nomen erat *ADDA*, undè Adduensis vocatus est. Vide *Picinellum*.

FIRMINI, antiqui authoris, Repertorium de mutatione aeris, tam via Aſtrologica, quàm Meteorologica, priſtino nitori reſtitutum, per Philippum Jollainum Blereium, cum Scholiis ejuſdem. Pariſiis in-fol. apud Jacob. Kerver, 1539.

FLAMINII NOBILII, Lucenſis, Quæſtiones Logicæ. Lucæ, in-8°. apud Vincentium Buſdracum, 1562.

FLAMINIUS NOBILIUS, Ariſtotelis de generatione & interitu, lib. primum in Latinam linguam convertit, quæſtionibuſque copioſiſſimis illuſtravit. Lucæ in-fol. excud. Vincentius Buſdracus, 1567. Jo. Chryſoſt. Sermones in Epiſtolam divi Pauli ad Philippenſes, Flaminio Nobilio interprete. Notationes in ejuſdem Patris ſententias, quæ interpretis, aut exemplarium vitio, pias lædere aures poſſunt. Romæ in-4°. apud Joſeph. de Angelis, 1578. [1]

[1] Lucæ, ubi natus erat, obiit 1590, ætat. 56.

FLORENTINUS LEIDANUS, Ord. Minorum, collegit Hiſtoriam paſſionis novorum in Germania inferioris Provinciæ martyrum ord. S. Franciſci, ex obſervantia; cui accedit enarratio martyrii aliorum ejuſdem Ordinis religioſorum, in partibus Galliarum, pro fide, occiſorum. Ingolſtadii in-12, apud Wolfangum Ederum, 1582.

FOCAUDI MONIERI, Gloſſa ſuper Doctrinale Alexandri de Villa dei, cum additionibus Jo. Bernier. Impreſ. Pariſiis in-8°.

FORSKEVI, Cancellarii Angliæ, de laude legum liber. Ejuſdem de legum diſcrimine. Item de legis naturalis vigore. [1]

[1] *Fortiscutus*, e vulgo *Foschew*, vivebat, circà annum 1460. Opera, quæ hìc memorantur, non puto edita.

FORTUNATI CRELLII, in poſteriora Ariſt. Analytica Commentarii, in-fol. Neuſtadii, typis Mathæi Harniſch. 1584.

FRANCISCI ALBERGOTTIS, Quæstio circà L. Si in fundo de rei vendic. [1]

[1] Aretii natus, Baldi auditor fuit. Bononiæ docuit, & anteà Florentiæ, ubi obiit 1376, ætat. 72.

FRANCISCI ALESMII, veræ nobilitatis controversia. Accessit Oratio Claud. Ptolemæi legati Senensis ad Henric. ejus nominis secundum, Galliarum Regem, Latina facta ab eodem Alesmio. excus. Burdigalæ, in-4o. apud Franciscum Morpanium 1557.

FRANCISCI ARIAS DE VALDERAS, Juris utriusque consulti, Hispani, de Belli justitia injustitiave Tractatus, plus ponderis in recessu, quàm in fronte habens. Impress. Romæ in-4o. per Anton. Bladum, 1533.

FRANC. BALDUINI, ad Leges de famosis libellis & de calumniatoribus commentarius. Parisiis in-4o. apud Andream Wechellum, 1562.

[1] Obiit Parisiis, 24 Octobris 1573, æt. 53. * Non Jurisprudentiæ tantùm, sed Antiquitatis & Theologiæ peritissimus. V. Mem. Niceron. Tom. XXVIII.

FRANCISCUS BARGAS, de Jurisdict. Episcoporum. Romæ, apud Manutium, 1563.

FRANCISCUS BORIA [1], aliàs dictus à Guerra, scripsit Antiatheon per rationes aliquot congestum physicas, quibus Athei, tanquam suis baculis, seu telis icti, refelluntur, Deum unum esse æternum, Omnipotentem, plenissimum misericordiæ, & bonitatis infinitæ, nostrique sollicitum. Impres. Tolosæ, in-4o. à Guidone Boudevillæo, 1561.

[1] Gallicè *François la Borie.*

FRANCISCI CAROLI SONNETI, U. I. Doctoris, primum consilium Analyticum tres complectens quæstiones: Prima, an persona, proprio nomine non significata in epistolâ, possit antecedentibus & subsequentibus, demonstrationibusve & argumentis innotescere. Secunda, utrum epistola, seu privata scriptura

probet, & faciat fidem contra ſcribentem. Tertia, an teneatur parti læſæ, qui confeſſus fuerit, in privata ſcriptura ſe alicujus ultimam voluntatem impediviſſe. Pariſiis in-4°. apud Jo. Rucherium, 1575.

FRANC. A CHRISTO, Eremitæ Luſitani, Theolog. doctoris, Prælectionum, ſive Enarrationum admirabilis divini verbi incarnationis, libri 6. in-fol. Conimbricæ, apud Joann. Alvatem, 1564.

FRANCISCUS CONTARENUS, de rebus in Hetruria geſtis libros tres conſcripſit, excuſos cum Facio de Reb. geſtis Alphonſi. Lugd. in-4°. apud Gryphium, 1562.

FRANCISCI CONTII, in titul. de conſtitut. & de offic. jud. delegat. & in Rub. D. de officio ejus. Senis apud Franciſcum Simeoneſt. 1550.

FRANCISCI DORMAZONI, Apologia pro Andrea Alciato, contra Ludovicum Catum.

FRANCISCI FABRICII, Marcodurani, annotationes in Pauli Oroſii adversus Paganos libros ſeptem. Coloniæ in-8°. apud Maternum Cholinum, 1574. [1]

[1] Obiit 25 Maii 1573, ætatis 47 ineunte.

FRANC. FELICIANI, Epiſcopi Scalenſis, Enchiridion de cenſuris, irregularitate & privilegiatis, non ſolùm curam animarum gerentibus neceſſarium, verum etiam judicium eccleſiaſticum excercentibus admodùm utile. Ingolſtadii in-4°. apud Davidem Sartorium, 1583.

FRANCISCI GENTIANI, de conciliatione legum Digeſtorum & Codicis libri duo. Acceſſit ejuſdem de vulgari & fideicommiſſaria ſubſtitutione tractatio; in-4°. Venetiis, 1573.

FRANCISCI GUYART, Cenomani, Tractatus præambulatorius in omnem ſcientiam Logicalem omnium terminorum

Logicalium diffinitiones continens. Lugduni, in-4°. apud Claud. Nourry, 1513.

FRANCISCI HORANTII, Hispani, ordinis Minorum regularis observantiæ, Locorum Catholicorum tum sacræ Scripturæ, tum etiam antiquorum Patrum pro orthodoxa, & veteri fide retinenda libri septem; in quibus præcipua institutionis Calvini capita, apertissimè confutantur. Parisiis in-8°. apud Jacobum Maceum, 1566.

FRANCISCI HOTOMANI, disputatio de aureo Justinianeo. in-8°. Basileæ per Eusebium Episcopium 1584. [1]

[1] Videatur *François Hotman* in Biblioth. Gallic. Crucimanii, Tom. I. pag. 225. & Mem. Niceron. Tom. XI & XX.

FRANC. JAMMETII TEXTORIS, Lexicon novum juris civilis, singulari arte & ordine collectum, ex quinquaginta digestorum libris. Parisiis in-8°. apud Mich. Vascos. 1534. [1]

[1] Lexicon, de quo hîc agitur, diversum est ab eo, quod ab Ælio Antonio Nebrissensi editum, posteà anno 1549 Lutetiæ prodiit, in-8°. illustratum annotationibus Francisci Jametii Antecessoris Aurelianensis, qui Textoris cognomen non assumit, neque se *JAMMETIUM* sed *JAMETIUM* inscribit, Gallicè *Jamet*, quamvis auctorem se libri hîc memorati profiteatur.

FRANCISCI JOANNETI, Tractatus defensionis tripartitæ. Venetiis apud Andream Rivavenum 1564. [1] Ejusdem de acquir. possess. Bononiæ apud Bartholomeum Bernardum, 1544. Ejusdem de Pontificibus Romanis. Bononiæ apud Alexandrum Benatium, 1570.

[1] *ZOANNETTI* quoque scribitur, secundùm idioma Venetorum, quibus JOANNES est *Zuane*.

FRANCISCUS LUCIUS, de componendis carminibus.

FRANCISCUS MARIA VIALARDUS, Disputationem de magnitudine Terræ & Aquæ, coram Sereniss. Carolo Emanuele, Sabaudiæ principe, in utramque partem tractatam, ab Italico in Latinum sermonem transtulit. Taurini, in-8°. apud Jo. Bapt. Raterium, 1580.

FRANCISCI MINGON, Juris interpretis, apud urbem Bellifortensem Præsidis, commentaria in consuetudines Ducatûs Andegavensis. Parisiis in-fol. apud Jo. Parvum 1530.

FRANCISCI MODII, Novantiquæ lectiones, tributæ in Epistolas centum, & quod excurrit. Francofurti in-8°. apud Wechellianos, 1584. [1]

[1] Opus hoc Modii constat 133 epistolis, quas Gruterus Tom. V. Thesauri sui critici inseruit. Obiisse creditur Modius, anno 1598.

Vita & miracula S. FRANCISCI DE PAULA, ad argumentum fidei Christianæ curâ & sollicitudine Fratrum ordinis Minorum & piorum eleemosynis in conventu Sanctiss. Trinitatis Romæ depicta; operâ, studio, & expensis D. Petri de Nobilibus, æneis typis expressa. Romæ, in-fol. anno Domini, 1584.

FRANCISCI PHARAONII, Institutiones Grammaticæ. Ejusdem, libellus Metricæ artis. Ejusdem Pharaonii vita, cum Epicedio. Accessit Marci Penclareni Basilii, Siculi, Mamertini, de numeroso Heroici carminis artificio institutio. Venetiis, in-8°. apud Hier. Scotum, 1542.

FRANCISCI PICCOLOMINEI, Senensis, universa Philosophia de moribus, nunc primùm in decem gradus redacta & explicata. Venetiis in-fol. 1583. [1]

[1] Senis in patriâ obiit, 1604, æt. 84. * Ex illustrissima Piccolomineorum Senensium stirpe ortus. *V.* de eo Mem. Niceron. Tom. XXIII.)

FRANCISCI POLYGRANI, Franciscani, Postillæ sive Enarrationes epistolarum omnium quæ Dominicis diebus in ecclesia, per anni circulum, recitari solent, in concionatorum usum piè & compendiosè conscriptæ. Coloniæ, in-8°. apud hered. Arnoldi Brickmanni.

FRANCISCI RAMPONI, Bononiensis, in primum, secundum, tertium, quartum & quintum Codicis commentaria. Extant Manuscript. Bononiæ. [1]

[1] Bononiæ, Pisis & Patavii docuit. Florebat anno circiter 1400.

FRANCISCI RUIZII, [1] Vallisoletani, S. Facundi ord. S. Benedicti Abbatis, Regulæ intelligendi sacras Scripturas. Parisiis in-16. apud Jo. Foucherium. Ejusdem Ruizii index operum Aristotelis, 1540.

[1] Scribitur & *Ruitzius*.

FRANCISCUS SANCHEZ, Philosophus & Medicus Doctor, scripsit librum tituli hujus : Quod nihil scitur. Lugd. in-4°. apud Anton. Gryphium, 1581. [1]

[1] Obiit Tolosæ 1532, ætat. 70. *Vide* Patiniana pag. 32 & Bælium (verbo *Sanchez, François*) ubi ea indicat. * Distinguendus ab alio ejusdem nominis *Sanchez*, sive Sanctio grammatico Hispano, qui 16°. seculo floruit.)

FRANCISCI SARTORIS, Sacrificis [1] Balagariensis Tragœdia Delphinus, seu de morte Delphini Aurel. Ducis filiique Francisci Gallorum Regis ejus nominis primi. Venetiis in-8°.

[1] Ineptè *SACRIFICEM* se dicit qui *SACRIFICUM*, aut potiùs *SACERDOTEM* dicere debuit.

FRANCISCI SERRA, Consilium pro Domn. Joanne de Lanuca. Barchinonæ, apud Claudium Bornat, 1560.

FRANCISCI SFONDRATI, de Raptu Helenæ, Poëma heroicum. in-4°. Venetiis, 1559. [1]

[1] Constat tribus libris poëma, lectu non injucundum, quod in-16, Lutetiæ 1560, rursùm prodiit, edente Leodegario à Quercu, Tom. II. Farraginis poëmatum.

* Natus Cremonæ 1494, posteà senator Mediolanensis, & Caroli V Imperatoris, à consiliis; mortuâ conjuge, ex quâ duos filios, Paulum & Nicolaum Sfondratos susceperat, Sacerdotio insignitus, Episcopus Cremonensis & Cardinalis factus, obiit 1550, ætat. 56. Filius Nicolaus supremum, sub nomine Gregorii XIV, Pontificatum gessit.

FRANCISCUS SILVESTER, Ferrariensis, ordinis Prædicatorum, scripsit Opusculum de Evangelica libertate, adversùs Christianæ religionis modernos calumniatores. Impres. Parisiis, in-16. apud Jo. Bonhomme, 1552. [1]

[1] Obiit Redonis in Armoricâ, 19 Septemb. 1538, ætat. 54. *Biblioth. Dominic.*

FRANCISCI SIXTI, Neapolitani, Carmelitæ, Teſſere Decades Genealogiæ Jeſu. Ex Mathæi primo de Chriſto Rege. Cronos Quadrageſimale Encyclopedia tandem. Venetiis in-4°. anno ſalutis 1564. [1]

[1] Credo ſcribendum *Teſſara-Decades*, *Chronos*, *Encyclopædia*.

FRANCISCI SOLSONÆ, Lucerna Laudimiorum. Barchinonæ, apud Gordiolam, 1556.

FRANCISCI SONNII, Theolog. Lovanienſis, totius Belgicæ urbium, Abbatiarum, Collegiorum diviſio, ad opprimendum per novos Epiſcopos Evangelium, Romæ ſub Paulo IV. Pont. Max. anno 1558, definita. Impreſſ. anno 1570 in-8°. [1]

[1] Obiit 30 Junii 1576. * Episcopus Sylva-Ducenſis, dein Antuerpienſis, è pago Brachbanti ortus nomine *Sonn*, undè *Sonnius* nomen; non ſtirpis nobilitate, ſed propriâ virtute conſpicuus.

FRANCISCI SPERULI, Epiſcopi S. Leonis, Oratio habita in Pontificiis ſacris Clementis VII ob memorabilem cladem, quam impii Tartari, auſpiciis Sereniſſimi Sigiſmundi Regis, à Polonis nuper acceperunt, ubi obiter de Polonorum cum Tartaris nativo odio, & utriuſque gentis moribus, inſtitutis ac geſtis agitur. Imp. Venetiis [1]

[1] Is eſt Franciscus Sphærulus Camers, Poëta Latinus, cujus fusè meminit Lilius Gyraldus lib. 1. de Poëtis ſui temporis, & poſt eum Brouckuſius p. 216 ad Sannazarium. Franciſcus Sphærulus Epiſcopatum San-Leonenſem, quem 18 Januarii 1522 acceperat, dimiſit in gratiam Alphonſi Sphæruli 19 Januarii 1526. *Vid.* Ughellum.

FRAN. SYLVII, Ambianatis, Griphi Auſoniani Enodatio. Pariſiis, in-4°. apud Badium. [1]

[1] Bælius voce *Silvius (François)* multa de eo lectu digna retulit. Enodationem Griphi Auſoniani, de quâ hîc mentio, Vinetus laudavit, contempſit Scaliger.

FRANCISCUS TURRIANUS, ſocietatis Jeſu, ſcripſit Græcè Prolegomena, & explanationes apologeticas in conſtitutiones ſanctorum Apoſtolorum à Clemente Romano Epiſcopo, &

& cive scripta libris octo. Venetiis in 4°. apud Jordanum Zilettum 1563. [1]

[1] Hispanicè *de las Torres*, undè & quidam Torrensem vocant. Obiit Romæ 21 Novembris 1584, octogenario major.
* Jesuitarum institutum amplexus annos sexaginta natus.

FRANCISCI VALERII, Sermonetani Poëtæ, amatorium opus libris duobus absolutum. Romæ in-4°. excud. Jacob. Mazochius 1514. [1]

[1] Hujus meminit, non admodùm magnificè, Benedictus Curtius in Arest. Amor. 40.

FRANCISCI VILIERII, seu HOTMANNI, de statu primitivæ Ecclesiæ, ejusque sacerdotiis, ad Remundum Rufum, defensorem Pontificis R. adversùs Carol. Molinæum. Impress. Hierapoli in-8°. apud Jo. Crispinum 1553. [1]

[1] Per Hierapolim, ubi liber excusus fuit, nemo non videt Genevam intelligi.

FRANCISCI XISTI MEDICES, Veneti, de Judæorum fœnore, Tractatus.

FRIDERICI SCHENC, ex Baronibus de Tautenberg, Jurisconsulti & Cæsareæ majestatis Consiliarii, Trias Forensis, in qua de tribus Fori personis Judice, Actore, & Reo differitur; quidque unicuique secundùm Cæsarea & Pontificia jura congruat, luculento compendio tractatur: in tres partes distributa, & Antuerpiæ excusa apud Martinum Cæsarem 1528.

FRIDERICI I, & HENRICI VI filii, Imperatorum, Constitutio de pace Constantiæ, anno 1180, cum commentariis Baldi & Eguinarii Baronis.

FULVIUS URSINUS. Carmina novem illustrium fœminarum, Sapphus, Myrtidis, Praxillæ, Erinnæ, Corinnæ, Nossidis, Myrus, Telesillæ, Anytæ; & Lyricorum Alcmanis, Ibyci, Stesichori, Anacreontis, Alcæi, Simonidis, Bacchylidis; elegiæ Tyrtæi & Mimnermi. Cleanthis, Moschionis, aliorúmque frag-

menta; nunc primùm edita Græcè, ex Bibliotheca Fulvii * Urfini, cum ejufdem Fulvii in omnibus hifce fragmentis fcholiis Latinis. Antuerpiæ in 8°. excud. Chriftop. Plantin. 1568. [1] Ejufdem Urfini in omnia Ciceronis opera Notæ. Antuerpiæ, apud Plantinum, 1581.

* Fulv. Urfinus, Romanus, Lateranenfis Canonicus, Artis Criticæ ftudiofiffimus, obiit Romæ 18 Junii 1600, ætat. 70. Bibliothecam Vaticanam pluribus codicibus Manufcriptis auxit.

[1] Peccavit in latinitatem Verderius dicens, *cum ejufdem Fulvii in omnibus hifce fragmentis fcholiis*, pro *cum ejufdem Fulvii in omnia hæcce Fragmenta fcholiis.* Reftituta verò hîc funt Poëtriarum & Poëtarum nomina penè omnia quæ folens Verderius perverfâ fcriptione depravaverat.

F. LE VAYER, J. C. & in fuprema Parifiorum curia advocati, Legatus feu de legatione, legatorúmque privilegiis, officio ac munere libellus; ad titulos de legatione & Legatis, in-4°. Parifiis, apud Michaëlem de Roigny, 1579. [1]

[1] Primò *Félix le Voyer*, dein Leniori fono à pofteris retento, *le Vayer* dictus eft. Fuit Francifci Vayerii Mothæi pater. Videatur Crucimanius in *Fœlix* (ita enim fcribit) *le Voyer*. Tom. I. pag. 196 & 197.

FACULTATES, Aëris Cameræ. Romæ, 1543. [1]

[1] Quis hunc titulum intelliget? *

* Qui Romæ quofdam noverit ufus, fatiram hoc titulo defignari in Fifci Curatores, non dubitabit.

FORMULARIUM variarum commiffionum, Articulorum, Exceptionum, Interrogatoriorum, Petitionum, fententiarum & appellationum, cui adjectus eft Tractatus de Devolutione caufarum, ac ordinis judiciarii; item practica fignaturæ gratiæ circà commiffionem caufarum quæ in Romana curia committuntur. Venetiis, in-4°. Egidius Regazola, 1570.

FORMULARIUM contractuum. Florentiæ, apud Juntas, 1563.

FORMULARIUM inftrumentorum. Romæ, apud Anton. Bladium, 1558.

FORUM Regale Hispaniæ cum suis glossis. Metymnæ Campi. apud Guliel. de Milis, 1544.

GABRIEL DE GAST. ad titulos C. de impub. & aliis, & C. de sententiis quæ pro eo quod interest, Aureliani, apud Eligium Giberium, 1578.

GABRIEL LERMEUS, Volca, Gul. Sallustii Bartassii Opus Gallicum cujus titulus *la Sepmaine*, latinitate donavit. Parisiis, in-12. apud Michaëlem Gadoulleau 1584. [1]

[1] Habetur ejusdem in Jesuitas satira quam inscripsit *Locustam*, cui solutâ oratione præmisit *introductionem in artem Jesuiticam*, opuscula duo, ut scriptoris Calviniani, maledicentissima, in-8°. 1599, non apposito loci nomine. Videatur Crucimanius in *Gabriel de Lerm.* Tom. I. p. 251.

GABRIELIS PRATEOLI, Marcossii, Nostrorum temporum calamitas, & deploratio, in qua ostenditur quidquid patimur, id peccata nostra mereri; indéque adeò signa colligenda, extremum totius orbis excidium haud procul abesse portendentia. Parisiis, in-8°. apud Gab. Buon, 1560. Ejusdem Flores & Sententiæ, scribendique formulæ ex M. T. Ciceronis Epistolis familiaribus selectæ. Parisiis, in-16. Catechismus, sivè summa doctrinæ Christianæ, in usum Christianæ pueritiæ, per quæstiones recens conscriptus, operâ Gabrielis Prateoli, Marcossii. Parisiis, in-16. apud Gabrielem Buon, 1560.

[1] Vid. Biblioth. Gall. Verderii in *Gabriel du Preau.* Tom. I. pag. 253.

GABRIEL AQUEMADA, de fisco inquisitionis. Toleti, 1564.

GABRIELIS TARAGA, Figura rerum naturalium, non naturalium & contra naturam. in-fol. sinè ubi & quando. [1]

[1] *Sinè ubi & quando*, jocularis locutio ad Epistolas obscurorum virorum releganda, pro *nullâ neque loci, neque temporis notâ.*

GALLI EGIDII, Romani, Comœdia, videlicet, Bophilaria, Annularia. Impressa Romæ, in-fol. per Joannem de Besicken, 1505. Ejusdem Galli Egidii, Poëtæ Laureati, de Viridarii Augustini Chigii Patricii Senen. Vera libri quinque. Romæ, in-fol. excud. Stephanus Guillireti, & Hercules Nani consocii, 1511.

GASPAR BAEZIUS, de decima tutoris Hispanico jure præstanda. Granatæ, apud Hugonem Mena, 1567. Ejusdem de non meliorandis filiabus, &c. ibidem.

GASPARIS BARREYROS, Censura super Berosium & alios veteres historiæ scriptores. Conimbricæ, apud Joan. Alvarez, 1561. [1]

[1] Prolixiorem postea de spuriis illis scriptoribus censuram Lusitanicâ linguâ edidit; quam à se latinè redditam Andreas Schottus, Tom. III. Hispanicæ suæ Bibliothecæ inseruit.

GASPAR CASALIUS, Lusitanus, Episc. Leiriensis, scripsit de usu calicis libros tres ad Pium IV, Pont. Max. Axiomatum Christianorum libros tres. Item libros XI. Quadripertita Justitia nuncupatos, Tom. IV. distinctos; in quibus, orthodoxa de justificatione nostra fides asseritur, & errores hæreticorum eliduntur. Conscripsit etiam in libros Topicorum Aristotelis commentaria, quæ omnia fuerunt Venetiis & alibi excusa. [1]

[1] Ex Monacho Augustiniano, primùm Leiriensis, mox Conimbricensis præsul, floruisse dicitur ad annum Christi 1575.

GASPARIS LAX, Aragonensis, de Sariñena exponibilia, & insolubilia. Ejusdem obligationes. Ejusdem de arte inveniendi medium nomen. Parisiis, in-fol. apud Emon le Febvre, 1512.

GASPARIS DE PERUSIO, quondam Episcopi Frequentini, Tractatus de reservationibus Apostolicis. Romæ, in-4°. anno 1539.

GASPARDUS ROMANECHE, Delphinensis, Jurifcon-

ſultus, ſcripſit Tractatum de origine & dignitate ord. Sacerdotalis, immunitate eccleſiaſtica, divina ultione in oppreſſores Eccleſiarum, Prælatorum præſertim, monachorum laſcivia, factionéque, fuga & clade Borboniæ [1]. Impreſſum Lugduni, in-8°. anno Domini 1529.

[1] Pro *Clade Borboniæ*, puto ſcribendum *Clade Borboniâ* nempè à Carolo Borbonio illata Romæ, anno 1527 direptæ.

GASPARIS STEPHANI, Ordinis Prædicatorum, Tractatus in defenſionem eccleſiaſticæ immunitatis & libertatis, ſpecialiter contra gravantes eccleſias, eccleſiaſticáſque perſonas, in imponendo & exigendo ab eis onera & gravamina. Romæ, 1520 [1].

[1] De eo leviter admodùm Bibliotheca Dominicana.

GASPARIS TORELLÆ, Valentini Epiſcopi, Judicium univerſale de portentis, præſagiis & oſtentis rerum abmirabilium, ac Solis & Lunæ defectibus, atque Cometis. Impreſſ. in-4°. Tegernſeæ, 1577.

GEORGII ANSELMI, ad Plauti Comœdias Epiphyllides. Parmæ, in-fol. excuderunt Octavianus Saladius & Franciſcus Ugolinus. [1]

[1] Prodiit Parmenſis illa editio Plauti 1509, cum Burchardi Pyladis, & Thadæi Ugoleti commentariis, quibus acceſſerunt hæc Georgii Anſelmi Epiphyllides, & Franciſci Marii Grapaldi ſcholia. Georgius autem inprimis Poëtam Latinum ſe profitebatur, quod teſtantur epigrammatum ejus libri ſeptem, Parmæ anno 1526 editi. Georgius Anſelmus *Nepos* dici voluit, *Anſelmo*, familiæ nomini, cognomen *Nepotis* adjiciens, propter Georgium Anſelmum avum ſuum, cujus libros Theorematum, Dialogos de Harmoniâ, Sylvam de Solis triumpho, libros Aſtrologicarum inſtitutionum memorat. Habuit patrem Andream, filium Hippolytum; fuit peſſimus Poëta, nec dignus qui vel cum Marullo, vel cum Marco-Antonio Flaminio à Mureto, in Catulli Galliambum, conferretur, nempè ob parodiam *Stupori*, inſtar Hymni, dicatam. Multas quidem è Catullo parodias exprimere voluit, omnes infeliciter. Catulli carmen *ni te plus oculis meis amarem*, imitari voluit quibuſdam ſuis ad Tydeum (ita maluit quàm Thadeum) Ugolettum hendecaſyllabis, ubi minatur ſe iturum ad Forulos Librariorum & remiſſurum *Panatóſque, Pióſque, Navitáſque*, malos ſcilicet, id temporis & nominis verſificatores, quorum ipſe in numero ſe non animadvertebat.

GEORG. BRUNI, Oratio Quodlibetica de concubinariis ſacerdotibus. Coloniæ, apud heredes Arnoldi Brikmanni, 1566.

GEOR. BUSTI, Vercellenſis, ex oppido Candli, Theolog. Doctoris, Quæſtiones tum naturales, tum divinæ Philoſophiæ unà cum tractatu Aſtronomico. Venetiis, in-8°. apud Anton. Ferraris 1580.

GEORGIUS BYSANTIUS, ex Arabica lingua in Græcam tranſtulit librum Medicinalem N. Beeczeber Ebi ſeptem ſectiones habentem. Extat. M. S. Conſtantinopol. [1]

[1] Nominat hunc inter Georgios ſuos Allatius, ſed non aliâ quam Verderii fide.

GEORGII CASPII, Hannonii, ad Bonavent. Grangerii admonitionem indoctam & contumelioſam de cautionibus in ſanguinis miſſione adhibendis, Reſponſio, quâ Leonar. Botalli libellus de curatione & ſanguinis miſſione defenditur. Baſil. in-8°. apud Jo. Mareſchallum, 1579. Ejuſdem Caſpii caſtigatio Bonaventuræ Grangerii, ſeu veſana admonitio adverſus Leon. Botallum Medicum Regium, 1582.

GEORGIUS DIACONUS, Protrecticus, ſcripſit Græcè Epitomen Logices Ariſt. Pariſiis, in-8°. apud Vaſcoſanum, 1546. Neſcio an is author ſit idem qui & Georgius Pachymerius, cujus opera Græca in Epitome Bibliotheces Geſneri continentur. [1]

[1] Non debuit dubitare Verderius Georgium hunc Diaconum, eumdem eſſe qui *PACHYMERES*, ut benè notat Allatius in diſſertatione de Georgiis.

GEORGII FLORI, Ubaldini Eporedienſis, Juris Cæſarei & Pontificii profeſſoris, de bonis temporalibus, & an ea bona ſint, & unde proveniant, Dialogus. Ejuſdem præexercitationum ad artem dicendi libellus. Impreſ. Papiæ, in-4°. per Michaëlem & Bernardinum de Garaldis, anno Domini 1502. [1]

[1] Hugo Picardetus, Regius in Senatu Divionenſi Cognitor, quatuor Geor-

gii hujus Flori quæ penes se habebat ἀνέκδοτα priùs opuscula Lutetiæ 1613 edi curavit, de Caroli scilicet VIII Neapolitanâ expeditione libros 2; de expeditione Bononiensi, anno 1506, librum 1; de Bello Genuensi, anno 1507, libros 2; & de bello Germanico, vel potiùs de belli Germanici adversus Ludovicum XII rumore librum 1 inchoatum. Georgius autem non erat Mediolanensis, ut Picardetus eum inscripsit, sed Pedemontanus, &, ut ipsemet Florus se inscribit, Eporediensis *(d'Yvrée)*. Habentur ejus quatuor epistolæ cum Petri Caræ Ducalis sub Philiberto II, Senatoris Opusculis, Taurini 1520, editis in 4°. Nec verò hìc omittendum *Ubaldini* adjectum Georgio Floro cognomen, quod cum alibi tributum ipsi non viderim, an non potiùs *subalpini* legendum sit, subdubito.

GEORGIUS HENISCHIUS, Hesiodum Græco-Latinè cum Schematismis edidit. Impres. in-8°. Basileæ, 1580.

' GEORGII LOKERT, sacræ Theol. professoris, Quæstio subtilissima de futuro contingenti. Ejusdem Syllogismi. Parisiis, in-4°. 1522.

GEORGII LORICHII, Consilia duo materiam vindicationis Germanorum, in exteros S. Romanum imperium non recognoscentes, tractantia; quibus præter jus superioritatis Imp. Rom. Arestorum & Represaliorum jura abundè explicantur, in-8°. Basil. in officina Hervagiana, 1581.

GEORGIÆ MONTANEÆ,[1] nobilis Gallæ,* Emblematum Christianorum Centuria, cum eorumdem Latina interpretatione. In-4°. Tiguri, apud Froschoverum 1583.

[1] Videatur Bibliotheca Gallica Verderii in *Georgette de Montenay*.

* Alii censent hanc Georgiam Montaneam cujus hìc referuntur Emblemata Christiana Tiguri excusa, non aliam esse quam Mariam *le Jars de Gournay* cujus agnomen *Jars* in *Georgiam* versum est; à teneris annis orbata patre, se Michaelis Montani filiam (adoptivam) professa est ante annum 1584; nam nata erat an. 1565, octogenaria & cælebs obiit an. 1645). Hóc anecdotum plerique Lexicographi ignoraverunt.

GEORGII SABINI, fabularum Ovidii interpretatio, tradita in Academia Regiomontana. Parisiis, in-16. apud Hieron. de Marnef. 1579. *

*Obiit 2 Decembris 1560, ætat. 53 inchoato. (Natus Brandeburgi 23 April. 1508. Liber hìc citatus compositus fuit, cùm primi Academiæ Regio-

Montanæ (Konigsberg) Rectoris partes ageret ann. 1545 & 46.) Illustris fuit inter Germanos poëta Latinus: domûs illius ostio cum degeret Francofurti ad Oderum, inscriptum est illud distichon:

Parva quidem domus est; sed in hac, habitante Sabino,
Calliope sedem gaudet habere suam.

Vid. de eo Mem. Niceron. Tom. XXVI.

GEORGII SPALATINI, Aldenburgensis, consolatoria Exempla, & Sententiæ, ex vitis & passionibus sanctorum & aliorum summorum virorum brevissimè collectæ. Witebergæ ex officina typographica Nicolai Schirlent, 1544. [1]

[1] Obiit 16 Januarii 1544, ætat. 63.

GEORGII TRAPEZUNTII, de artificio Ciceronianæ Orationis, pro Q. Ligario ad C. Cæsarem. Argentinæ, in-8°. apud Joan. Albertum, 1535. [1]

[1] (Trapezuntius dictus è loco originis, non natalitiorum, natus enim erat in Creta insula) vulgò scribitur obiisse 1486 (vel 1480) nullo certo, qui circà ea tempora vixerit, auctore, cùm multo verisimilius videatur eum 13 circiter vel 14 antè annis mortuum, si quidem verum est Joannem Regiomontanum, qui 6 Julii 1476, Romæ obiit, à Georgii filiis veneno petitum (vindictâ Cretensi) quod eorum patris in latinâ Ptolemæi interpretatione errores detexisset, ex quorum cognitione, concepto gravi dolore Georgius, in mentis imbecillitatem delapsus, non multò post occubuerit (circiter an. 1480). Quâ de re videndus in considerationibus politicis Naudæus.

GERARDI COLUMELLÆ, Laudunensis, suppositiones in 14 capita scissæ, dialecticis inventionibus admodum utiles. Parisiis, in-fol. excud. Emundus le Febvre, 1519.

GERARDI HABBII, Lunerensis, Theologiæ communis & usitatæ compendium, per Dialogum propositum, in quo multæ quæstiones ponuntur & explicantur. Ejusdem Orationes tres habitæ in Corona doctissimorum hominum, tempore anniversariarum atque communium disputationum, Coloniæ in schola artium, ubi & excud. in-8°. Petrus Horst. 1573.

GERARDI MORINGI, commentaria in librum Ecclesiastæ, partim

partim paraphrasticè, partim aliter concinnata. Antuerpiæ, in-8°. excud. Michael Hillenius, 1533. [1]

[1] Gerardus Moringus Geldriensis Noviomagus, aliis Bommelanus (ex Bommel ubi natus) Theologus Lovaniensis, (Pastor S. Troni, in Diœcesi Leodiensi) obiit 9 Octobris 1556.

GERARDI VOSSII, commentarius in lib. Ciceronis de Somnio Scipionis. Romæ, in-8°. [1]

[1] Is est Tungrensis Vossius operum SS. Ephræmi & Gregorii Thaumaturgi editor, mortuus Leodii 25 Martis 1609.

GERVASII MARSTALLERI, Brisgoici, Theoremata quibus juxta methodum dialecticam ostendit, quidnam sit de arte divinatrice, quam Astrologiam seu judiciariam vocant, sentiendum. Impres. cum libello cujus titulus, Artis divinatricis Encomia. Parisiis, in-4°. apud Christianum Wechellum, 1549.

GERVASIUS TORNACENSIS, Canonicus Suessionensis, scripsit de divina quatuor Energumenorum liberatione, facta apud Suessiones, anno Domini 1582. in qua sacrosan. Eucharistiæ vis & veritas planè elucet. Parisiis, in-8°. apud Guliel. Chaudiere, 1583.

GODEFRIDI MYLANDRI, Coloniensis, Eidyllia quædam Lyrica, strenarum nomine, calendis Januariis ad varios, tum principes, tum etiam doctrinâ insignes viros missa. Excusa in-4°. Aureliis, apud Eligium Gibierium, 1578.

GODEFRIDUS TILMANNUS, Carthusiæ Parisiensis Monachus, Theodori presbyteri Isagogen in quinque libellos Anastasii Patriarchæ Antiocheni è Græca lingua in Latinam transtulit. Horum quinque libellorum Periochæ. Primi argumentum est de rectis dogmatibus verissimæ fidei nostræ. Secundi, de incircumscripta Dei essentia. Tertii, de Divina dispensatione incarnationis. Quarti, de Passione & impassibilitate Christi. Quinti, de Resurrectione. Utriusque authoris translationem fecit idem Tilmannus. Parisiis., in-8°. excud. Jacobus Kerver, 1556.

GODEFRIDI MALVINI, Burdegalenſis, Gallia gemens, ſeu de priſca Francorum origine eorumque rebus geſtis, à Faramundo uſque ad initia regni Caroli IX. brevis inque libros tres digeſta deſcriptio. In-4°. Burdigalæ, apud viduam Franciſci Morpanii, 1563.

GOSWINUS WASSERLEIDER, Mulhemius, Logicam conformatam ad P. Rami Dialecticam ſcholiis explicavit & exemplis omnibus ſacrarum literarum illuſtravit. Francofurti, in-8°. apud heredes Andreæ Wechelli, 1584.

GOTSCHALCUS HOLLEN, ordinis Eremit. S. Auguſtini, ſcripſit Opus ſermonum dominicalium ſuper epiſtolas Pauli, pro tempore Hiemali Æſtivalique. Impreſ. Hagennaw, per Henric. Gran, 1520.

GREGORII XIII, Pont. Max. Calendarium perpetuum reformatum. Romæ, in-8°. & Antuerpiæ, apud Plantinum, 1583. Corpus juris Canonici, emendatum & notationibus illuſtratum, unà cum gloſſis, Gregor. XIII. P. M. juſſu editum. Romæ, Venet. Lugd. & Pariſiis.

GREGORII LUPI, in Partitas leges commentarius. Salmanticæ, apud Andream à Portonariis, 1565.

GREGORII GROITZSCHII, Grimmenſis, libellus continens Salæ fluvii deſcriptionem, adjacentium oppidorum, arcium, cœnobiorum, & Epiſcopalium ſedium ſitus, fundationes & antiquitates. Lipſiæ, in-8°. 1584.

GREGORII RHAMNUSII, quæſtio affinitatis. Romæ, apud Luchinum, 1566.

GUALTERII CORBETÆ [1], Jureconſ. & Senatoris Mediolanenſis, Oratio habita pro cooptatione Jo. Bapt. Caſtilionei, in celeberr. juriſperitorum Mediolanenſium collegium. Acceſſerunt Hieron. Montii ejuſdem argumenti Orationes ſex, habitæ pro cooptatione Pomponii Cottæ, Ludovici Macentii, Alexan-

dri Vicecomitis, M. Antonii Caymi, Hiero. Tonsi & Bartholomæi Capræ. Lugd. in-8°. apud Sebast. Gryphium, 1547. Oratio habita in funere Francisci II. Sfortiæ Vicecomitis Mediol. Ducis. Impressa Mediolani, in-4°. 1535.

[1] Gualtero Corbetta Italicè apud Picinellum, qui Verderii testimonio utitur. Latinè autem corrumpit nomen Paulus Jovius cum libro ultimo vitæ Ferdinandi Davali Piscarisi 1525, pridiè cal. Decemb. mortui, non *Corbetta* sed *Corbitium* appellat; *eum* (verba sunt Jovii) *è suggestu Valterius Corbitius orator Mediolanensis disertissimè laudavit.*

F. GUARNERII, Cœnobii Victorini apud Parisinos Subprioris, Enucleamenta Bibliæ, compilata ex Gregorianis codicibus. In-4°. Parisiis, apud Petrum Gaudoul. [1]

[1] Quæ litera F. hîc præponitur, non *Franciscum*, *Felicem*, *Florentem*, aut aliud ejusmodi prænomen, sed *Fratrem*, id est Monachum, sivè Canonicum Victorinum designat, quem Guarnerium Verderius, Guernerium Sixtus Senensis, alii vel Guernerum, vel Garnerum vocant. Quod autem ejus opus hìc velut unicum, & è Gregorio unicè compilatum memoratur, id & Sixtus Senensis anteà retulerat; Jacobus tamen Longus Biblioth. sacræ Tom. II. non unum ejus Scriptoris opus, sed duo, quorum diversa fuerit editio, his verbis exhibet. 1°. *Enucleamenta Bibliæ in-4°. Parisiis 1518.* 2°. *Gregorianum, hoc est Allegoricæ omnium penè rerum in Bibliis occurrentium explanationes depromptæ ex universis D. Gregorii Papæ scriptis in-8°. ibidem 1608. Claruisse dicitur anno 1400.*

GUERRINUS PISON, de Romanorum & Venetorum magistrat. comparatione. Patavii, apud Anton. de Galasiis, 1563.

GUIDONIS BRIANSONIS, Academiæ Parisien. doct. Theologi, ord. frat. minorum conventûs Aurelhaci, in quartum Sententiarum magistri P. Lombardi, opus, in quo quasi sedula apis & arbitrarius judex Jo. Scoti cæterorumque doctorum mellifluos flores velut in strophum distinctè compegit. Lugd. in-4°. apud Simonem Vincentium, 1512. [1]

[1] *Velut in strophum*, εἰς στρόφον, propriè in cirrum, in cincinnum, sed hîc *in modum serti* dicere voluit, Gallicè *en Bouquet*

GUIDO DESIDERIUS, Delphinas, Medicus monasterii

divi Antonii Viennenſis, opus Valeſci de Taranta, perquàm utile morbis curandis, in Epitomen reduxit, & in ſeptem libros congeſſit. Lugd. in-8°. apud Joan. Tornæſium & Gul. Gazeium, 1560.

GUIDONIS DE FONTENAYO, Galli Biturici Turriveurei, Collectorium hiſtoricum, prout ſuus quiſque titulus requirit, congeſtum, in-4°. Pariſiis, apud Pet. Gormontium, 1518. Ejuſdem Synonymorum liber, cum Epithetis ſimul & grammaticalibus regulis conficiendarum epiſtolarum. excuſ. ibidem, apud Eumdem 1517.

GULIEL. ADOLPHI SCRIBONII, Marpurgenſis, Philoſophia Ethica ex Ariſtotele & aliis methodicè repetita, in-8°. Lemgoviæ, 1584. Ejuſdem Triumphus Logicæ Rameæ, 1583.

GULIEL. APULIENSIS, Rerum in Italia, ac Regno Neapolitano Normanicarum libri v. Rhotomagi, in-4°. excudit Richardus Petit, 1583. [1]

[1] Scribebat ſub finem xi. ſeculi. Voſſius de hiſtoricis latinis, pag. 770, & Jacobus Longus, Biblioth. Hiſtor. Franc. n°. 14641.

GUILIELMI DE BERALDO, de profeſſione Monachorum liber.

GUILIELMI BERNARD. Franciſcani, de ſacrarum literarum communicatione, earumque ſenſûs germanitate; ac de Catholicorum eccleſiæ rituum veritate, Chriſtiana quædam axiomata. De ſepulturis autem & exequiis quid ſentiendum & obſervandum. Pariſiis, in-8°. apud Vivantium Gaultherot, 1547.

GULIELMI BERNARDI TOLOSATIS, J. C. de Juriſprudentia Declamatorius libellus, in-4°. Toloſæ excud. G. Boudevilleus, 1549.

GULIELMI BIGOTII, Lavalenſis, Chriſtianæ Philoſophiæ Præludium, Opus cùm aliorum tum hominis ſubſtantiam lucu-

lentis expromens rationibus. Tolosæ, in-4°. apud Guidonem Boudevilleum, 1549. [1]

[1] Epistolam, quam inscripsit Antilogicam, Præludio huic suo præpositam, sequitur carmen Bigotii ad Christum, cum scholiis Guillelmi Figuli Aveneri, quem ego non puto alium esse, quàm Bigotium ipsum. Ex eo autem carmine patet Bigotii uxorem Brisonam à Petro quondam Fontano, quamvis venustissimæ conjugis Marito, corruptam & compressam fuisse. Vocat hunc Bigotius compatrem suum, cui nempè Brisona filiam è sacro fonte sustulerat. Citharœdus erat Fontanus ille, & Brisonam Citharâ ludere docebat. Hinc prima familiaritas; deindè adulterio Bigotius ipse imprudens occasionem dedit. Cum enim suarum puellarum Claudiæ & Franciscæ infantium nocturnos clamores ferre non posset, eas ad semotius cubiculum ablegaverat cum matre quæ ipsas curaret : quâ usus opportunitate Fontanus, aditum sibi assiduis officiis apud feminam, diù obluctatam, sed tandem devictam, aperuit. Fontanus enim, Bigotio ipso teste, non dissimulabat plus sibi temporis in ea expugnanda insumptum, & operæ, quàm in aliis septem à se olim captatis. sed & Brisonam posteà culpæ suæ pœnituit, & dicitur ipsa excubitoribus à Bigotio dispositis Mœchum prodidisse, cumque mutilatum naribus, auribus & poplitibus resciviffet, exclamasse, optandum fuisse ut maturiùs id pœnæ scelerato illi contigisset. Ex illo carmine, ut & è scholiis non liquet an Brisona cum Bigotio in gratiam redierit. Bigotius certè, etsi cœlibis vitæ non admodùm patiens, eos tamen qui cum ipso de reconciliatione uxoris agebant, non celabat, nunquam, si eò redigeretur, illam quo priùs cultu & loco se habiturum; quam conditionem uxor, facti pœnitens, libenter admittebat. Alibi hòc joculare de Bigotio & uxore in scholiis refertur : eam, cum à marito de re quapiam pluribus verbis moneretur, arroganter respondisse : *vah desine, obtundis mihi caput;* Bigotium autem petulantia offensum clamasse : *Heus famule deprome mihi ex Armario galeam, & uxoris meæ capiti impone, teneriori scilicet, & quòd tegmine illo indiget, ne durioribus, qualia mea sunt, verbis frangatur.* Cumque famulus paruisset, fabula indè per urbem sparsa est Bigotium uxori caput effringere voluisse. Hæc penè omnia indidem hausta vir eruditus Gallicæ nunc inscriptionum Academiæ sodalis Petro Bælio jam pridem subministraverat; postremæ tandem Bæliani Lexici editioni inserta, ubi miratus sum, quo loco de Fontano mutilato agitur, virilia ipsi, de quibus silet Bigotius, adimi, aures verò & nares cum poplitibus relinqui intactas, quibus mulctatum fuisse disertè memorat Bigotius, Christum his verbis initio sui carminis compellans:

Denique, quo, nisi te, nostrum ulciscente dolorem,
Poplite cum gemino, & geminis cum naribus aures,
Principium pœnæ, dederit Fontanus adulter,
Colla brevi, te idem, laqueo, spirante, daturus.

Sperabat nempè Bigotius, Christi domini ope, id judicibus inspirantis (nihil

enim aliud per *te spirante* intellexit) Fontanum adulterum laqueo quam primùm damnatum iri. (Vid. plura de eo in Crucimanio, verbo *Guillaume Bigot.)* .

GULIELMI BORLUYT, Historiarum memorabilium ex Exodo, sequentibusque libris descriptio tetrastichis versibus. Lugd. in-8°. apud Jo. Tornæsium, 1558.

GUL. DONIATII, (vel *Doujatii*) Consiliarii Regii in Parlamento Tholosatum, Dialogi duo, de tempore, deque animi perturbatione. Parisiis, in-4°. excud. Sebast. Nivellius, 1583.

GUL. DURANDI, Speculatoris, Mimatensis Episcopi, de modo generalis concilii celebrandi tractatus in tres partes divisus, inque generali Viennæ Concilio, Clementis quinti, Pont. Max. jussu editus. Impress. Lugduni, in-4°. per Joannem Crespinum, 1531. *

* Prodiit quoque Parisiis 1545, in-8°.

GUL. A GENT NEOMAGUS. Collectio exemplorum de miraculis in S. Eucharistia & Corporis Dominici Hostiâ, edita Coloniæ, in-8°. 1584.

GULIELMI HENTISBERI, de sensu composito & diviso. Regulæ ejusdem cum sophismatibus. Declaratio Gaëtani supra easdem; Expositio literalis supra Tractatum de tribus prædicamentis; Quæstio Messini de motu locali; Scriptum suprà eodem Angeli de Fosambruno. Bernardi Torni annotata suprà eodem, Simon de Lendenaria supra sex sophismata. Tractatus Hentisberi de veritate & falsitate propositionis. Conclusiones ejusdem. Venetiis, in-fol. apud Octavianum Schotum, 1494. [1]

[1] Hentisberus Sophista Anglus vivebat anno 1380.

GULIEL. HANNETONIUS, super feudis. Coloniæ, apud Jo. Brickmannum, 1564.

GULIELMI MARII, Nanetensis, Jur. Licent. Animadversiones in juris civilis interpretes, quibus veri responsorum & legum multarum intellectus explicantur. Tolosæ, in-4°. apud Guid. à Boudeville, 1550.

GULIELMUS [1] NEUBRIGENSIS*, scripsit Rerum Anglicarum libros quinque recèns è tenebris erutos & excusos Antuerpiæ, in-8°. apud Guliel. Sylvium, 1567.

[1] Parisiis 1610 prodiit in-8°. auctior, cum notis Joannis Picardi Victorini, 15 Junii 1615 mortui.

* Verum nomen Neubrigensis fuit Guilelmus *Litle*, natus anno 1136. Bridlingtoni ad mare in Provincia Eboracensi, dictus *Neubrigensis* vel de *Novo-Burgo*, à Collegio in quo vixit. Fuit Canonicus Regularis Sancti Augustini, obiit circà annum 1215. Thomas Hearn Anglus, novam Historiæ Anglicæ à Neubrigensi scriptæ editionem dedit an. 1719, 3 vol. in-8°. cui accedunt aliquot opera ejusdem, cum notis variorum.

GULIEL. ONCIACII, J. C. Numeralium locorum Decas, in omni ferè scientiarum genere mysticis referta propositionibus. Lugd. in-12. apud Carol. Pesnoi. [1] Ejusdem libellus ad Libellum, in-8°. apud Bartholomeum Honoratum, 1584.

[1] Apud Samuelem Guichenonum, pag. 37. partis I. Historiæ Sebusianæ dicitur : *Guillaume d'Oncieux, Seigneur de Douvres & de Cogna, Président au Sénat de Savoie, personnage très-savant.*

GULI. DU PAIS, Floreffianorum [1] Abbatis, Poëmata in 3 classes distributa. In-8°. Leodii, 1578.

[1] Floreffia Cœnobium est Ordinis Præmonstratensis, Diœcesis Namurcensis.

GUILLELMI PHILANDRI CASTILIONEI, quæ ultimâ Epistolâ [1] ad Franciscum primum, Galliarum Regem, in Vitruvium à se castigatiorem editum pollicetur, varia Mathematica opuscula: ea ego omnia Tholosæ manuscripta vidi. Non tacebo G. ipsum Philandrum * Tholosæ morte obitâ, in ejusdem urbis æde D. Stephano sacra sepultum, cujus vel in ejus studiosorum

gratiam, quod legitur tumulo insculptum Epitaphium hic libuit adscribere.

D. O. M.

GUILLIELMO PHILANDRO CASTILIONEO, CIVI ROMANO, EXIMIA ERUDITIONE AC DOCTRINA, SINGULARI VIRTUTE NOBILI, SCIENTIA CLARO, PIETATE INSIGNI, RELIGIONE NON ALIENA, MORUM SUAVITATE FACILI, ANIMI CANDORE CONSPICUO, SENSU ERGA OMNES PROBO, ANTIQUITATIS ET ARCHITECTURÆ PERITISS. FAMÆQUE CELEBRITATE ETIAM EXTERIS NOTO; QUI IN STUDIIS LITERARUM MULTIS ANNIS CONSUMPTIS, DUM ANTIQUORUM MONUMENTA EVOLVERET, AC SE ANAGNOSTEM ILLUSTRISS. CARD. ARMENIACO PRÆBERET, TANDEM ATTRITIS VIRIBUS CORPORIS, LENI SUSPIRIO VITAM EFFLAVIT. GEORGIUS CARD. ARM. FIDELIS. ANAGNOSTÆ SUO SPE FUTURÆ RESURRECTIONIS HOC MONUMENT. MŒSTISS. P. C. VIXIT ANNOS LX. FATO VERO SUO FUNCTUS X. KAL. MAR. AN. DO. M. D. LXV.

[1] Hac unicâ oculati testis authoritate facile Sammarthani & Thuani iniquam dè Philandro censuram Philibertus *de la Mare* nostras, si modò id resciviſſet, poterat refellere in suâ Philandri vitâ, ad calcem. Malè autem mentem suam expressit Verderius cum dixit quæ *ultima Epistola* pro *quæ in fine epistolæ*.

* Guil. Philander, natus Castilione ad Sequanam in Burgundiâ, inter Eruditos 16 seculi, illustris, mortuus Tolosæ quò se contulerat, invisurus Georgium de Armagnac Mecenatem suum, urbis illius Archiepiscopum, & posteà Cardinalem.

GULIELMI RAPHALDI, Repetitio super titulo de vulgari & pupillari substitutione. Tolosæ, 1539.

GULIELMI LE ROUILLÉ, Alençonii, in consuetudines Cœnomanenses commentarii. Item in consuetudines Normandiæ. [1]

[1] Videatur quod notatum ad hoc nomen, GUILL. LE ROUVILLE in Crucimanio, Tom. I. p. 346.

GULIELMUS

GULIELMUS DE RUBIONE, Theologus Provinciæ Aragonicæ quondam Minister, scripsit Disputat. in quatuor libros magistri Sententiarum. Impress. Parisiis, Tomis duobus in-folio, apud Jodocum Badium Ascensium, 1518.

GUILIELMI SAPHONENSIS, Modus conficiendi epistolas, Parisiis, in-4°.

GULIELMI SENESCHALI, Abriccensis Briciadi, de conjunctione Dialecticæ & Rhetoricæ, libri duo. Parisiis, in-8°. apud Anton. Bonnemere, 1543.

GULIELMI SOVIROLII, Doctoris Medici Monspeliensis, brevis & accurata de Peste disputatio. Parisiis, in-8°. apud Mathurinum Prevottum, 1571.

GUILIELMI TEMPELLI, è regio Collegio Cantabrigiensi, pro Mildapetti de unica methodo defensione contra Diplodophilum, Commentatio. Francofurti, in-8°. apud Wechelum, 1584.

GUNDISALVI DE VILLADIEVO, (vel *Villa-Diego*) Tractatus de Legato. 1519.

Originum & GERMANARUM Antiquitatum libri, scilicet, Wisogalt, Bodogast, Salogast & Windogast, Leges Salicæ; Leges Ripuariæ; Hlodharii regis Leges Alemanorum; Leges Baïoriorum; Leges Saxonum; Leges Angliorum & Thuringorum; Leges Frisionum; Gundobadi Regis leges Burgundionum; Rotharis regis, Leges Longobardorum; Grimoald, Luitprandi & Rachis Regum, Leges Longobardorum; Ansegisi Abbatis Lobiensis, Libri quatuor collectaneorum legum, tam ecclesiasticarum, quàm secularium ex legibus Caroli magni & Hludovici filii ejus, & Hlotharii nepotis; Pipini regis Italiæ Leges; Guidonis Regis Romanorum Leges; Othonis I. Imp. Leges; Henrici II. Leges; Conradi I. Leges; Caroli IV. Leges. Basil. in-fol. 1557. [a]

[a] Hæc nihil minùs, quàm accuratè, Heroldi operâ primùm edita, diligentiùs posteà & emendatiùs cum glossario emisit Francofurti 1613. Fridericus Lin-

dembrogius, in-fol. reprehensus tamen Jo. Al. Fabricio teste, quòd vocabula antiqua Germanica, quæ sunt in Heroldi editione, prætermiserit, linguarumque veterum septemtrionalium scientiâ haud satis instructus, ad id operis accesserit.

HADRIANI,[1] Florentini, natione Trajectensis, Caroli V. Imper. in pueritia Pædonomi, qui posteà in M. Pontificem electus, Hadrianus Sextus dictus est *, Disputationes & discussiones quarti libri Sententiarum, ubi Sacramentorum materia exactè tractatur. Impressæ Lugd. in-8° apud Jacob. Giontam, 1546.

[1] Hadriani patri prænomen erat *Florentius*, cognomen *Boyens*, undè, abjecto familiæ nomine, Hadrianus *Florentius* dictus est, non *Florentinus* ut hìc perperam scribitur. Sunt qui, in quatuor libros sententiarum scripsisse, tradiderint, quorum errorem probè notavit Bælius; non enim in quatuor libros, sed in quartum librum sententiarum quæstiones & expositiones scripsit Hadrianus. Obiit autem 14 Septembris 1523, ætat. 65.

* Vir illustrior modestiâ, & ingenii rectitudine quàm Pontificatu supremo, qui licèt Papa, de novo typis mandari jussit, quod privatus scripserat in quartum sententiarum, *Papam errare posse, etiam in iis quæ ad fidem spectant.* Celebre illius morientis dictum, *tunc se fuisse infelicem, cùm in imperandi necessitate positus fuit.*

HECTORIS BARNODII, Lugdunensis, Triumvirorum colloquium in Reip. Christianæ utilitatem, Elegiacis conscriptum. Lugd. in-8°. apud B. Rigaudium, 1569.

HELISÆI ROESLIN, Medici Tabernis Alsatiæ, Theoria cœlestium Μετεωρῶν in qua ex plurium Cometarum phænomenis Epilogistica quædam afferuntur de novis tertiæ cujusdam miraculorum Spheræ Circulis, Polis & Axi. Argentorati, in-4°. excud. Bernardus Jobinus, 1578.

HENRICI, hujus nominis VII. Imperatoris, constitutio qui sint rebelles, publicata anno 1312, cum commentariis Bartoli. *

* Dux Luxemburgi Romanorum Imperator electus 1309, à Legatis Cle-

mentis Papæ V, Romæ Coronatus 1312. Obiit in Burgo Etruriæ (Buon-Convento) 25 Augusti 1313; sive de nimio Febris ardore, ut Itali scribunt; sive Veneno, quod ad sacram synaxim, inter missarum solemnia, è manu Dominicani hauserat, ut tradunt Germani.

HENRICUS BUZELUS vel BUCCELLIUS, Lucensis, in Constantini Donationem factam Sylvestro Pontifici. Lucæ, apud Jo. Bapt. Phæsta 1539, cum commentariis.

HENRICI CNAUSTINI, Epitome seu Breviarium Latino-Germanicum, in quo Institutiones imperiales in isagogen contractæ sunt. Erphordiæ, in-8°. 1572.

HENRICI GORRICHEN, sacræ Theologiæ doctoris, Conclusiones Sententiarum, sive super quatuor libros Sententiarum P. Lombardi. Parisiis in-4°. [1]

[1] Poterat Verderius omittere hunc librum, cujus, post Trithemium, Gesnerus in Bibliothecâ suâ meminit.

HENRICI HARPH, Theologia Mystica cum speculativa tum præcipuè affectiva, quæ non tam lectione juvatur, quàm exercitio obtinetur amoris, tribus libris tradita. Coloniæ, in-fol. ex officina Melchioris Novesiani, 1558. [1]

[1] Natus Harphii sive *Herphii* in pago Brabantino, undè ipsi nomen. Obiit 1478, Machilinienfis Franciscanorum Cœnobii Custos.

HENRICUS HELMESIUS, Germipolitanus, Ordinis fratrum minorum Observantium Provinciæ Saxoniæ Minister, Homilias de sanctis ex sacris utriusque testamenti literis, summo studio concinnavit. Parisiis, in-8°. apud Audoenum Parvum, 1553.

HENRICI JACOBIN, Britonis, pœnitentiariorum Apostolicorum Decani, de confessione Sacramentali Dialogus, in quo confessionis ratio, & plurimæ difficultates explicantur. Romæ, in-4°. excud. Anton. Bladus, 1530. Ejusdem de libero arbitrio. Romæ, 1531.

HENRICI DE MALE FORTUNATIS, Elegia de adversitate fortunæ, & Philosophiæ consolatione, cum commento &

annotationibus Guilelmi Ramesei Sagiensis. Lugd. in-4°. excud. Simon Vincentius, 1569. [1]

[1] Scriptorem hunc ignobilem, qui vulgò *Pauper Henricus* dicitur, conjicio sub finem duodecimi seculi vixisse, nec multùm à Conradi III, Imperatoris, & Roberti III Normaniæ Ducis temporibus abfuisse. Quod ex decem versibus lib. 3, qui incipiunt *ecce modernorum*, colligo. Prodiit Parisiis eodem titulo *de malè Fortunatis*, divisus in 3 libros, apud Joannem Parvum, in-4°. temporis notâ non appositâ. Editio, quam exhibet Verderius, Guillelmi Ramesei Sagiensis annotationes præfert. Verùm si Rameseus fuit Sagiensis, non potest esse Benedictinus ille Anglus æqualis Henrici II, Anglorum Regis. Certè Benedictino huic nullas ejusmodi annotationes tribuunt scriptores Angli. Henricum Samariensem vocat Bernardinus de Bustis in Rosario, nec aliter vocatur à Reinesio & Daumio in Epistolis amœbeis. In catalogo Bibliothecæ Mediceæ manuscripto, quem mecum clarissimus Monfalco, Benedictinus, communicavit, vocatur modò *septimelensis*, modò *septimessensis*, quia, ut puto, natus erat Septimi, qui tractus Florentini pagus est, undè & Florentinum fecit Henricum hunc, & Friderici I Imperatoris æqualem Felix Malleolus Tigurinus qui Teutonicè Hemmerlin. Nec omittendum inter auctores qui laudantur in Dictionario Cruscaneo, referri, Henricum Etrusce *Arighetto*, è latino poëmatio Italicè, non metro, sed prosâ, anno 1340, versum. Malè Henricus Mediolanensis dicitur in editione quæ habetur in-8°. Coloniæ, 1570, cum notis Cypriani à Popma. Addam hoc de Paupere Henrico ridiculum ex epistolis obscurorum virorum p. 125 editionis Francofurtensis, 1643, in-12. *Sic etiam fecit Pauper Henricus, qui non habuit libros, neque papyrum, sed omnia scripsit ad pellicium suum.*

HENRICI MAUROY, familiæ S. Francisci Alumni Parisiensis, Doctoris Theologi, Apologia in duas partes divisa, pro iis qui ex Patriarcharum, Abrahæ videlicet, Isaac & Jacob, reliquiis, sati, de Christo Jesu & fide Catholica piè ac sanctè sentiunt, in Archiepiscopum Toletanum & suos asseclas. Parisiis, in-4°. apud Vivantium Gaulterot & Sebast. Nivellium, 1553.

HENRICI MONANTHOLII, [1] Rhemi, scholarum Medicinæ professoris, Oratio pro Mathematicis artibus, Parisiis habita, ibidemque excusa in-4°. apud Dionysium à Prato, 1574. [1]

[1] Obiit Parisiis 1606. Vid. *Bælium*, *in Monantheuil.*

HENRICI PORSII, J. C. sacr. Cæs. Majest. ab Epistolis in camer. Aulica, & Poëseos professoris publici in Archigymnasio Viennensi, Historia belli Persici gesti inter Murathem III. Turca-

rum, & Mehemetem Hodabende Persarum Regem, breviter ac verè conscripta. Ejusdem, itineris Byzantini libri tres. Carminum libri duo. Epigrammat. libri duo. Poëta. Francofurti, in-8°. excud. Joan. Wechelus, 1583.

HENRICI RANZOVII, Epitaphia in obitum Patris, matris, fratris, sororis, nec-non filiorum suorum, tum ab ipso, tum ab aliis conscripta ac edita. Adjectum est præterea Opusculum de Somniis, eorumque eventibus. Lipsiæ, in-4°. excud. Georgius Desnerus, 1585. [1]

[1] Obiit 1599 1 Januarii, æt. 71.

HENRICI RATERII, Carmagnolensis, Grammatici Montiscalerii, in Orthographiam Magistri Stephani interpretationes.

HENRICI SCHILBOCK, Laudenburgensis, J. C. Commentarius in Institut. Juris civilis libris octo. Heidelbergæ, in-8°. apud Joan. Spies 1584.

HENRICUS TUCCIUS, Joannis Cassiani Eremitæ Monasticarum institutionum libros 4; de capitalibus vitiis lib. 8; collationes SS. Patrum 24 & de Verbi incarnatione lib. 7; ad complurium M. S. codicum fidem, à non paucis mendarum millibus expurgavit, & Censoriis notationibus illustravit, cum obscurarum vocum elucidatione. Accesserunt Regulæ SS. Patrum ex antiquiss. Affliginiensis monasterii manuscripto Codice desumptæ. Antuerpiæ, in-8°. ex offic. Christoph. Plantini, 1578.

HERMANNI ARCHIEPISCOPI, Coloniensis Principis Electoris, simplex ac pia deliberatio, quâ ratione Christiana, etiam Verbo Dei fundata reformatio, doctrinæ, administrationis, divinorum sacramentorum, ceremoniarum, & aliorum ministeriorum ecclesiasticorum apud eos, qui ejus pastorali curæ commendati sunt, tantisper instituenda sit, donec Dominus dederit constitui malis, vel per liberam, & Christianam Synodum, sive Generalem, sive nationalem, vel per ordines imperii nationis

Germanicæ in Spiritu ſancto congregatos. In-fol. Bonnæ, ex officina Laurentii Milii, 1535. [1]

[1] Liber hic, à Joanne Groppèro confectus, prodiit ſub nomine Hermanni Archiepiſcopi, qui ad Lutheranos poſteà tranſiit, indè anno 1547 abdicatâ dignitate, quinto poſt anno, ſive 1552 obiit. In his autem verbis : *Donec Dominus dederit conſtitui malis**, deeſt aliquid ſenſui perficiendo, quod libri ope deſtitutus ſupplere non poſſum.

* Vox unica hìc deeſſe videtur ; & legendo *finem conſtitui malis* ſenſus integer erit.

HERMANNI FIGULI, Lexicon juris. Lugd. apud Rovillium 1549. [1]

[1] Scripſit annotationes in Horatium, Francofurti 1546 editas, quarum Jo. Alb. Fabricius non meminit.

HERMÆ LÆTMATII, libri IX. Primus de Religione. 2. De Deſertoribus. 3. De Vacillantibus. 4. De exortu Eccleſiæ. 5. De illuſtri Eccleſiæ progreſſu. 6. De Eccleſiaſtica varietate. 7. De Eccleſiaſtica juris adminiſtratione. 8. De authoritate Scripturarum. 9. De ſacris Ritibus. Baſileæ, in-fol. anno 1544. [1]

[1] Hujus operis, ut pote à Simlero Geſneri continuatore memorati, Verderius mentionem facere non debuit.

HERMANNUS RAYANUS, Plutarchi opuſculum de liberorum inſtitutione Latinum fecit, & annotationibus explicavit. Pariſiis, in-4°. apud Andr. Wechelum 1560.

HERMANNI SCHOTENNII, Heſſi, Colloquia Philoſophica, & conſolatoria, ac exhortatoria, utriuſque fortunæ ferendæ modum docentia, juxtà Senecæ & Franciſci Petrarchæ conſilia, ne inexperta rerum adoleſcentia temerè ſapiat. Coloniæ, in-8°. in ædibus Quentelianis, 1535. Ejuſdem Colloquia moralia ex variis Philoſophorum dictis condita, per quæ ſtulta juventus ſapere poſſit, & eam conſequi prudentiam, quam ſenibus contulit longævitas. Ibidem impreſſa.

HERMELDI, Presbyteri, Chronica Slavorum cum ſupplemento Abbatis Lubecenſis. [1]

[1] Scribendum HERMOLDI qui obiit ſub finem XII ſeculi.

HERVEUS BRITO,[1] totius ordinis fratrum Prædicatorum Generalis magister, edidit Defensorium contra impugnantes fratres Prædicatores, quòd non vivant secundùm Apostolicam vitam. Venetiis, in-8°. per Lazarum de Soardis 1516. *

[1] Vernaculè apud Armoricos vocabatur *Hervé Nedelelec* Gallicè *Noël*: undè in Bibliothecâ Dominicanâ *Herveus Natalis* dicitur. Cùm autem Bibliothecæ illius structores, ideò *Defensorium* hoc Herveo abjudicent, quòd prior apud Lazarum de Soardis editio, anno 1504, sub nomine Jacobi de Voragine prodierit, nonne credi posset, agnito duodecim post annis errore, opus legitimo auctori restitutum fuisse? Obiit 7 Augusti, 1323.

* Narbonæ. Decimus quartus Dominicanorum Præpositus Generalis 1318; studio sus & ardens Thomisticæ doctrinæ propugnator.

HIEREMIAS PADUANUS, Judex ex Montagnano [1]. Non alio autem hîc consilio in ordinem & hunc retulimus, quem neque Gesnerus indictum prætermisit, quàm ut lectorem obiter admoneremus, imposuisse viro optimo eum cujus is authoritatem secutus, Hieremiam Paduanum de auctoribus scientiarum & libris eorum scripsisse tradidit; ad hæc & Epitomen sapientiæ. Est enim unus idemque liber, quem non auctor, sed Petrus Trecius J. D. qui ejus editionem Hieremiæ posthumam procuravit, Sapientiæ Epitomen sive (ut ipse loquitur in eâ qua præfatur epistola) Divinitatis farraginem inscripsit. Tituli porrò seu Rubricæ variæ ejus Epitomes, cujus tertiæ partis tertii libri, Rubrica altera illa est, quæ de auctoribus scientiarum & libris eorum tractat.

[1] Non Gesnerus qui de Hieremia illo planè silet, sed Simlerus unicè reprehendi debuit.

HIERON. ALBANUS, Eques & Juris utriusque consultus, ac serenissimi Venetorum Domini collateralis Generalis, scripsit de Potestate Papæ & Concilio librum in tres partes divisum. Impr. Lugd. in-4°. apud Joan. Tornæsium 1558. *

* Joannes-Hieronymus Albanus Bergomas, juris & eximiarum Literarum cognitione illustris, defunctâ uxore, ad Cardinalitiam purpuram scriptis innixus, pervenit anno 1570. Obiit 1591.

HIERONYMI ALEANDRI [1], Cicero Relegatus & Cicero Revocatus, Dialogi festivissimi. Lugd. in-8°. apud Seb. Gryphium, 1534. *

[1] Hi Joculares Dialogi, non sunt Hieronymi Aleandri, gravioribus multò negotiis tunc distenti, sed Hortensii Landi Mediolanensis, ut ostendi notâ quadam à me olim cum Bælio communicatâ & in lexico ejus editâ, voce *Lando*.

* Tunc Aleander ad minimum Nuncii Apostolici in Germaniâ vices gerebat; postea Cardinalis factus, variis legationibus defunctus est. Id muneris agebat penes Franciscum I. Francorum Regem, & cum eo captivus factus est in prælio Papiensi. Obiit Romæ, 1ª Februarii 1542. Vir omnimodâ eruditione percelebris, quem Academia Parisiensis Rectorem habuisse gloriatur. Vid. Mem. Niceron. Tom. XXIV.

HIERONYMUS AVANTIUS, C. Plinii Junioris ad Trajanum Epistolas XLVI. à Petro Leandro in Gallia repertas, cum ejusdem Responsis in lucem edidit, illasque dicavit Bernardo Bembo Equiti & Veronæ Prætori. Venetiis, in-4°. per Jo. de Tridino, 1502. [1]

[1] Vivebat adhuc 1514, non puto pervenisse ad 1520.

HIERONYMUS BORRIUS, Aretinus, scripsit de motu gravium & levium Peripateticas disputationes in tres partes divisas. Florentiæ, in-4°. in officina Georgii Marescotti, 1576. [1]

[1] Vid. de eo *Naudæana*.

HIERON. BARDUS, Florentinus, Camaldulensis Jo. Lucidi Samothei opus de emendatione temporum supplemento auxit, ab anno Christi 1535, usque ad annum 1575. Impressum cum Lucidi Chronico Venetiis, in-4°. apud Juntas 1575.

HIERON. [1] CARDANI *, in librum Hippocratis de Alimento commentaria, prælecta dum profiteretur supra ordinariam Medicinam Bononiæ, an. 1568. excus. Romæ, in-8°. apud hered. A. Bladii, 1574.

Ejusdem Examen XXII ægrorum Hippocratis in Epidem. Romæ, in-8°. apud. hered. Ant. Bladii, 1575.

[1] Obiit Romæ 21 Septemb. 1576. æt. 75.

* Sophista notissimus, non enim Philosophorum numero adscribi debet.

Opera

Opera illius, decem ſpiſſis voluminibus contenta, ingenii & ſcientiæ plurimùm, ſed multò plus adhuc dementiæ & vanitatis exhibent. Se Dæmonium proprium, ut Socrates, habere gloriabatur. Credulitatis plerùmque anilis, fidei myſteriis fidem tacitus abnegabat. Aſtrologiæ judiciariæ deditiſſimus, diem obitûs ſui prædixerat, &, ne eventus prædictionis veritati obſtaret, fertur lubens fame periiſſe. V. de eo Mem. Niceron. Tom. XIV. & XX.

HIERONIMI BERGOMATIS, Carmelitæ, de Poteſtate Papæ liber. Ejuſdem pro oppugnato Pontifice alius.

HIERON. FORNARIUS, ſcripſit in Pauli Veneti ſuppoſitiones, in-4°. Papiæ apud Jacob. de Burgofranco 1523. [1]

[1] Dialecticum quemdam barbarum fuiſſe oportet, Paulo illi, in quem ſcripſit, non abſimilem, Auguſtiniano & Patavii mortuo 15 Junii 1429.

HIERON. GARCESII, Unicaſtrenſis [1], de partibus Enunciationis, ac de ipſa Enunciatione, liber primus. De proprietatibus Enunciationi convenientibus liber tertius. Pariſiis, in-fol. excud. Ægidius Gormuntius 1509.

[1] Credo legendum *Vincaſtrenſis*, id eſt, Vintonienſis, *de Vinceſtre*.

HIERON. HANGESTUS, Philoſoph. ac ſacræ Theolog. profeſſor, ſcripſit librum de libero arbitrio in Lutherum. Pariſiis, in-4°. apud. Jo. Parvum 1515. [1]

[1] De hoc habet neſcio quid Rabeleſii vernaculus illuſtrator. Tom. I. pag. 27. col. 2.

* Natus Compendii ex nobili Hangeſtorum ſtirpe, Canonicus & Scholaſtes Eccleſiæ Cenomanenſis, illic obiit, anno 1538. ardenti contrà Lutherum ſtudio, inter Socios Sorbonicos celeber.

HIERONIMUS A LAURENTIIS, ad l. ſi emancipati C. de Collationibus.

HIERONIMI LAURETI, Cervarienſis, Monachi Benedictini in cœnobio beatæ Mariæ à Monteferrato, & Abbatis ſancti Fœlicis Guixolenſis, Index & genealogiæ virorum ac mulierum, qui in ſacra ſcriptura contine[illegible] ſimul cum homo-

nymia eorumdem ad ejus historicam intelligentiam maximè conducente. Impress. Barcinonæ, in-4°. per Michaelem Ortis 1568. Ejusdem Sylva Allegoriarum totius sacræ scripturæ, mysticos ejus sensus, & magnâ etiam parte literales complectens. Parisiis, in-fol. apud Michaelem Sonnium 1583.

HIERON. MANFREDI, de Cardinalib. liber. Bononiæ, apud Jo. Rubrium 1564.

HIERON. MENGI, Vitellianensis, ordinis Minorum, Flagellum Dæmonum seu exorcismi terribiles, potentissimi, & efficaces; remediaque probatissima in malignos spiritus expellendos; facturasque & maleficia effuganda de obsessis corporibus. Bononiæ, in-8°, apud Joan. Roscium 1574. [1]

[1] Prodiit hujus libri repetita editio Bononiæ 1581 & tertia Francofurti unà cum plurimis aliis ejusdem argumenti tractatibus.

HIERON. MERCURIALIS, Foroliviensis Medici, de morbis puerorum Tractatus locupletissimi in tres libros digesti. Venetiis, in-4°. 1583. Ejusdem de Venenis & morbis venenosis Tractatus locupletissimi in duos libros digesti. Francofurti, in-8°. apud Wechelianos 1584. [1]

[1] Obiit 13 Novembris 1596, æt. 66, non, ut perperam Thuanus, 9 Novembris 1604. V. Mem. Niceron. Tom. XXVI.

HIERON. DE NUCIARELLIS, Romanus, scripsit Passus super Prædicamenta Aristotelis illuminati Francisci Maironis. Formalitates ejusdem Maironis, cum annotationibus dicti Hieronimi & quædam alia. In-fol. Venetiis, apud Octavianum Scotum, 1517. [1]

HIERON. DE LARUA, Toletani, Doct. Theologi & in Schola Toletana priùs Philosophiæ, post sacræ Theologiæ publici professoris, Controversiarum Theologicarum partìm positivarum, partìm scholasticarum, Pars prima & secunda. Romæ, in-fol. ex Typographia Vincentii Accolti 1584.

HIERON. RUPEI, Navarrensis, D. Medici, Rhetoricæ Forensis Enchiridium in gratiam Advocatorum Tolosanorum, in-4°. Tolosæ, apud Guid. Boudevilleum. Ejusdem Epitaphia pro Carolo IX. Galliarum rege. Tolosæ, in-4°. apud Claudium Bourciquau, 1574.

HIERON. RUPEI, Metinensis, Commentariorum Philosophiæ moralis libri tres. Parisiis, in-8°. apud Franc. Stephanum, 1537.

HIERONIMUS SERIPANDUS, Neapolitanus, Prior generalis ord. D. Augustini, deinde Archiepiscopus Salernitanus, Cardinalis, & ad Concilium Tridentinum à Pio IV Legatus à latere missus, scripsit Quæstiones 67 adversùs hæreses hujus temporis. De hominis justificatione libros tres. Tractatum de peccato originali. Orationes complures. Sermones, quos in majoribus solemnitatibus ad fratres habebat, & libros quatuor diversarum materiarum prædicabilium; quæ omnia sunt Neapoli in Bibliotheca S. Joannis ad Carbonariam, quam ipse extruxit, eamque libris optimis omnium scientiarum genere, & impressis, & manuscriptis offersit. [1]

[1] Obiit Tridenti 13 Martii 1563, ætat. 71. (Tunc Legatus Pii IV in Concilio.)

HIERONIMI TERGULIANI, expositio Dominicæ orationis & salutationis Angelicæ secundùm jura. Venetiis, in-4°. 1538.

HIERON. VALLENSIS, Patavini, Jesuidos, vel de Dominica passione liber I. Antuerpiæ, in-12. apud Jo. Bellerum, 1559 [1]

[1] Poëma illud suum Hieronymus inscripsit Petro Donato, qui ab anno 1428, usque ad 1448, Patavinus Episcopus fuit. Antiquior, & prima editio ea est quam Jodocus Badius, anno 1513, dicavit Carmelitis Gandavensibus, à quibus archetypum acceperat, & quibus educationem suam debebat, ut, epistolâ editioni præpositâ, ipse testatur.

HIERON. VIDÆ, Albæ Episcopi, Constitutiones Synodales. Cremonæ, apud Vincent. Conctum, 1562. [1]

[1] Vocabatur Marcus Hieronimus Vida (nobilis Cremonensis.) Electus fuit Albæ (in Monteferrato) Episcopus 6 Februarii, 1532. Obiit autem 27 Sept. 1566, ætat. 60.

* Diligentis & sapientis Episcopi partibus cum laude adimpletis; præcellentissimus fuit poëta latinus, quem nonnulli Virgilio ipsi comparare non dubitaverunt. Vid. Mem. Niceron. Tom. XXIX.

HIERON. VIELMII, Veneti, ordinis Prædicatorum, Episcopi Æmoniæ, de sex diebus conditi orbis liber. Adjecti sunt præstereà ejusdem authoris libri duo de D. Thomæ Aquinatis doctrina & scriptis, & orationes duæ, altera Apologetica, & reliqua de optimo Episcopi munere. Venetiis, in-4°. apud Juntas, 1575. [1]

[1] Electus primùm mense Martio 1563 Argolicensis in Peloponneso Episcopus, deinde 13 Augusti 1570 ad Æmoniensem sedem translatus, obiit Venetiis 7 Martii 1582, ætat. 63.

HILARII CORTESII, Neustrii, Civis Ebroïcis, Volantillæ. Parisiis, in-8°. apud Simonem Colinæum, 1535. [1]

[1] Vide Crucimanium Tom. I. pag. 377. in *Hilaire Courtois*, ubi salsum in volantillas ejus Tetrastichum.

HIPPOLITI SALVIANI, de Crisibus ad Galeni censuram liber. Romæ, in-8°. ex officina Salviana, 1558. [1]

[1] In Umbriâ Tiferni natus, obiit Romæ 1572, æt. 59. (Utilem de Piscibus tractatum edidit.)

HONORATI CASTELLANI, Oratio Lutetiæ habita, quâ futuro Medico necessaria explicantur. Lutetiæ, in-4°. apud Michaelem Vascosanum, 1555.

HORATIUS LUTIUS, de privilegiis Scholarium. Patavii, 1564.

HORATII TUSCANELLÆ, Flores Italici ac Latini idiomatis, è viridario exercitationis Jo. Ludo. Vivis excerpti &

Italicè interpretati. Venetiis, in-8°. ex officina Valgrisiana, 1570

HUGONIS AMBERTANI, Columgiani, Silvæ, celebratissimam Francisci magni Valesii in Helvetios victoriam; cantatissima Caroli octavi & Ludovici duodecimi prælia (quibus bellacissimus Jacobus Cabannus, Franciæ Mareschallus, fortiter interfuerit) nec non strenuissimi equitis aurati Comensis præfecti & religiosissimi Aniciensis Ecclesiæ antistitis præconia complexæ. Parisiis, in-8°. apud Ægid. Gormontium, 1516. [1]

[1] Hujus neque Andreas Quercetanus, neque Jacobus Longus in suis Historicorum Franciæ Catalogis meminerunt.

HUGONIS A CASALIBUS, Marsiliaci J. U. Doctoris, Quæstio politica super Ecclesiarum Immunitate; Juris cùm humani tum divini referta authoritatibus & in Pictaviensi Academia disputata. Impress. Pictavii, in-8°. apud Jacob. Bouchetum. [1]

[1] Hugo à Casalibus, Gallicè *de Casaux* vernaculum familiæ Massiliensis nomen, è qua prodiit famosus ille Perduellis Carolus, Massiliensis Consul, qui authoritate, quam sibi inter cives suos pepererat, abusus, anno demùm 1596, dum urbem Hispanis tradere cogitabat, à Petro Libertato Gallicis partibus studente interfectus est.

HUGON. CINI CAMPANI, Dolanæ Academiæ Regii primi professoris, Commentaria Ad l. Ejus. ff. de Reb. creditis. Consultatio habita per eumdem pro defensione filiæ Senatoris nuptæ doctori, proindeque ad honorem Jurisc. Ejusdem ad l. Contractus. de Regul. jur. Lutetiæ, in-4°. apud Michaelem Sonnium 1574. *

* Jurisconsultus ille forsan est idem cum Cyno Pistoriensi, in Etruria, qui in codicem & digestum docta scripsit commentaria, & obiit Bononiæ 1336.

HUGO REYNALDUS, Argentatus, Aquitanus Minoritanus, scripsit libellum peregrinationum terræ sanctæ. Excus. anno 1549.

HUGOLINI MARTELLII [1], Florentini, Episcopi Glandatensis, in Odem secundam libri quarti carminum Q. Horat. Flacci commentatio. Florentiæ, in-4°. ex officina Juntarum, 1579. Idem scripsit de Anni integra in integrum restitutione. Lugd. in-8°. apud Franciscum Corradum, 1583.

[1] *Martelli* quidem Italicè vocabatur, sed Martellum se latinè inscribebat.

HULDERICHI HUTTENI, Dialogi 5. videlicet Fortuna; Febris prima; Febris secunda; Vadiscus. Inspicientes. Impr. Lovanii, in-4°. per Petrum Achestam. 1521.*

* In Castello Steckelbergi in Franconiâ April. 1488 natus, nobilitate licèt antiquâ illustris minùs, quàm præclaris ingenii dotibus, carminibus latinis notissimus, Marti simul & Musis serviens, brevem sed agitatam duxit vitam. Strenuus in bello miles, & scriptor audax, acriter insurrexit, cunctis laudantibus, in ducem Virtebergensem, qui occiderat Joannem Huttenium, Hulderici cognatum. Obiit Huldericus 29 Augusti 1523 in vicinia Tiguri apud Helvetios, venereâ, ut nonnulli scribunt, lue consumptus. Aliquid contulit *Epistolis obscurorum virorum*.

HUMBERTUS quidam totius ord. Prædicatorum quintus Generalis magister. De eruditione Religiosorum Opusculum, universa quæ ad absolutam religionis formam spectant comprehendens: opera F. Antonii Senensis S. Theologiæ professoris Lovaniensis correcta ad exemplaria manuscripta in-8o. Lovanii, apud Rutgerium Velpium, 1575. [1] De modo prompte cudendi sermones, ad diversos status hominum, cum epistola ejusdem de tribus votis substantialibus, & aliis quibusdam virtutibus, earumque exercitiis ad devotos Christi fideles, præsertim religiosos attinentibus. Impressi in Imperiali oppido Hagnaw, in-fol. 1508.

[1] Titulus mendosus sic emendari debet: *Humberti quondam*, &c. Humbertus de Romanis vocabatur, à Delphinatûs oppido, Gallicè ROMANS, ubi natus est. De quinto illo sui ordinis Magistro, Valentiæ 14 Julii 1277 mortuo, fusè ultimi Bibliothecæ Dominicanæ scriptores, qui Opusculum de eruditione Religiosorum perperam Humberto hîc tributum, Guillelmo Peraldo suo item sodali, 20 plus minùs annis antè Humbertum defuncto, vindicant.

Ejusdem de modo prompte cudendi sermones. Hunc articulum malè à priore

divulsum huc retuli. De opere autem hoc varias mutationes passo à prima editione quæ Haganoæ, 1508, in-fol. ad postremam quæ Barcinone 1607 prodiit 4. videndi superiores Dominicani. Tom. I. pag. 146.

HUMBERTI LOCATI, Placentini, Episcopi Balneoregiensis, ordinis Prædicatorum, de Placentinæ urbis origine, successu & laudibus. Cremonæ, apud Vincentium Conctum, 1564. Ejusdem Praxis Judiciaria Inquisitorum ex diversis sacræ Theolog. ac Juris utriusque doctoribus collecta. Venetiis, in-4°. apud Damianum Zenarium, 1583.[1]

[1] Obiit 17 Octobris 1587, secundùm ultimos, quos modo laudavi, Dominicanos qui & librum de Placentinâ urbe rursùs editum. Cremonæ 1614, notant.

HUMBERTI MONTISMORETANI, Poëtæ, CHRISTIDOS libri decem, complectentes purissimam Salvatoris nostri Jesu nativitatem, præclara dicta, miracula, passionem, descensum ad inferos, Ascensionem. Ejusdem ad dom. Joann. Rocelletum Panegyricus. Lugd. in-8°. apud Michaelem Parmenterium.[1]

[1] Duo illius *Christidos* non facilè obviæ loca, temporum illorum & auctoris, qui Monachus erat, simplicitati notandæ idonea, huc transferenda duxi. 1°. Ubi, quâ horâ Dominus natus est, ea Pædicones, Masturbatores quotquot erant omnes interiisse perhibet :

Utque dies esset nullo polluta reatu,
Pædico meritâ, Masturbatorque nefandus
Morte obiit, miseræ post tot mala crimina vitæ.

2°. Ubi de Circumcisione:

At superum Rector, cujus per pectora nati
Plurimus errat amor, defixit lumina terris
A solio stellante poli, tum deinde profatur:
Interpres Gabriel jussorum fide meorum,
I celer, i vacuum lapsu per inane citato,
Infantemque Deum Mariâ de Virgine natum,
Haud partem exiguam nostri, qui sanguine fuso
Præputii *. vagit, cultros perpessus acutos,

Infantem solare Deum, sacrumque cruorem,
Et sacram pueri carnem excipe. Dixerat; ille
Paret, & expansis lapsus per inania pennis,
Exequitur mandata Dei, carnemque cruoremque
Excipit. Hanc magnus sancto à Gabriele receptam
Carolus, occasus varios post solis & ortus,
Ingentem annorum seriem, Lunæque labores
Jussit Aquisgrani sacris venerarier oris.
Carrosium mox inde tulit; nunc condita Romæ
Æde sacrâ est, præsens miserûm medicina dolentum.

* Scribendum erat *Præputi*, malè hic corripit secundam syllabam *Præputii* quam Juvenalis Sat. 6 & 14 produxit,

HÆRESEOLOGIA, Hoc est, opus veterum tam Græcorum quàm Latinorum Theologorum, per quos omnes, quæ per Catholicam Christi Ecclesiam grassatæ sunt hæreses, confutantur & summa omnia Theologiæ capita quæstionesque de Trinitate, Providentia Dei, Creatione mundi, Angelis, Peccato, Dæmonibus, Generatione Verbi, Christi duabus naturis, humana & divina, Libero arbitrio, Sacramentis, de Mundi consummatione & Judicio extremo, & reliqui communes, quos tota Theologia tractat, loci, Collectore Anonymo explicantur. Basileæ, in-fol. apud Henricum Petri, 1556.

HISTORICUM Opus, in quatuor Tomos divisum, quorum, Tomus primus Germaniæ antiquæ illustrationem continet, in qua veterum authorum descriptiones, tam generales quàm speciales, cum doctissimorum virorum nostræ ætatis commentariis explicantur, omissæ ab antiquis, recentiorum studio supplentur; præcipuæ historiæ Germaniæ antiquæ & novæ describuntur; Populorum migrationes indicantur; Regionumque ac Gentium appellationes recentes veteribus accommodantur; & aliæ quamplurimæ res liberali cognitione dignissimæ continentur. Tomus secundus comprehendit ea, quæ sub Imperio Caroli V. Cæsaris, in diversis locis ac regionibus acciderunt, usque ad inaugurationem Ferdinandi I. Cæsaris; unà cum resignatione

Imperii

Imperii Romani à Carol. V. facta. Tomus tertius historias complectitur, quæ venerunt in gubernationem Ferdinandi I. hujus nominis Imper. unà cum Epitome rerum gestarum, in variis orbis terrarum partibus, à confirmatione ejusdem Cæsaris, videlicet ab anno Domini 1558, usque ad finem anni 1564. Tomus IV Res gestas in se continet; quæ incurrerunt in Maximiliani II. Cæs. Imperium; unà cum Epitome rerum, quæ sub eodem Cæsare, ab anno 1565, usque ad 1574, variis in orbis terrarum plagis peractæ sunt. Basileæ, in-fol. excud. Henricus Petri.

JAC JAC

JACOBUS ALBERTINUS, de Differentiis inter utrumque jus. Extat in Bibliotheca Antonii Augustini Episcopi Tarraconensis.

JACOBI AUBERTI, Vindocinensis Medici, Institutiones Physicæ in quatuor partes distributæ, quæ adeò perspicuæ sunt; ut in libros Aristotelis, qui περὶ φυσικῆς ἀκροάσεως inscribuntur, instar commentariorum censeri possint. Lugd. in-8°. apud Ant. de Harsy, 1584.

JACOBI BERARDI, Andegavi, Appendix in titulo de Emptione & venditione instit. civil. Parisiis, in-8°. sub signo Lupi, viâ Jacobeâ, 1537.

JACOBI BRACELLI, Genuensis, lucubrationes, videlicet de claris Genuensibus; descriptio Liguriæ, Epistolarum liber unus, de bello Hispaniensi libri quinque. Parisiis, in-4°. apud Jod. Badium.

JACOBI BRACHETI, Divionensis, consolatio in adversis. Parisiis, in-8°.

JACOB. BRUTUS, Novocomensis, lector religiosorum fratrum sancti Salvatoris, scripsit Opus de immortalite animæ rationalis, quod auream coronam pretiosissimis consertam lapillis appellavit. Venetiis, in-4°. per Joannem de Tridino, 1496.

JACOBI A CALICIO, Extravagatorium curiarum Barchinonæ, apud Jo. Gordiolam, 1556. Ejusdem Margarita Fisci & tractatus de monetarum lege. Ibidem.

JACOBI CAPELLI, Paris. fragmenta ex Var. autoribus concinnata; in-4°. apud Jo. Parvum. *

* Jacobus ille Capellus, Advocatus regius in Parisiensi Senatu, sub Francisco I. causam agens coram Rege, sic exorsus est utens verbis Senecæ « *qui audent coram te dicere, magnitudinem tuam ignorant; qui non audent, humanitatem* ». Loisel. Dialog. pag. 646. De eo & aliis ejusdem nominis scriptoribus, vid. Mem. Niceron. Tom. XXII.

JACOBUS CARPENTARIUS, Bellovacus, Disputationem de Animo, methodo Peripateticâ, utrùm Aristoteli mortalis sit, an immortalis, ex R. Odonis Itali vernaculis Latinam fecit, & scholiis illustravit. Parisiis, in-4°. ex Typographia Mathæi Davidis, 1558. Ejusdem Carpentarii orationes tres; pro jure professionis suæ, in senatu ex tempore habitæ, contra importunas Rami actiones. Parisiis, in-8°. apud Gabrielem Buon, 1566. Ejusdem Oratio quam in auditorio Regio, cum interpretationem Sphæræ & Logici organi aggrederetur, de sua professione habuit, contra quorumdam calumnias 4. Non. Janua. anno 1567. Parisiis, in-8°. apud Gabriel. Buon, 1567. [1]

[1] Obiit 1 Februarii 1574 antè 50 ætatis annum. De eo aliquid in notis ad vocem *Pierre Ramus* in Crucimanio. Tom. II. pag. 311.

JACOBI CHEINEII, ab Arnage, Scoti, de Priore Astronomiæ parte seu de Sphæra libri duo. Duaci, in-8°. excud. Jo. Bogardus, 1575.

JACOBUS DALECAMPIUS, Cadomensis Medicus, vir omni literarum laude clarissimus, præter eam quam ex luculentissima Athenæi à se Latini facti nova editione apud bonos

omnes & doctos emeruit gratiam, alia etiam ejusdem notæ pleraque habet in manibus, quæ editioni matura propè diem in lucem prodibunt, suum testantia auctorem. L. Annæi Senecæ Philosophi opera omnia ad multiplicem veterum M. S. C. R. fidem longè castigatiora reddita, ipsiusque perpetuis notis illustrata. Theophrasti item τὰ σοζόμενα ἅπαντα cum nova ejusdem interpretatione scholiisque doctissimis. Plinium enim sub prælo nunc habet jam positis novum illum exuviis, variis inquam lectionibus ex manuscriptorum optimorum authoritate multo & longo labore, singulari diligentiâ & religione petitis, annotationibus etiam & observationibus, quæ justi commentarii vice esse possint, insignitum. Chirurgica, vulgari sermone. Libros de usu partium corporis humani è Græco versos eâdem linguâ. Anatomicas administrationes è Græco translatas, oratione vernaculâ. Musculorum dissectionem ejusdem scriptoris & eâdem oratione. In Celsum & Aurelianum infinitas emendationes quibus nomen suum præfigi noluit. In magno opere de historia plantarum quod exhibebit propediem, innumeras stirpium variarum descriptiones earum figuris additas. *

* Cadomi in Normannia natus an. 1513, Lugduni sedem fixit, ubi cum laude Medicum egit, ad 1 Martii 1588 quo obiit annos natus 75. Vir doctissimus plurima edidit opera quorum usus viget adhuc. Vid. Crucimanium Tom. I. p. 402 & 403. & Verderium cum notis verbo *Jacques Dalechamps.*

JACOBI DE LENDA, divini verbi interpretis, ex cœtu fratrum divi Francisci, sermones ab eodem, circiter adventum ad Parrhisios habiti; & ab ejus ore decerpti. Ejusdem sermones Quadragesimales. Parisiis, in-4°. apud Joannem Parvum, 1501. [1]

[1] Maillardi & Menoti more, gallica interdùm latinis miscet. Sic in Dominica 2. Adventus. *Erat*, ait, *quidam auriga qui vocabatur* Tout, *& claudicabat, & dicebat* Tout va Mal.

JACOBI FABRI, Molinensis, doctoris Theologi Sorbonici, Hyperaspites pro Sacro-sancto Missæ sacrificio adversùs impiam Missæ & missalis anatomen, Dissectorum, Laniorum, Missolitur-

gorum, Calvinianæ familiæ, perditè excogitatam. Parisiis, in-4°. apud Jac. Kerver 1563. *

* Vid. Bibl. Gall. Verderii.

JACOB. GUILLEMEAU, Opera Ambrosii Paræi, Regii Chirurgi, è Gallico sermone in Latinum vertit. Parisiis, in-fol. apud Jacob. du Puys, 1582. *

* Aurelianensis, Ambrosii Parei Discipulus, celeber Chirurgus, qui artis peritiâ famam meritus est immortalem. Obiit Parisiis 13 Martii 1609. Regum Caroli IX & Henrici IV Chirurgus ordinarius.

JACOBI LANTERII, Bruxiensis, libri duo, de modo substituendi terrena monumenta ad urbes, atque oppida, cæteraque ad loca omnia, quibus aditus hosti præcludatur. Venetiis, in-4°. apud Vincentium Valgrisium, 1563.

JACOBI DE LUSANNA [1], ordinis sancti Dominici, opus moralisatum cunctis verbi Dei concionatoribus necessarium, ac in duodecim tomos segregatum seu divisum. Lemovicis, in-4°. ex officina Claudii Garnier, 1528.

[1] Trithemius, Gesnerus, Simlerus & editiones plurimæ scribunt de *Lusanna*. Bibliothecarii tamen Dominicani emendatiùs de *Lausana*. Multi de *Losanna;* pessimè, qui *de Osanna*. Qui ridere volet, videat Theophilum Raynaudum in Cyriacos, Diatriba 5, ubi locum è Jacobi hujus sermone de passione Domini producit. Obiit 1321.

JACOBI LOPIDIS STUNICÆ, annotationes contra Desid. Eras. Roterod. in defensionem translation. novi Testamenti. Ejusdem Stunicæ annota. in Jaco. Fabrum super Epistolas Pauli. Lutetiæ, in-fol. apud Conradum Resch, 1522. [1]

[1] Obiit 1530. Hujus iter ab urbe Compluto ad urbem Romam quò Febr. 9. 1521, sedente Leone X, pervenit, habetur in fine Hispanicæ Bibliothecæ, Andreæ Schotti.

JACOBI MARII, Ambosii, Philosophiæ doctoris, ejusdemque in Græcis Regii professoris, institutionum Dialecticarum libri tres. Parisiis, in-4°. apud Federicum Morellum, 1577.

JACOBUS DE MARQUILLES, ſuper uſaticis Barchinonenſibus. In-fol. Barchinonæ, 1505.

JACOBI MAZONII, Cæſenatis, de triplici hominum vita; Activâ nempè, Contemplativâ & religioſâ Methodi tres, quæſtionibus quinque millibus, centum & nonaginta ſeptem diſtinctæ; in quibus omnes Platonis, & Ariſtotelis, multæ verò aliorum Græcorum, Arabum & Latinorum in univerſo ſcientiarum orbe diſcordiæ componuntur. Cæſæne. Bartholomæus Raverius, in-4°. excud. 1577. [1]

[1] Eruditus & ſapiens Philoſophiæ Profeſſor, obiit Ferrariæ 1603, æt. 50.

JACOBUS MIDDENDORPIUS, Theologus & Juriſperitus, Hiſtoriam Ariſteæ, Ptolemæi Philadelphi, Ægyptiorum regis ad Eleazarum Pontificem Judæorum legati, de ſcripturæ ſacræ per LXX. interpretes tranſlatione, & de pulcherrimis ſeptuaginta duabus quæſtionibus, quas Rex ipſis propoſuit; ex Manuſcriptis Græcis atque Latinis Codicibus, & SS. Patrum libris diligenter reſtituit, & Commentariis atque annotationibus illuſtravit. Coloniæ, in-8°. apud Maternum Cholinum, 1578. *

* Patriâ Batavus (ex Oldenzel) Academiæ Colonienſis Rector, ac Electori Colonienſi à Conſiliis, obiit 15 Januarii 1611, ætat. 63, aut, ut nonnulli ſcribunt, 73.

JACOBI A MONTEJUDAICO, commentaria in leges antiquiores Barchinonenſium. Barchinonæ, apud Carol. Amoroſum, 1544.

JACOBI NOVELLI, J. C. Statuta Venetorum. Venetiis, 1564. Ejuſdem de defenſione rerum Venetarum. Ibidem, apud Cavalcalupum, 1565.

JACOBI OMPHALII, Antoniacenſis, Imperialis Judicii aſſeſſoris, de ſuſcipienda Chriſtianæ Reipub. propugnatione, & eorum qui urbium gubernacula tenent, officiis, liber unus. Coloniæ, in-8°. ex offic. Eucharii Cervicorni, 1538. [1]

[1] Obiit Jacobus Omphalius, Antoniacenſis ſive Andernacenſis 1570. De

libro autem cujus hîc fit mentio, cùm Gesnerus eum in Bibliotheca sua non omiserit, silere debuit Verderius.

JACOBUS RAVERDUS, Tribonianus. Ejus. ad L. scriboniam. Antuerp. apud Plantinum. 1561. *

* Obiit 1 Junii 1568, ætat. 34.

JACOBI ROGERII, Nervii, Neopægnia seu lusus pueriles. Parisiis, in-8°. excud. Joan. Ludovicus, 1539. [1]

[1] Rogerium, qui Nervius fuit, Aurelianensem putabat Julius Scaliger, aliter sensurus si hanc editionem vidisset.

JABOBUS RUFFUS [1], Christianiss. Regis eques Torquatus, Dominus temporalis ad Buysson, scripsit Personarum rerumque Ecclesiasticarum inviolabilis libertatis breve scutum, quo Ecclesiastici viri resque adversùs exactiones, tributaque subsidiaria vindicantur. Excus. Parisiis, in-8°. apud Nicol. Chesneau, 1576.

[1] Gallicè ut apparet, *Jacques le Roux du Buysson*.

JACOBUS A SAA, Eques Lusitanus, scripsit de Navigatione lib. 3, quibus Mathematicæ disciplinæ explicantur. Impres. Parisiis, in-8°. apud Reginaldum Calderium, 1549. Ejusdem de Primogenitura tractatus super difficili & satis tractata quæstione per antiquos & neotericos Doctores, an filius secundo genitus præferendus sit nepoti ex primogenito mortuo, vivente avo, & noviter stante dispositione legis Mentalis Lusitaniæ, quis eorum sit præferendus. Martinus Juvenis, Parisiis, in-8°. excud. anno 1551.

JACOBI SLUPERII, Herzelensis Flandri, Poëmata; videlicet Eclogæ VII. Lusus pastorales. Hortulus ἐαρινὸς Epistolæ, aliaque sacra. Antuerpiæ, in-16. apud Jo. Bellerum, 1575.

JACOBUS DE SUSATO [1], scripsit Chronicon de Magistris generalibus & viris claris Ordinis Prædicatorum.

[1] Susatum, Germanicè Soest, urbs Westphaliæ libera, &, ut dicunt, Hanzeatica. Vivebat adhuc Jacobus, anno 1422. Bibliothecâ Dominicanâ. Tom. I, pag. 774.

JACOBI SUTERI, Medici & Philosophi, de rebus naturalibus Dialogus. Friburgi Brisgoiæ, in-8°. 1584.

JACOBI TRIBESCI, Brixiani, Canon. regularis Lateranensis, Responsiones ad mille quæsita in omni ferè facultate, ex omnibus divi Aurel. Augustini libris excerptæ, & in unum congestæ. Venetiis, in-4°. apud Anton. Ferrarium, 1583.

JACOBI VIVARII, Lumelani, Redemptio nostra, Comœdia nova, in qua ostenditur maximè relictos & afflictos, esse majorem consolationem consequuturos. Antuerpiæ, in-8°. 1578.

JACOBI YSNARDI, Arausionensis, Dialogus Academicus, ad jus civile perdiscendum hortatorius, in-4°. Excud. Tholosæ, Guido Boudevileus, 1547. Item Epigrammatum libellus.

JAPHAR, scripsit Tractatum de mutatione temporis nunquam anteà excusum & per Jo. Hieron. à Scalingiis in lucem emissum. Parisiis, in-fol. cum Alkindi ejusdem Argumenti tractatu, alio anno 1540.

JACOBI ZABARELLÆ, Patavini, de Doctrinæ ordine Apologia. Patavii, in-fol. *

* Natus Patavii 5 Septembris 1533, filius Bartholomæi, celebris Juris Canonici Professoris, abnepos Francisci Cardinalis Zabarellæ, qui in Concilio Constantiensi obiit. Philosophus præcellens; mortuus est an. 1589, æt. 56, titulo Comitis Palatini insignitus, quo gaudent ejus posteri.

JANI GULIELMI, Plautinarum quæstionum commentarius, in quo omnes ordine M. Plauti Comœdiæ, tum multa veterum scriptorum, Poëtarum in primis, & M. T. Ciceronis loca variè illustrantur, corriguntur & augentur. Lutetiæ, in-8°. apud Ægidium Beys, 1583. Ejusdem adversùs C. Sigonium Assertio, non esse aut M. Tullii, aut satis dignam M. Tullio, eam quæ illius nomine venditetur, consolationem. Lutetiæ, in-8°. apud Ægid. Beys, CIↃ. IↃ. XXCIV. [1]

[1] Lubecæ natus, Avarici Biturigum obiit Junio mense 1594, ætat. 29.

ILDEPHONSUS A VERA CRUCE, Speculum conjugatorum. Salmanticæ, apud Andream à Portonariis, 1562.

JOFFRANCUS OFFUSIUS, Germanus, ſcripſit, de divina aſtrorum facultate in Larvatam Aſtrologiam. Pariſiis, in-4°. apud Jo. Royerium, 1570.

JOACHIMI BELLAII, Andini, Poëtæ clariſſ. Xenia ſeu illuſtrium quorumdam nominum Alluſiones. Pariſiis, in-4°. apud Federicum Morellum, 1569. [1]

[1] Obiit 1 Januarii, anno, ſecundùm Calculum Romanum, 1560, æt. 35 ineunte; ſi Scævolæ Sammarthano fides, vel 37, ſi Thuano. (Vid. notas ad Cruçimanium voce *Joachim du Bellay*. Tom. II. pag. 2 & 3.)

JOACH. CAMERARII, Appendix fabularum Æſopicarum, additis Ægyptiacis & aliis quibuſdam fabuloſis narratiunculis. Tubingæ, in-8°. apud Ulricum Morhardum, 1539. [1]

[1] Obiit 17 Aprilis 1574, ætat. 74. Editio cujus hîc fit mentio, prima eſt; ſecunda prodiit anno 1564. Tertia Lipſiæ multò amplior, & quam elegantiſſimam dicit J. A. Fabricius. (Vid. Mem. Niceron. Tom. XXIX. Suavitate morum & eloquentiâ, gratus fuit Imperatoribus Carolo V & Maximiliano II.)

JOACHIMI RHETICI, Orationes duæ, prima de Aſtronomia & Geographia, altera de Phyſica, habita Witebergæ. Excuſ. Norimbergæ, in-8°. apud Joannem Petreium. [1]

[1] Malè, prænomine omiſſo, Joachimus Rheticus vocatur, qui Georgius Joachimus Rheticus vocari debuit. Orationes ipſius hîc memoratæ referuntur à Simlero 30 ferè antè Verderium annis. Obiit 4 Decembris 1576, ætat. 62.

JOACHIMUS PERIONIUS, Cormeriacenſis, Ordinis divi Benedicti, in Latinam linguam tranſtulit beati Juſtini Philoſophi & Martyris opera omnia quæ adhuc inveniri potuerunt, id eſt, quæ ex Regis Galliæ Bibliotheca prodierunt, obſervationeſque in multos ejuſdem Juſtini libros fecit. Pariſiis, in-fol. apud Jacobum du Puys, 1554. [1]

[1] Prima hæc omnium fuit Juſtini verſio, quæ nondùm prodierat cùm Servetus de Trinitate adversùs Calvinum Genevæ 1553 diſputans, Latinam Juſtini, quam Græcè non intelligebat, verſionem popoſcit. De Joachimo Perionio

Perionio videantur Crucimanius & Verderius in Biblioth. Gallicis, ubi plura de eo.

JOANNIS, cujusdam Abbatis conventûs S. Mariæ, Memoriale Canonum, duo magna volumina instar Repertorii custodiuntur Florentiæ ad S. Mar. Manuscript.

JOANNES ADAR, Repetitio l. 2. C. quæ sit longa consuetudo. Coloniæ, apud Jo. Berzenium, 1552.

JOAN. ÆPINI, Liber de Purgatorio, satisfactionibus, remissione culpæ & pœnæ, sera pœnitentia defunctorum, consensu Catholicæ ecclesiæ, spectris & apparitionibus mortuorum & Samuele exsuscitato, sacrificiis & orationibus pro mortuis, Memoriis mortuorum, de pœnis patrum [1] vagantibus per filios, & quorumdam locorum conciliatione, qui in hac materia pugnare videntur. Excus. Londini, in-4°. anno 1549.

[1] Quid sibi per hæc verba de *Pœnis patrum vagantibus per filios* Æpinus voluerit, fateor me non intelligere. Crederem, si liceret divinare, scribendum *vacantibus*, id est, *cessantibus*, quia Theologi nostri quos Æpinus irridebat, patrum in purgatorio laborantium cruciatus, filiorum precibus leniri docent, animasque piis ejusmodi auxiliis liberari. Obiit Joannes Æpinus Hamburgensis 13 Maii 1553, ætat. 54.

JOANNIS AGNEDLI, Rionensis, pro Arnoldo Ferronio, Regio Consiliario, de Destinatione pecuniæ adversùs Nicolai Boerii Regis præsidis decisionem CCIX. Apologia. in-8°. Lemovicis, apud Gulielmum Novallium, 1545.

JOANNIS ALESMII, Juris utriusque candidati, Declamatio in laudem sacerdotalis ordinis, quam, feriatus à Juris studio, lusit. Impressa Lemovicis à Richardo de la Nouaille, 1531. [1]

[1] Alesmii Gallicè d'*Alesmes* qui posteà Senator Burdegalensis, latinè scripsit vitam Nicolai Boërii, celebris Jurisconsulti, Burdegalæ, ubi tertius in supremâ curiâ præses erat, anno 1539 mortui, Lugduni 1544 editam.

JOAN. ALTENSTAIG, Mindelheimensis in Henrici Bebelii Triumphum Veneris edidit commentarium. Argentinæ, in-4°. anno 1415. [1]

[1] Præter vocabularium grammaticum de quo Gesnerus & alii, Theolo-

gicum etiam composuit, ubi verbis *otiositas* & *venus*, scholiorum suorum in Bebelii, præceptoris sui, *triumphum Veneris* meminit.

JOAN. AMARITONIS, Novetani, commentarius in epistolas Q. Horat. Flacci, liber primus. Parisiis, in-8°. apud Guliel. Julianum, 1553.[1]

[1] *Nonetani*, non *Novetani*, scribendum fuit, Nonetæ scilicet nati *(Nonette)*, nomen id est pagi in ea inferioris Arverniæ parte, quæ Limania dicitur, ut docet Claudius Jolius, pag. 628 indicis alphabetici Advocatorum Parisiensium, ubi multa de hoc Amaritone.

JO. ANGLICI, Minoritanæ observantiæ, Metaphysici, Aurea Epithomata in libros posteriorum Analyticorum Aristotelis, nonnullisque fratris Jacobi Fabecomensis, observantiæ ejusdem, de medio demonstrationis insertis. Venetiis, in-4°. excud. Lazarus Soardus 1509.

JOAN. ANGEL. DE CONTECILLIS, ab Aquila, Aprutiorum protomedici, Tractatus de differentiis & curatione febrium, ac de sanguinis missione. In-8°. Venetiis, 1583.[1]

[1] Malè hunc Nicolaus Toppius in duos, Joannem scilicet de Conticellis, pag. Bibliothecæ suæ Neapolitanæ 117, & Joannem Angelum de Conticellis, pag. 126 divisit.

JOAN. ANTONII DELPHINI, è Casali majore conventualis Franciscani, de matrimonio & cœlibatu libri duo, quorum primus juxta regulas Methodi universum negotium de matrimonio tractat, mox alter de cœlibatu sacris initiatorum, & de monasticis votis; adeóque de Regularium institutis agit. Ejusdem de salutari omnium rerum ac præsertìm hominum progressu libri quinque, quorum primus est de rerum Eventu: alter de Prædestinatione: Tertius de Originali peccato: de libero Arbitrio. Quartus & Quintus de Justificatione. Omnia hæc impressa Camerini, in-fol. apud Antonium Giciosum, 1553.

JOAN. ANT. FLAMINII, Forocorneliensis, Dialogus de educatione liberorum ac institutione, ad R. P Anton. Puccium, Pistoriensem Episcopum. Impressus Bononiæ, in-4°. per Hieronimum de Benedictis, 1524.[1]

[1] De hoc Joanne-Antonio Flaminio, Marci-Antonii Patre, quædam sunt

à me apud Bailletum, pag. 317. Tom. VI. non indiligenter notata, quæ hîc non repeto. Obiit Bononiæ 1536.

JOAN. ANTON. RUBEI, * Alexandrini, Paduæ juris in prima sede Interpretis, Tractatus de potestate procuratoris, & defensoris in causis criminalibus; ad interpretationem §. ad crimen. L. pen. de publ. judic. Et §. publice. L. Servum quoque de Procurato. Lugd. in-8°. apud Gul. Rovillium, 1552.

* J. A. Rubensi *(Rossi)* natus Alexandræ Statiellorum, Juris Professor in Academiâ Patavinâ. Obiit 17 Martii 1544, ætat. 56.

JOAN. ANTON.[1] MAGINI,* Patavini, Ephemerides cœlestium motuum ad annos 40. ab anno Domini 1581. usque ad annos 1620. secundùm Copernici hypotheses, Prutenicosque canones atque juxtà Gregorianam Anni correctionem supputatæ. Venetiis, in-4°. apud Damianum Zenarium, 1582.

[1] Obiit Bononiæ 11 Februarii 1617, ætat. 62, non 61 ut Tomasinus, quem Epitaphium ab ipso prolatum erroris convincit.

* Summa cum laude Maginus Astronomiam & Mathematicas Artes Bononiæ Professus, benè de principibus coævis meritus est, quia fallaci horoscopiorum scientiâ illos blandiens, illudebat.

JOAN. ANTON. A LEO DE FORTIATIS, Castellutiani, J. U. periti, Optimum solemne, aureumque Examen ad L. Quod te, constitutam, sub titulo de re. cre. si cer. pet. ff. ad theoricam praximque redactam bellissimè; tum juris communis; tum regni Constitutionum, Rituumque responsa nonnulla enucleantem; casuum decisionem habentem, diuturno eventui subjectorum. Neapoli, in-4°. excud. Joan. Paulus Suganappus, 1549.

JOAN. ANTON. LESCURII, Jurisc. Antecef. Valent. Lex lecta. Lugd. in-4°. apud Barthol. Honoratum, 1585.

JOAN. DE AYMA, Do. Tholosani, Repetitio super cap. mandatum de rescriptis in antiquis. Tolosæ, in-4°. excud. Jacob. Colomerius, 1539.

JOAN. ARNOLLETI, Nivernenſis, opus de Orthographia. Ejuſdem Bucolicon Ludicrum. Pariſiis, in-4°. in Prælo Aſcentiano, 1524.

JOAN. AVIANII, Iſagoge, in libros Muſicæ Poëticæ. Erphordiæ, in-4°. typis Georg. Baumanni, 1581.

JOAN. AURBACHII, Epiſtolæ Juridicæ. Coloniæ.

JOAN. BALGIACENSIS, de tribus virtutibus animæ Opuſculum, Philoſophis, medicis ac Theologis pernecеſſarium. Lugd. in-8°. excud. Claud. Nourry, 1519.

JOAN. BLANCHERII, Breviarium Sexti & Clement. Pariſiis, apud Franciſ. Regnaud, 1513.

JOAN. BAPT. ADRIANI, laudatio Florentiæ habita in funere Iſabellæ Hiſpaniarum Reginæ, nono kal. Decemb. 1568. Florentiæ, in-4°. excud. Gionti. [1]

[1] Obiit Florentiæ ſub finem Julii 1579, ætat. 68. eximius hiſtoriæ patriæ patriâ linguâ ſcriptor, cujus elogium vide apud Thuanum extremo libro 68.

JOAN. BAPT. BENEDICTI, Patricii Veneti Philoſophi, de Gnomonum, umbrarumque ſolarium uſu liber. Excuſus Auguſtæ Taurinorum, in-fol. apud heredes Nicolai Bevilaquæ, 1574.*

* Obiit 1573.

JOAN. BAPT. BONFALONERII, commentaria in Averrois librum de ſubſtantia Orbis. Item Opuſculum de materia prima, de forma cœli, de voluntate & liberò arbitrio libri tres, de providentia & de mundi efficientia. Venetiis, 1515.

JO. BAPT. DE CAVALERIIS, Antiquarum ſtatuarum urbis Romæ æneis typis expreſſarum primus & ſecundus liber. [1]

[1] Prodiit opus Romæ 1569, in-fol.

JOAN. BAPT FONTEII, Primionis, de priſcâ Cæſiorum gente commentariorum libri duo; cum Julii Jacobinii Appendice. In-fol. Bononiæ, 1583.

JOAN. BAPTISTA GABIA, è Græco in latinum transtulit Historiarum Compendium, quod incipiens à Nicephori, Imperatoris à Genicis, obitu, ad imperium Isaaci Comneni pertinet, a Jo. Curopolate magno Drungario Viglæ conscriptum. Excusum Venetiis, in-fol. 1570. [1]

[1] Joannes Scylitzes primùm in aula Byzantina Protovestiarius, deinde magnus Viglæ Drungarius, id est, summus Excubiarum in castris Præfectus, & demum Curopalates, sive Augusti Palatii Curator, Historiarum compendium scripsit, ab obitu Nicephori, Imperatoris *à Genicis*, ad imperium Isaaci Comneni, ab anno scilicet 811, ad 1057. Dicitur autem Nicephorus *à Genicis* ἀπὸ τῶν γενικῶν φόρων, id est, à tributis generalibus, quibus in ærarium referendis, antequàm ad imperium pervenisset, præfuerat. Cùm verò Joannes Curopalates compendium suum non ad Isaaci Comneni tantùm, sed ad Nicephori usque Botoniatæ, 20 post annis imperio potiti, tempora produxerit, non immeritò cum Gerardo Joanne Vossio miramur latinum Curopalatæ interpretem, nihil de illa quam tamen vertere non omisit, 20 annorum appendice, vel levi uspiam verbulo monuisse, & Curopalatæ historiam quasi à Nicephoro Genico ad Isaacum tantummodò Comnenum deductam lectoribus suis obtulisse. Adjiciemus & hoc latinum hunc interpretem Latine se *Gabium* dixisse, qui à Verderio hîc Italicè *Gabia* dicitur.

JOAN. BAPT. GRATIADEI, scripsit librum de Confutatione Hebraicæ sectæ, in tres partes distributum, impressumque Argentinæ, in-4°. apud Martinum Flach. anno salutis nostræ 1550.

JO. BAPT. MARCHESANI, Tipsornatis, & Ci. Rom. J. U. D. de Sententiarum speciebus, earumque differentiis, & quomodo cognoscantur tractatus. Romæ, in-4°. apud heredes Ant. Bladi, 1583.

JOAN. MOLANI, [1] de fide hæreticis & rebellibus servanda, & de fide & juramento quæ à Tyranno exiguntur lib. 5. Coloniæ, in-8°. apud Godefridum Kempensem, 1584. Ejusdem liber de piis testamentis & quacunque alia pia ultimæ voluntatis dispositione. In-8°. ibidem in officina Birckmannica, 1584.

[1] Molanus Insulis natus, Theologiæ in Academia Lovaniensi Professor; obiit Lovanii 18 Septembris 1585, ætat. 52.

JO. BAPT. PALOMBÆ, Compendium utriusque juris. Neapoli, apud Josephum Cachium, 1573.

JO. BAPT. PELLEGRINI, Bonon. adversùs Philosophiæ & Medicinæ calumniatores Apologiæ, in-4°. Bononiæ, 1582.

JOAN. BAPT. PII, Bononiensis, Præfationes Gymnasticæ aliique varii sermones: hæc omnia sex libris comprehensâ, impressaque Bononiæ, in-4°. per Benedictum Hectoris, 1522. Epigrammatum libri tres quorum multa Latinitate donata sunt. Ejusdem Sylvarum libri tres [1]. Omnia hæc amplissimo viro Joanni Groliero, Christianissimi Francorum regis à secretis, Insubriæque primario Quæstori dicata. Nondum impressa sed manuscripta, apud Antonium Gryphium extantia.

[1] Hæc Baptistæ Pii carmina Grolierius sibi dicata commendaverat Antonio Gryphio, Sebastiani filio, in lucem edenda, quæ tamen Antonius typis dignatus non est, nec immeritò; fuit enim, Baptista Pius, omnium seculi sui scriptorum, uno fortè Quintiano Stoa excepto, ineptissimus. Pium hunc Sadoletus lib. 2 de laudibus philosophiæ, ad pinguem ejus dictionem alludens, nomine à Græcis detorto, Pionem vocat. Obiit 1540 octogenarius, si Jovio credimus, immò & octogenario major, quando quidem Erasmus Paulo Bombasio 26 Julii 1518 scribebat his verbis: *De Marco Musuro, & Paleoto rem acerbam nuncias; & interim cum cornicibus omnibus certabit* ὁ παρὰ τὴν εἴσοδον. Cum enim qui dicitur ibi ὁ παρὰ τὴν εἴσοδον, non alius sit quàm Baptista Pius, sequeretur, si anno 1540 octogenarius obierit, eum anno 1518 sexagenarium nondum fuisse, neque proinde cum cornicibus pugnavisse Quod autem ὁ παρὰ τὴν εἴσοδον sit Baptista Pius, non dubitabit quisquis, lecto Annotationum hujus posteriorum cap. 101. legerit posteâ explicationem adagii *Stultior Morycho* apud Erasmum.

JOAN. BAPT. PORTÆ, Neapolitani, suæ villæ Pomarium. Impress. Neapoli, in-4°. apud Horatium Salvianum, 1583. Expectamus [1] propediem reliquos suæ villæ libros, sylvas, cæduam, & glandariam, Olivetum, Vineam, Arbustum, Hortos, Coronarium, & Olitorium, Segetem, Pascua, Cultum, & quidquid ad universam agricolationis historiam pertinere visum est. *

[1] Totum opus inscriptum Villæ lib. XII, prodiit Francofurti; apud Wechelum, 1592. 4.

* Obiit 1515, ætatis 70. in ædibus suis nobilis Neapolitanus. Litera-

torum conventus frequentes habebat, nullusque, sive nationalis, sive externus in iis admittebatur, nisi prius scientiæ specimen dedisset, novam inventionem aliquam hactenus ignotam, quæ sive valetudini tuendæ, sive artium mechanicarum incremento conduceret, indicando : hinc conventus illi *Academiæ Secretorum* nomen sortiti sunt, & horum ope Secretorum in unum corpus collectorum, prodiit J. B. PORTÆ opus, cui titulus *Magia naturalis*, quæ Romanæ curiæ censuram sibi accivit, & conventus Literatorum sub pœna capitali, PORTÆ interdicti sunt; ex scriptis autem illius cuivis in promptu est, astrologiæ judiciariæ deditissimum fuisse.

JOAN. BAPT. SYLVATICI, Joan. Petri filii, Mediol. Medici, de secanda in putridis febribus vena, quam salvatellam dicunt ; deque nostro in secandis venis modo, cum antiquo comparato. Mediolani, in-4°. apud Paulum Gottardum Pontium, 1583.

JOAN. BAPT. A VILEALOBOS, Toletanus, Opiniones in jure communes secundùm alphabeti seriem collegit. Venetiis, in-8°. exc. Vincentius Luchinus, 1561.

JO. BASII FRISII, Vacantiæ Vindemiales, sive de fatuitate Basiana. Epistola Joan. Willelmi Neonobonelli ad nobil. virum Henricum à Gunteroda. Adjecta est Tractatio Franc. Hotomani J. C. de undecimestri partu & de sui heredis appellatione. Basileæ, in-8°. excud. Petr. Perat, 1579.

JO. BAYLLUVI, Appamei, Miscellanea juris. Tolosæ, in-4°. apud Nicol. Vieillard, 1536.

JO. BERNARDI, Burdegalensis, à Bayssaco Pyrrychiateon, seu stimulus ad Deum adversùs Lutheranos & quosvis hæreticos. Tolosæ, in-4°. apud Nicol. Vieillard, 1540.

JOANNES BENEDICTUS, Parisiensis Theologus, concinnavit Concordantias utriusque Testamenti, juxta tropos & phrases locosque communes distinctas, sacrarum literarum studiosis vice commentarii profuturas. Parisiis, in-fol. apud Guliel. Guillard, 1562. *

* Obiit 1573.

JOAN. BENZII, Bruxellensis, Thesaurus elocutionis oratoriæ Græco-Latinus in locos 76 distinctus. Basileæ, in-fol. apud Episcopium, 1581.

JOANNES BERAUDUS, edidit Tractatum singularem de Injuriis, unà cum arbore per eumdem edita cum injuriarum ac ipsius arboris explanatione. Impress. Tholosæ, in-4°. ab Antonio le Blanc, 1524.

JOAN. BERTACHINI DE FIRMO, J. C. Tractatus de Episcopo, ecclesiasticæ facultati admodùm conveniens, cum Summariis. Lugd. in-8°. per Benedictum Bonnyn, 1533. Ejusdem Tractatus de Gabellis. Impressus Lugd. in-8°. anno salutis, 1533.*

* Vivebat sub finem seculi xv.

JOAN. BERNARDINI RASTELLII, Perusini, de Ratione atque Emendatione anni, & Romani Kalendarii Opusculum. Perusiæ, in-4°. per Jacob. Rufinellum, 1579.

JOAN. BERTELS, Lovaniensis, Abbas beatæ Mariæ Luxemburgensis, Regulam D. Benedicti dialogis XXVI. festivis, utilibusque ac pietate conditis narrationibus explicavit: quibus subjunctus est catalogus & series Abbatum vetustiss. olim monasterii divæ Mariæ prope muros civitatis Luxemburgensis. Coloniæ, in-8°. apud Maternum Cholinum, 1581.

JOANNIS BESSIANI A PRESSACO, olim apud Montem Ferrandum in Arvernis, nunc in Senatu Tolosano Causidici, Panegyricus divinæ & Ecclesiasticæ Philosophiæ, adversariorumque ipsius categoricus. Impres. Lugd. in-8°. in ædibus Joannis Flaioletti, 1548. Ejusdem annotationes in Arvernorum consuetudines. Lugd. in-8°. apud Anton. Vincentium, 1505.

JOANNIS BILCHIS, Poëmata, Hispali, 1544.

JOAN. BORCHOLTEN, Luneburgensis, in Julia Academia quæ est Helmstadii Antecessoris, Commentaria in consuetud. feudorum.

feudorum. Impreff. Helmftadii, in-4°. apud Jacob. Lucium, 1581.[1]

[1] Obiit menfe Novembri 1594, ætat. 57, Helmftadii, ubi jus profitebatur, à Principe Julio accitus, Academiæ illius conditore, quæ ab eo Julia dicta eft, & quam joculari errore, vernaculus juris confultorum βιογράφος, cujus nomini parco, Juliacenfem *(de Juliers)* nominat.

JOAN. BORDATUS, Biturix, Nonnii Panopolitani, Poëtæ antiquiff. converfionem Evangelii fecundùm Joannem Græcis verfibus confcriptam, ad verbum Latinam fecit multifque in locis emendavit. Parifiis, in-4°. excud. Carol. Perier, 1561.[1]

[1] De Bordato & latinis aliis Nonni Paraphrafeos interpretibus, videatur *J. A. FABRICIUS*, Biblioth. Græcæ, Lib. V. c. 16. pag. 688. &c.

JOANNIS BOSCATELLI, Ordinis Fratrum Minorum Regularis Obfervantiæ, Dialogus divini Officii in quo faciliter oftenditur modus addifcendi ritèque perfolvendi divinum Officium. Tholofæ, in-8°. ex prælo Jacob. Colomiers, 1550.

JOANNIS BOSCHÆI, Neuftrii, de Numerorum arte & feptenarii numeri dignitate ac ratione divifionis Pandectarum in feptem partes à Juftiniano factæ. 4°. Parifiis, Jacobus Kerver, 1539.

JOAN. DU BOYS, Parifienfis Pharmacopolæ, in methodum mifcendorum medicamentorum quæ in quotidiano funt ufu, Obfervationes, ex Græcis, Arabibus & Neotericis. Parifiis, in-8°. apud Jacob. Kerver, 1572.

JOANNIS BRASSICANI, Uracenfis Pædotribæ, Inftitutiones Grammmaticæ. Impr. Argentinæ, in-4°. apud Joannem Priff. 1508.

JOAN. BREHALLUS, Ordinis Prædicatorum Conventûs Ebroicenfis, fcripfit Tractatum de liberâ auctoritate audiendi confeffiones, Religiofis mendicantibus conceffâ.[1]

[1] Vivebat 1457; unus fuit judicum delegatorum qui Joannæ *(d'Arc)* Virginis, Rotomagi ab Anglis 1431 exuftæ, memoriam 25 poft annis, die

nimirùm Julii septimâ 1456 ibidem in integrum restituerunt. Biblioth. Dom. Tom. I. pag. 815.

JOAN. BRIARDUS, scripsit V. Quæstiones Quodlibeticas. Lugd. apud Jacob. Gionta, 1547.

JOAN. BRIXIUS, Monspessull. juris utriusque interpres, Hesiodi Ascræi librum, qui opera & dies inscribitur, in Latinum convertit. Lugd. in 4°. apud Theobal. Paganum, 1550.

JOAN. BREIDBACHII, Dusseldorpii, Militia Christiana, in qua, velut per Hypotyposin, ob oculos ponitur quomodo sit contra vitia pugnandum, Carmine. Excusa Dusseldorpii, ab Joanne Orydrio, 1560.

JO. BRUCHERII, Trecensis, in Luciani Scaphidium & in ejusdem Luciani alium de Luctu libellum commentarius; inque Erasmi næniam de Senectute. His accessit Oratio in sermonum Horatianorum prælectione habita. Ejusdem Brucherii Poëmata. Parisiis, in-4°. in Calcographia Ascensiana, 1521.

JOAN. BRUYERINI CAMPEGII, Lugdunensis, de re Cibariâ libri XXII. omnium ciborum genera, omnium gentium moribus & usu probata complectentes. Lugd. in-8°. apud Sebast. Honoratum, 1560. Principis Avicennæ Mauritani de corde, ejusque facultatibus libellus; eodem Jo. Bruyerino interprete. Lugd. in-8°. excud. Nicol. Edoardus, 1559.[1]

[1] Gentile nomen ei *Champerius*; sed avunculi Symphoriani exemplo, Campegius dici maluit. Viginti plus minùs annos in aulâ Francisci I. transegit, per quos Aulicas illas suas lectiones, de quibus frequenter meminit, nunquam tamen editas, confecit. Libellum Avicennæ hic memoratum, non primus ex Arabicâ, quam ignorabat, linguâ transtulit, sed à veteri interprete barbarè versum meliori latinitate donavit. Bruyerinum ad Caroli IX. tempora pervenisse non puto.

JOAN. BURGUNDI DE MAJORICIS, quòd Papa possit renunciare Papatui, Carmen; unà cum comment.

JOAN. CANTALICII, salutifera pœnitentis hominis Confessio elegiacis carminibus modulata. Ejusdem ad deplorandam

Assertoris, ac Domini nostri Jesu Christi passionem Monodia. Item Psalmi Miserere meî Deus, elegiacis versibus versio. Venetiis, in-8°. anno 1502. [1]

[1] Joannes Baptista, dictus *Cantalicius*, à Cantalice, Abrutii ulterioris pago, ubi natus est. Ex Canonico S. Mariæ in viâ latâ (Romæ) Episcopus Pinnensis & Adriensis 1 Decembris 1503 electus, Laterano Concilio, cujus finem non vidit, interfuit; obiit enim 1514. Innumera scripsit carmina, inter quæ de Parthenope bis captâ ingens Poëma, cui titulus *Consalvia*, quod die 5 Februarii cœptum obsolvit 20 sequentis Septembris, Argentinæ, 1513, in-4°. editum, & deindè quamvis lectu indignissimum, sermone italico soluto ab interprete, cui nomen *Sertorio Quattromani* redditum.

JOAN. CARTARII, Bonon. in Perusino Gymnasio primi Philosophi, Lectiones super Aristot. Procemium lib. de Physico auditu. Impr. Perusiæ, in-4°. in ædibus Valentis Pannitii, 1572.

JOAN. CARVINI, Medici Montis Albani, de sanguine Dialogi VII. Lugd. in-8°. apud heredes Sebast. Gryphii, 1562.

JOAN. CASÆ *, Latina Monimenta, quæ partim versibus, partim solutâ oratione scripta sunt; hæc enim sunt: Carminum liber; de Officiis inter potentiores & tenuiores amicos; Petri Bembi vita; Gasparis Contareni vita; plures Orationes Thucydidis; in historias P Bembi Præfatio; Epistola ad Ranutium Farnesium Cardinalem; Epistola ad Pet. Victorium; Epistola P. Victorii ad Joannem Casam. Florentiæ, in-4°. in officina Juntarum, 1567.

* Natus Florentiæ, obiit Romæ 1556, ætat. 54, vir eximius indignè, pro juvenili lusu, à Pseudo-Catonibus quibusdam exagitatus. Præclarum de eo elogium vide apud elegantem scriptorem Joannem Nicolaum Saulium Carregam, Epistol. lib. 1. pag. 25 & 26; item apud Joannem Caselium Epist. 477, 542, &c. Francof. 1687, in-8°. Plura de eo vide in Mem. Niceron. Tom. XII. & XX, & Tom. II. operum select. Bernardi Monetæ, pag. 222, Hagæ & Parisiis, in-4°. 1770.

JO. DE CASALI, de Velocitate motûs quæstio; cui subjuncta est Blasii de Parma de Tractu corporum durorum quæstio alia. Venetiis, in-folio.

JOAN. DE CASAVETERI, Tolosanus, scripsit in consuetudines Tolosanas declarationes, in quibus consuetudines ipsæ à juris communis dispositione discrepare, seu differre videantur; Quídque de jure scripto extiterit introductum, & quid de consuetudine cum quibusdam interpretationibus & quæstionibus utilibus easdem consuetudines tangentes tam decisivè quàm remissivè. Impres. Tolosæ, in-4°. per Ant. Gorcium & Ludovic. Yvernaige, 1544.

JOAN. CASSANIO, Monstroliensis, scripsit de Gigantibus, eorúmque reliquiis, atque iis, quæ ante annos aliquot nostrâ ætate in Gallia repertæ sunt; ubi etiam de admirandis prodigiosisque quorumdam viribus agitur, qui ad Gigantum naturam proximè videntur accedere. Obiter etiam Joan. Goropii error perstringitur, qui in sua Gigantomachia nulla Gigantum corpora tanta, quanta dicuntur fuisse, affirmat. Basileæ, in-8°. anno 1580. [1]

[1] Vocabatur *CHASSANION* vernaculâ linguâ, qua Historiam Albigensium scripsit, Genevæ 1595 editam in-8°.

JOANNIS DE CELAYA, Valentini, Expositio in octo libros Physicorum Aristotelis cum quæstionibus ejusdem secundùm triplicem viam beati Thomæ, Realium & Nominalium. Parisiis in-fol, ab Emundo le Febure, 1507.

JOAN. CHANEYSIN, fecit commentum, quæstiones additionesque super quodam libro, vocato Textus Sacramentorum. Impr. Lugd. in-8°. per Claudium Nourry, 1517. [1]

[1] Commentarii illius auctor Gallicè de CHANEYS, Latinè *CHANEYSIUS* vocabatur. Editio prima typis Gothicis prodiit in-4°. Lugduni, 1505. Versus sunt barbari, barbaris scholiis explanati, dignum patella operculum.

JO. CHATARDII, Aquaspersani, in Jonæ Prophetiam, concionibus & Christianæ consolationi accommodata enarratio, cui adjecta est mystica ejusdem Prophetiæ Paraphrasis continuo contexta filo. Parisiis, in-8°. apud Claudium Fremi, 1561.

[1] Interdùm, pro Latino pronunciandi more, scribitur *CATARDUS*, sed Gallicè vocabatur CHATARD.

JO. CHERPONSIUS, libellos aliquot formandis tum juventutis moribus, tum linguæ Græcæ, Latinæ, Gallicæ & Germanicæ utilissimos, edendos his quatuor linguis, typis mandavit. Genevæ, apud Eustathium Vignon 1581.

JO. COCKUS, de seditiosis clamoribus. Maguntiæ, apud Franciscum Behem 1550.

JO. CORASII, Tholosatis, Epistolicæ quæstiones. Lugd. apud Ant. Vincentium. *

* Vid. Bibl. Gall. *VERDERII.*

JO. CORVERUS, Ruremundanus, Lamentationes Hieremiæ Prophetæ Elegiaco carmine reddidit; adjunctis duobus Psalmis. Coloniæ, in-4°. apud Joan. Birckmannum 1566.

JO. COSTERII, Ord. D. Augustini, Declamatio in sanctarum literarum laudem. Antuerpiæ, in-8°. apud Jo. Bellerum 1555.

JO. COSTERII, Alostani, Pastoris Aldenardensis, Institutio de Exitu Ægypti & fugâ Babylonis; id est, de egressu Catholicorum è civitatibus hæreticorum, Juramentis & Edictis, varioque & inevitabili contagio pollutis. Excud. Duaci, in-8°. Joannes Bogardus 1580. [1]

[1] Obiit 10 Junii 1580.

JO. CRÆSELII, Academiæ Ingolstadiensis Bibliothecarii, Elogia in duas divisa partes, quarum prior jam inde à Constantino illo Magno, Imperatorum, Regum, Ducum & aliorum heroum superioribus & nostro seculo virtute bellicâ illustrium encomia complectitur; posterior eos collaudat qui eruditionis laude, & publicatis literarum monumentis, vel olim claruerunt, vel etiamnum clarescunt. Ingolstadii, in-8°. apud David. Sartorium 1584.

JO. CUSANI, Mosellani, declaratio arboris consanguinitatis, affinitatis, tam civilis, quàm spiritalis. Lutetiæ, in-4°. 1533.

JO. CURTERIUS, Hieroclis Philosophi commentarium in Aurea Pythagoræ carmina è Græco in Latinum sermonem vertit. Excus. Parisiis Græcè & Latinè, in 12. apud Sebast. Nivellium 1583.[1]

[1] Interpretationem Hieroclis Curterianam emendatione multis in locis egere, monuit Pearsonus Prolegomenis in Hieroclem.

JO. DENISETI, Senonensis, Philosophiæ naturalis ab Aristotele traditæ Epitome quatuor libris comprehensa, in-4°. Parisiis, apud Federicum Morellum 1579.

JO. DIBARROLA, Canonicus Basatensis, excudendum curavit opus quod Baptista Salvatoris nuncupatur, editum olim à Canonico quodam ejusdem Ecclesiæ qui nomen suum propter humilitatem subticuit, ne propriam gloriam quærere videretur, in laudem divi Joannis Baptistæ, Præcursoris Domini, duobus libris contextum, quorum primus xv. capitib. constat; secundus verò VIII. Impressum Burdigalæ 1530.

JO. DIGOSII, Burdegalensis, Alchimia sive Auri multiplicatio. Versib. hexametr. & pentametris. Parisiis, in-8°. apud Dionys. à Prato 1573.

JANI DOUZÆ, à Nortwick, Epodôn ex puris Iambis libri duo in-8°. Antuerpiæ, apud Christoph. Plantinum 1584.*

* *JANUS DOUZA*, vernaculâ linguâ, VANDER-DOES; Dominus Nordovici in Batavia. Natus 5 Decembris 1545, peste correptus obiit Hagæ-Comitum 12 Octob. 1604. Fortitudine quâ Rempublicam nascentem tuitus est non minùs illustris quàm omnimodâ scientiâ, Bataviæ Varro, nullo contradicente, vocatus est; primus Academiæ Lugduni Batavorum suis diebus institutæ curator factus est. Quatuor habuit filios literarum simul & armorum gloriâ insignes. De Patre & Filiis, Vid. Mem. Niceron. Tom. XVIII.

JOANNIS DULLAERT, de Gandavo, Quæstiones super octo libros Physicorum Aristotelis, nec non super libros de cœlo & mundo. Parisiis, in-fol. apud Petrum Gaudoul.

JACOBI DURANTII CASELLII, J. C. Arverni, Variarum libri duo; in quibus præter veterum ritus, varii Auctores,

vel emendantur, vel illustrantur. Lutetiæ, in-8°. apud Thomam Perier 1582.

JOAN. DUREI Schoti, societatis Jesu presbyteri, Confutatio responsionis Gulielmi Witakeri, in Academia Cantabrigiensi Professoris regii, ad rationes decem, quibus fretus Emundus Campianus Anglus, societatis Jesu Theologus, certamen Anglicanæ Ecclesiæ Ministris obtulit in causa fidei. Parisiis, in 8°. apud Thomam Brumennium, 1582.

JO. DE ELOPIS, Repetitio ad l. si pater l. de hæred. Lugd. apud Gryphium 1536.

JO. ENGERDI, Madruciados libri tres. In-4°. Ingolstadii 1583.

JO. EWICH, Bremensis Reipublicæ Medici ordinarii, censura æqua & moderata de Sagarum (quas vulgò veneficas appellant) naturâ, arte, viribus, & factis; item de notis indiciisque quibus agnoscantur, & pœnâ qua afficiendæ sint. Bremæ, in-8°. 1584.

JOANNES A FANIS, Narbonensis, Regis Consiliarius, de servitutibus lib. 3. scripsit, quos Tolosæ excud. in-4°. Guido Boudevilkeus 1557.

JOANNES FAUCHERIUS, Nemausensis Medicus, Cantica Avicennæ ab innumeris quibus scatebant erroribus, collatis antiquis exemplaribus, summâ fide & diligentiâ repurgavit, carmineque Elegiaco (nam & ipsa carmine conscripta ab Avincen. leguntur) παραφραςικῶς ex Arabico Latinè reddidit, doctissimisque insuper scholiis illustravit. Hunc virum audio, præter trium linguarum antiquitatis politiorisque omnis literaturæ exactam cognitionem, linguæ etiam Arabicæ interiore quodam usu & facultate excellere. Quibus nominibus, cùm bonis doctisque omnibus, tùm Georgio præsertìm Arminiaco Cardinali, prudentissimo illi ingeniorum æstimatori, quique Gulielmi olim Philandri, Petri Gillii, Blanci, & quorum non ille studia principe

dignâ munificentiâ liberaliter fovit! multò sit acceptissimus! Vivit hodiè quinquagenarius aut sexagenarius apud suos, ubi medicinam facit summa cum humanitatis & eruditionis laude. [1]

[1] Præteriit eum Colomesius in Galliâ suâ Orientali.

JOAN. DU FLOS, Attrebatensis, Rhetoricarum præceptionum tabula. Parisiis, in-4°. apud Sim. Calvarinum 1554.

JOANNIS FRANCISCI ARMÆ, Medici, Examen trium specierum hydropum in dialogos deductum. Taurini, in-8°. apud Martinum Cravotum 1566.

JOANNES FRAXINEUS, scripsit, tribus libris, vitam Alexandri Schulenburgii Saxonis & equitis. Witebergæ, in-8°. 1584.

JOAN. FERI, Historiæ Job explicatio in 114 cap. distributa pro concione enarrata. In-8°. Coloniæ, apud Fran. Behem 1571. [1]

[1] De hoc Franciscano Vid. Biblioth. Crucimanii, Tom. I. pag. 491. & Verderii voce JEAN FÈRE, & notas huic additas.

JOAN. FREDERICUS LUMNIUS, scripsit de extremo Dei judicio & Indorum vocatione, libros II. Antuerpiæ, in-8°. apud Ant. Tilenium Brechtanum 1567.

JO. DE FRIBURGO, Ordinis Prædicatorum, Summa confessorum, cui accessit Epilogus totius fermè juris Canonici puncta complectens. Parisiis, in-fol. apud Joan. Petit. *

* Vid. Bibl. Gall. Verderii JEAN LE LISEUR.

JO. FRIDERICI & JO. WILLHELMI, fratrum illustrium, Principum juniorum Saxoniæ, Declamationes 4, quarum prima est, de boni principis officio; 2 de divo Georgio; 3 de Dignitate legum conservandâ; 4 Gratulatio, qua Patrem suum Clem. Jo. Frid. Du. Sax. Electo. victorem à Brunsvig redeuntem excepit, Impres. Witembergæ, in-8°. anno Domini 1583.

JOAN. FRIDERICI SCHROTERI, Ienensis Philosoph. &

& medicinæ doctoris, Annotationes & commentaria super Aristotelis περὶ φυσικῆς ἀκροάσεως lib. primum. Venetiis, in-8°. 1583.

JOANNIS FUCHERII, Altissiodorensis Jurisdici, Præsulatuum Gallicorum, Præfecturarumque Ritus judiciales, in negotiis civilibus experiundis. Parisiis, in-8°. apud Vincentium Gautherot 1549.

JOAN. DE GALANDIA [1], Libellus de verborum compositis. Parisiis, in-4°. apud. Jo. Parvum 1560.

[1] Scribitur frequenter de GARLANDIA, immò & de GARLANDRIA. Hunc, Anglici scriptores, anno 1040 vixisse volunt. Videatur Cangius Præfatione in Glossarium Latino-barbarum, n°. 45. Nos etiam de eo quædam Menagianorum Tom. I. pag. 172.


JO. GARCÆI, Junioris, de Tempore, sive de Ortu & Occasu stellarum fixarum, ad quodlibet temporis momentum, Tractatus duo. Witebergæ, in-8°. excud. Jo. Crato 1565. Confessio orthodoxa de Spiritu sancto, collecta ex scriptis Patrum & præceptorum studio Jo. Garcæi junioris. Additæ sunt præpositiones de inhabitatione Dei, de imagine Dei, de viribus humanis; de peccato in Spiritum sanctum, de spiritu hominis, sive de anima rationali. Impress. Budissinæ, in-8°. per Joannem Wolrab. 1565.

JOANNIS GENESII SEPULVEDÆ, Cordubensis, de Fato & Libero arbitrio libri tres; quo in opere dogma nefarium Mart. Lutheri de cunctarum actionum, eventorumque necessitate, tum naturalibus, tum Theologicis rationibus doctissimè confutatur. Romæ, in-4°. De correctione anni mensiumque Romanorum Commentatio. Parisiis, in-8°. apud Nicolaum Divitem 1547. [1]

[1] Obiit (Salmanticæ) 1572, ætat. 81. Opera ejus omnia Coloniæ prodiere, 1603, in-4°.

* Commentatorum Aristotelis unus inter præclaros, sed contemnendus in eo quòd scientiam & eloquentiam venales fecerit, palam propugnando adversùs Bartholomæum de Las Casas, quod jure Hispani Americanos omnimodis cruciatibus disperderent.

r



JOAN. GERMANI, in Sede Forcalquerii, Historia brevissima Caroli Quinti Imperatoris, à Provençalibus paysanis triumphanter fugati & desbifati; quæque in Provincia, illo existente, gesta fuere, Macaronico carmine recitatæ. Lugd. in-8°. apud Franc. Justum 1536. [1]

[1] Naudæus, Mascurati sui p. 276, titulum operis hujus Macaronici emendatiùs refert, his verbis conceptum: *Historia bravissima Caroli Quinti Imperatoris, à Provincialibus paysanis triumphanter fugati & desbifati, quæque in Provincia, illo existente, novissimè gesta fuere, Macaronico carmine recitans per J. U. D. Joannem Germanum, in sede Forcalquerii Advocatum, composita.* Prodiit eodem tempore Avenione, typis Gothicis, ejusdem argumenti opus itidem Macaronicum hac inscriptione: *Meygra entreprisa Caroli Quinti Imperatoris, quando de anno Domini 1536, veniebat per Provensam bene corrossatus in postam prendere Fransam cum villis de Provensa, propter grossas & menutas gentes rejohire, per Antonium Arenam Bastisausam.* Non meminit hujus Naudæus. Certè nihil utroque, Germani, inquam, & Arenæ poëmate frigidius.

JOAN. GRODECIUS, Vratislaviensis, Varmiensis Canonicus, S. Patris Cyrilli Archiep. Hierosolymorum Catecheses illuminatorum Hierosolymis XVIII. & quinque Mystagogicas latinitate donavit. Parisiis, in-8°. apud Guliel. Desbois 1564.

JOAN. GUIDETTUS, Bononiensis, Vaticanæ Basilicæ Clerici beneficialis, & Gregorii XIII. P. M. Capellanus, Directorium chori ad usum sacrosanctæ Basilicæ Vaticanæ, & aliarum cathedralium & collegiatarum Ecclesiarum collegit. Romæ, in-8°. apud Robertum Granion, Parisiensem, 1582.

JOAN. GUIDONIS, Villariensis, Medici Parisini, de temporis, Astrorum, annique partium integra atque absoluta animadversione libri duo. Primus, Temporis investigationem atque electionem, item Astrorum in hæc inferiora vires & influxum describit. Secundus, anni observationes, pro variis Temporum distinctionibus, variisque Solis ac Lunæ cursibus, habendas esse ostendit. Parisiis, in-4°. excud. Jacob. Bogardus 1543.

JOA. HALOANDRI [1] NARISCI, Institutionum Imperialium ἀναλύσεις, seu Resolutiones novæ, propter Tyrones juris civilis scientiæ, nuper σχηματισμοῖς delineatæ, cum præfatione

Valentini Erythræi. In-4°. Argentorati, apud Nicolaum Wyriot 1575.

[1] Primus Gregorius Hoffman, Jurisconsultus celeber, Græcanicè *Haloander* dicit maluit, quia Germanicum Hof, græce ἅλων area, *man* vero ἀνὴρ vir, genitivo ἀνδρὸς, dicitur.

JOANNIS HANERI, Norimbergensis, Theses de Pœnitentia. Lipsiæ, in-4°. excud. Nicolaus Wolrab 1539.

JOANNIS HAYI Schoti, Societatis Jesu, in Academia Turnonia Theologiæ Professoris, atque artium Decani, Disputationum libri duo, in quibus calumniæ & captiones Ministri anonymi Nemausensis, contra Assertiones Theologicas & Philosophicas, in eadem Academia anno M. D. LXXXII. propositas, discutiuntur. Lugd. in-4°. apud Jo. Pillehotte 1584.

JOAN. HESSELS, à Lovanio, S. Theolog. Professoris, Probatio corporalis præsentiæ corporis & sanguinis Dominici in Eucharistia, cum dissolutione eorum quæ objiciuntur. Parisiis, in-8°, apud Seb. Nivellium 1583. Ejusdem brevis & Catholica Decalogi explicatio, in 3 partes, seu libros, distincta. Parisiis, in-8°. apud Sebastianum Nivellium 1583. [1]

[1] Obiit Lovanii 1566, ætatis 44.

JOAN. HOFMEISTERI, Augustiniani Colmariensis, Dialogorum libri duo, quibus aliquot Ecclesiæ Catholicæ dogmata, Lutheranorum & verbis & sententiis roborantur. Venetiis, in-8°. 1554.

JOAN. JACOBI BILIÆ, Laudensis, de natali Christiano Sylva, cum aliquibus Epigrammat.

JOAN. JACOBI MANNI, de Malleolorum sacrificatione, ex veterum sententia. Patavii, in-4°. excud. Paul. Meietus 1583.

JOAN. ISAACI, Levitæ, ampliss. Senatûs Coloniensis publ. Professoris; Defensio veritatis Hebraicæ Sacrarum scripturarum, adversùs libros tres Reverendiss. Willelmi Lindani, quos de

optimo ſcripturas interpretandi genere inſcripſit. Coloniæ, in-8°. apud Jacobum Soterem 1559.

JOANNES JUSTUS, librum, cujus titulus Candela Evangelica, à viro quodam venerabili atque erudito juxta ac pio (qui & apud homines optans magis neſciri quàm prædicari, nomen ſuum ſubticuit) conſcripta, imprimendum curavit Coloniæ ab Euchario Cervicorno, 1527.

JOAN. LALAMANTII, Hædui, in Galeni libros de diebus decretoriis Commentaria. Lugd. in-4°. apud Guliel. Rovilium 1559.

JOAN. DE LAREBERTERIA, Turonenſis Lochei, in ſupremo Pariſienſi Senatu cauſarum Patroni, Opus de Mora, quo Jureconſultorum hac de re ſententia & mens explicantur. Huic accedit de eo quod intereſt, & de uſuris Diſputatio. Pariſiis, in-4°. apud Federic. Morellum 1567.

JOANNES LASICIUS, Polonus, de Ruſſorum, Moſcovitarum & Tartarorum religione, ſacrificiis nuptiarum, funerum ritu, obſervationes è diverſis ſcriptoribus collegit. Idem Theologiam Moſcoviticam in Latinum tranſtulit &, ubi neceſſe fuit, refutavit. Spiræ Nemetum, in-4°. excud. Bernardus Albinus 1582.

JO. LAURENT. ANANIÆ, Tabernatis Theologi, de natura Dæmonum lib IV. Venetiis, in-8°. anno 1581.

JO. LAURENTIUS, Venetus, ex Græco Plutarchi in Latinum tranſtulit de curioſitate opuſc. Idem de nugacitate. Excuſ. Romæ, in-4°. per Minutium Calvum 1524.

JOAN. LEONARDI NARDI, Tabularum duarum legis Evangelicæ, gratiæ, ſpiritûs & vitæ, libri quinque. Ejuſdem lucida explanatio ſuper Alcoranum legem Saracenorum, ſeu Turcarum. Baſileæ, in-8°. anno Domini 1533.

JOANNIS DE LIGNERIIS, Galli, prima & ſecunda pars

Canonum tabularum primi Motoris, extractorum ab Albategni; manuſcrip. in Biblioth. Antonii Baudani.

JOANNIS LONGOVALLII, in ſupremo Pariſiorum Senatu, cauſſ. Patroni, in L. Imperium ſub titulo de juriſd. omnium judic. declaratio. Excuſa Toloſæ, in-4°. à Guidone Boudevillæo 1547.

JOAN. LUCIDI CATHANII, Oratio ad Alex. VI. Pontif.

JOAN. LUD. BRASSICANUS, J. C. in Angeli Politiani Nutricia commentarios edidit. Norimbergæ, in-4°. anno Domini 1538. [1]

[1] Unum & 20 annos non exceſſerat Joannes-Ludovicus Braſſicanus, cùm hos in Politiani *Nutricia* commentarios edidit. Joannis-Alexandri Braſſicani, multorum librorum priùs ἀνεκδότων editione noti, propinquus videtur fuiſſe, ſed quo propinquitatis gradu non comperi. Certè nominis communitas effecit, ut Politiani ſcholiaſtes Paulus Leopardus, quem Joannem-Ludovicum Braſſicanum appellare debuit, Joannem-Alexandrum Braſſicanum 2. emendat. 18. appellaverit; nec vitavit hunc errorem Schottus in Bibliothecâ ſuâ Hiſpanicâ, quo loco commentariorum Franciſci Sanctii Brocenſis in hanc eamdem Politiani Sylvam, de Poëticæ laudibus, *Nutricia* inſcriptam, meminit.

JOAN. LUD. VIVALDI, de Monte-Regali, ſacræ Theologiæ profeſſoris, Opus Regale in quo continentur infraſcripta opuſcula, videlicet Epiſtola conſolatoria ad repellendum omnes cauſas triſtitiæ; Tractatus de pugna partis ſenſitivæ & intellectivæ; Epiſtola notabilis ad sereniſſ. Uladiſlaum Bohëmiæ atque Hungariæ regem; Tractatus de laudibus trium liliorum quæ in ſcuto Regis Chriſtianiſſ. figurantur; Tractatus de cognitione electorum à reprobatis; item de duodecim perſecutionibus Eccleſiæ Dei; de magnificentia gloriæ Salomonis; & ponuntur opiniones tam divinarum ſcripturarum quàm doctorum, an Salomon ſit ſalvus vel damnatus: de duplici itemque cauſa contritionis; quæ omnia in uno volumine impreſſa ſunt Lugduni, in-8°. ab Stephano Gueynard 1512. *

* Dominicanus ille natus, non Monteregali, ſed Montevici (Mondovi)

in Pedemontio, Arbæ insulæ in ditione Veneta, ad oras Dalmatiæ, Episcopus, ann. 1519. aliquot annis post obiit. Omnia ejus opera hic satis accuratè recensentur.

JOAN. LYGÆI, Medici, de humani corporis Harmonia libri quatuor, Doctiss. annotationibus & scholiis, in Physiologiæ studiosorum gratiam, illustrati. Lutetiæ, in-4°. apud Michael. Vascosanum 1555.

JOANNES MAHOTIUS, Argentenæus, Turnoniensis Gymnasii Præfectus classicus, Joannis Grammatici Philoponi, in Procli Diadochi duodeviginti argumenta de mundi æternitate, è Græco in Latinum transtulit. Lugd. in-fol. excud. Nicol. Edoardus 1557.

JOAN. MALPOEI, Medici Audomarensis, Tabellæ quæ Hippocratis Coi libellos tres de Prognosticis complectuntur. Parisiis in-4°. apud Martinum Juvenem 1563.

JOANNES MAIRE, Episcopus Condomiensis, Enchiridion sacerdotale, ad salutarem eruditionem Christi fidelium, concinnavit, in quo hæc sunt præcipua capita. Quæ sint de Deo & de sancta Trinitate credenda. Symboli Apostolici explanatio. Quinque verborum, scilicet quæ sint credenda, agenda, vitanda, timenda & speranda, explicatio. Orationis Dominicæ declaratio; de Pœnitentia; Symboli seu Cantici Athanasiani expositio. Impressum Parisiis, in 4°. apud Ascensium.

JOAN. MARIÆ (vel MARII) MATII, Brixiani, Annotationum in varios authores Latinos & Græcos liber. Ticini, in-8°. apud Hieron. Bartholum 1575.

JOAN. MARIÆ, Archiepiscopi Sipontini, ad principes Christianos Oratio de Pace. Romæ, in-4°. apud Ludovicum Vincentium 1526.

JO. MARINELLI, Commentaria in Hippocratis Coi opera. Venetiis, in-fol. ex officina Victoriæ, apud Joannem Valgrisium

1575. Ejusdem Expositio trium Librorum Rhetoricorum Aristotel. ad Theodectem. Venetiis, in-8°. *

* V. Bælium voce MARINELLO.

JO. MARIÆ TOSCANI, Peplus Italiæ; in quo illustres viri Grammatici, Oratores, Historici, Poëtæ, Mathematici, Philosophi, Medici, Jurisconsulti (quotquot trecentis abhinc annis totâ Italiâ floruerunt) eorumque patriæ, professiones, & literarum monumenta tum carmine, tum solutâ oratione recensentur. Lutetiæ, in-8°. apud Feder. Morellum 1578. [1]

[1] Parvus hic Joannis Matthæi, non Mariæ, Toscani liber plurimis erroribus scatet.

JOANNES MATIENZO, Dialogus Relatorum. Pinciæ, apud Sebast. Martinez 1558.

JOAN. MEDER, Ord. Minorum Observantium, Parabola filii glutonis, profusi atque prodigi, de perfecta conversione peccatoris ad Deum per veram pœnitentiam; Basileæ concionata & collecta, pro totius anni, præcipuè quadragesimæ, sermonibus accommodata. Basileæ, in-8°. apud Michaelem Furter 1510.

M. JOANNIS MENSENGI, Theologi, de Ecclesiæ Christi sacerdotio libri duo. In-8°. Colon. 1532.

JOAN. MEDINÆ, S. Theologiæ Doctoris & in Complutensi Academia Professoris, de Pœnitentia, Restitutione & Contractibus Opus. Ingolstadii, in-fol. apud Danielem Sartorium 1581.

JO. MERCERII, J. C. ad L. frater à fratre, ff. de condictione indebiti liber singularis; quo infirmitatis recentiorum LL. interpretum argumentis omnibus ad novas sententias confirmandas inductis, veterum conjectura & interpretatio defenditur. Biturigibus, in-8°. apud Jo. Lauveriatium 1582.

JO. METZLER, in M. T. Ciceron. Catonem vel de Senectute, meditata. In-8°. Haganoæ 1531. [1]

[1] Obiit 2 Octobris 1538.

JOAN. MICHAELIS, Anatome corporis Politici, in-8°.

JOAN. MICHAELIS BRUTI, Florentinæ historiæ libri tres. Lugd. in-4°. apud. hered. Jacobi Juntæ 1562. *

* Præclarus decimi-sexti sæculi scriptor Venetiis natus, plurimam vitæ partem in itineribus transegit, quorum ope doctior effectus, aliquot præcellentes composuit libros, qui hodiè rarissimi sunt.

JOAN. MORONI, Cardinalis, Episcopatûs Novariensis perpetui administratoris, Edicta, sive constitutiones. Mediolani, apud Vincentium Ciconiarium 1553. *

* Joannes Moroni, filius notissimi Hieronymi Moroni, Mediolanensis Ducatus Cancellarii, Mutinensis Episcopus, inter Cardinales Coætaneos celeberrimus, variis legationibus defunctus, Tridentino Concilio præfuit, quod feliciter absolvit. Romæ obiit 1580, ætatis 72. Vir immortalis famæ, sagax, prudens, fortis & impavidus, sed æquitatis miræ ipsis favens Hæreticis, ubi jus erat; meriti in quolibet fautor assiduus, tantis dotibus ac tam raris, plurimorum invidiam in se concitavit eò usque ut Paulus Papa IV eum in carcerem ablegaverit: sed Pius IV, successor Pauli, tantum virum à calumnia vindicavit, & meritis honori & auctoritati restituit.

JOACH. MYSINGERI, singularium observationum Judicii Imp. Cameræ Centuriæ VI. Helmstadii, in-4°. 1584.

JOAN. NEOVILLÆI, Genvillani, in septem Davidis Psalmos, quos Pœnitentiales vocant, commentarii. Parisiis, in-8°. apud Galeotum à Prato 1556. Ejusdem de pulchritudine animi libri v. in Epicureos & Atheos homines hujus seculi. Parisiis, in-8°. apud Galeotum à Prato 1557.

JOANNIS NICOLAI ROGERII, Salernitani Philosophi ac Medici, Quæsitum difficilium accuratè explicatum de sede Animæ, membrorumque principatu ex Galeni Hippocratisque placitis adversùs Philosophos editum. Excus. Neapoli, in-4°. apud Josephum Cacium 1574.

JO. NOVIOMAGI, in Bedam de temporum emendatione commentaria. In-fol. Coloniæ.

JOAN. PAULI PERNUMIA, Medici Patavini, Therapeutica,

peutica, sive medendi ratio affectus omnes præter naturam. Venetiis, in-4°. apud Simonem Galignanum 1564.

JOAN. PHILOPONI, Expositiones in omnes Aristot. libros eos qui vocantur Metaphysici, quos Franciscus Patritius de Græcis Latinos fecerat. Impres. Ferrariæ, in-fol. apud Dominicum Mamarellum 1583. [1]

[1] Joannes Alexandrinus, propter eruditionis professionem, Grammaticus, idemque, propter indefessum studendi & scribendi amorem, Philoponus dictus, vergente seculo sexto adhuc vivebat, quo tempore & Simplicius Cilix Peripateticus frequenter, interdúmque acerbè in scriptis ejus meminit. Undè falsus mihi videtur eorum calculus, qui Philoponi ætatem non tantùm ad annum Christi 617, verùm ad ann. 641 producunt.

JOANNIS PINI, Tolosani, Rivorum Episcopi, de vita Aulica libellus. Tolosæ, excusus in-4°. ab Jacobo Colomerio. Ejusdem D. Catharinæ Senensis vita. Bononiæ, in-4°. per Benedict. Hectorem 1505. [1]

[1] Vernaculè (JEAN DE PINS, *Evêque de Rieux*) obiit 1538.

JO. PINUS, Senator Tolosanus, Orator regius, vitam Divi Rochi, Narbonensis, edidit. Parisiis, in-4°. exc. Joannes Parvus. Ejusdem Allobrogicæ narrationis liber. Impr. primùm Venetiis, in-4°. per Alexand. de Bindonis 1516, & rursùs Parisiis, à Jodoco Badio, anno eodem.

JOAN. PLATEANUS, Augustodunensis Heduus, Virgilii Maronis locos, è quibus Proba Falconia, vates clarissima, à Divoque Hieronymo comprobata, Centones de fidei nostræ mysteriis excerpsit, ad marginem appositè adjunxit; aliosque Virgilianos centones in quibus continentur orationes, quæ verè Christianorum eloquium sapiunt, alioqui merè Virgilianæ, ex suo apposuit. Parisiis, in-8o. apud Ægidium Gorbinum 1576.

JO. POSSELII, Regulæ vitæ, versibus Græcis illustratæ. Witebergæ, Græcè & Latinè, in-8°. 1583. [1]

[1] Obiit 15 Augusti 1591, ætatis 63.

JOAN. POSTII, Germershemii, Tetrasticha, in Ovid. Metamorp. lib. 15. quibus accesserunt Virgilii Solis figuræ elegantiss. Impress. Francofurti, in-4°. apud Georgium Corvinum 1569. Ejusdem Epigrammata. Wirtzburgi, apud Henricum Aquensem 1581.[1]

[1] Joannes *Posthius*, sic enim nomen scribebat, obiit 24 Junii 1597, ætat. 60.

JO. PYRRHI, Anglebermei, Jurisconsultissimi, & cultioris literaturæ doctissimi, Institutio boni Magistratûs ubi ad jurisprudentiam nonnulla maximè conducta. Elegans interpretatio L. Contractûs de reg. jur. ff. ubi tota penè contractuum causâ agitur. Centuria una in juris Civilis leges optimas, in capita digesta. Divi Evurtii Aurelian. Præsulis vita; Divi quoque Aniani laudes quædam. Aureliani, in-4°. excud. Petrus Asselinus 1500.[1] Ejusdem in Lucii Apuleii, Madaurensis Philosophi, Floridorum libros quatuor Scholia. Parisiis, in-4°. apud Jod. Badium 1518.

[1] Vide notata, ad vocem JEAN PYRRHUS, in Bibliothecâ Gallicâ Verderii.

JO. QUINQUARBOREUS,[1] Targum, seu Paraphrasim Caldaicam in Lamentationes Jeremiæ Prophetæ latinitate donavit; cum ejusdem interpretis annotationibus. Parisiis, in-4°. apud Martinum Juvenem 1549.*

[1] Vernaculè DES CINQ-ARBRES. Obiit 1587. Colomisius, in Gallia Orientali.

* Aureliaci in Arvernia natus Grammaticam Hebræam ediderat. Vid. de eo Mem. Niceron. Tom. XXXIX.

JO. QUINTINI, Hedui, Juris doctoris, & ordinarii professoris Lutetiæ, de Juris Canonici laudibus oratio. Ecclesiasticorum Canonum defensa breviter & simpliciter duabus conciunculis auctoritas, theoria simul & praxis; ad Ecclesiasticæ œconomiæ, ordinisque tabernaculi conservationem. Parisiis, in-4°. apud Jac. du Puys 1540.*

* Joan. Quintinus, natus Augustoduni Æduorum, primùm Militiæ Sancti Joannis Hierosolymitani, in equitum servientium ordine addictus, dein cum

laude, Juris Canonici Professorem egit in Academiâ Parisiensi. Pro Clero Gallicano, in Comitiis generalibus regni, Aureliani convocatis anno 1560, peroravit. Vir doctus, sed sui aliquando non benè compos, ut ex hac oratione patuit; obiit Lutetiæ 9 Aprilis 1561, ætatis. 62 inchoat. V. plura de eo in notis ad Crucimanium verbo JEAN QUINTIN. Tom. I, pag. 578 & 579.

JO. RÆNERII, in Sueton. Tranquilli XII. Cæsar. Scholia. Lugd. in-8°. apud Gulielmum Rovillium 1545. [1]

[1] Non vidit ea Scholia J. A. Fabricius.

JO. RAMATUS, Montemarinus, scripsit commentarium in l. vinum. ff. de reb. cred. Tolosæ, in-4°. excud. Guido Boudevillæus, anno Christi 1553.

JO. RASSII, Calendarium Romanum Ethnicæ vetustatis; [1] ostendens toto anno dies (olim apud Romanos) dictos Calendas, Nonas & Idus: item Fastos, Comitiales, Senatorios, Judiciales, Nefastos, Festos & Nundinas, Sacra, Ludos, Victorias, Natalitia; lectioni veterum scriptorum & historiarum, atque totius Romanæ antiquitatis magnam lucem afferens; cum Indice & Calendario Numæ, ex Cuspiniani, Natalis Comitum, Manutii, Gyraldi, Tabellæ Antuerpiensis, Chytræi & cæteris Calendariis ab eodem Rassio collectum.

[1] Calendarium hoc non vidit lucem.

JO. RAULINI, [1] Artium & Theologiæ Professoris, * Epistolarum graviss. sententiis, utilioribus consiliis ac eruditione non minima refertissimarum, illustrium virorum titulis splendicantium opus. Parisiis, in-4°. apud Jo. Parvum 1520.

[1] Hic est ille Monachus Cluniacensis, cujus conciones habemus, Maillardianis non multùm absimiles. Epistolæ de quibus hîc agitur, insipidis sententiis refertæ sunt, prorsùs rerum inanes.

* Socius Sorbonicus & Theologiæ Professor, Cluniaci vitam Monasticam amplexus 1501, obiit 1514, ætatis 71.

JO. RAYMUNDUS, Tolosanus, Epistolas legales, in quibus varii juris articuli continentur, è corpore juris collegit tribus

libris, ſcholiis ſingulas epiſtolas illuſtrantibus adjectis. Lugd. in-8°. apud. Culiel. Rovillium 1549. [1]

[1] Raymundus hic eodem anno 1549, Πρόχειρον Conſtantini Harmenopuli à Bernardino Rey latinè reddito indices duos & breves annotationes adjecit, ibidem cum illo Προχείρῳ editas.

JO. REMBERCH, Congeſtorium artificioſæ memoriæ. In 8°. Venetiis.

JOANNIS RAMI, Οἰκονομία, ſeu diſpoſitio Regularum utriuſque juris in locos communes, brevi interpretatione ſubjectâ. Lovanii, anno 1552.

JO. REYNARDI, Ordinis Prædicatorum conventûs Dyenſis, ſermones Quadrageſimales de peregrinatione generis humani. Lugd. in-8°. apud Simonem Vincentium 1515. [1]

[1] Obiiſſe creditur 1515; de eo nihil ferè certi Bibliotheca Dominicana.

JOAN. RHODII SECUNDI, Rockhuſani, Trina Theologica, Philoſophica, & jocoſa, ex diverſorum tam veterum, quàm recentiorum omnis generis ſcriptorum lectione obſervata, & diſpoſita. In-8°. Erphordiæ 1584.

JO. RICIUS, Annoberenſis, Baldeſſaris, Caſtilionei Comitis, de Aulico libros quatuor ex Italico idiomate in Latinum tranſtulit. Francofurti, apud Bernardum Jobinum.

JO. RIOLANI, Diſputationes duæ, una de origine, altera de incremento & decremento Philoſophiæ; habitæ Burdigalæ. Pariſiis, in-4°. apud Thomam Rochardum 1565. *

* Ambianenſis, Medicinam egit Pariſiis. Obiit 18 Octobris 1605. Filium habuit Joannem Riolanum, Medicum celebrem, patris famâ dignum.

JO. ROBERTI, Aurelianenſis Anteceſſoris, Animadverſionum Juris civilis libri tres. Pariſiis, in-4°. apud Ægid. Beys 1580. Ejuſdem Roberti Notarum libri tres, ad Jacobi Cujatii, ſub nomine Ant. Mercatoris, Notarum libros tres. In-4°. Aurelian. 1583.

JO. RUCECI, Galli, in Juris civil. Pandectas & Codicem

Fl. Justiniani Commentaria. Lugduni, in-4°. apud Stratium 1584.

JO. A ROYAS, singularia juris in favorem fidei, hæresisque detestationem: Tractatus de hæreticis, cum 50. Analyticis assertionibus & privilegiis Inquisitorum. Venetiis, in-4°. 1573.

JO. ROMBERCH, Kyrspensis, Panegyricus de dignitate & officio Sacerdotii Evangelici. Coloniæ, in-8°. 1532.

JOAN. ROSINI, Bartholom. filii, Isennacensis Thuringi, Romanarum Antiquitatum libri x. ex variis scriptoribus collecti. Lugd. in-fol. apud Sibyllam à Porta 1584. [1]

[1] Isenaci in Thuringia natus (circà an. 1550) Neoburgi in Misnia Minister, peste correptus, obiit 7 Octobris 1626. Vid. de eo Mem. Niceron. Tom. XXXIII, pag. 254.

JO. RUELLI, Suessionensis Medici, in P. Virg. Maronis Moretum scholia. Parisiis, in-8°. excudebat Simon Colinæus 1542. [1]

[1] Obiit sub exitum Septembris 1537, ætatis 63.

JO. RUGGERII DE MOTTA, Repetitio Rubricæ de causa possessionis, & proprietatis.

JO. SAISON, Consuetudines Turonenses. Francofurti, in-fol. 1575.

JOAN. SCHIRMERUS, Proverbia Salomonis Græcè, versibus hexametris exposita. Norimbergæ, 1584.

JO. SARII ZAMOSCII, Belsensis & Zameschensis Præfecti ac in Galliam Legati, Oratio, qua Henricum Valesium, Regem Polonorum renunciat. Lugd. in-8°. apud Michaelem Jovium 1574. [1]

[1] Sub hujus, Discipuli olim sui, nomine Carolus Sigonius librum de Senatu Romano Venetiis 1565, edidit in-4°.

JO. SCALCI, Antuerpiani, Oratio lugubris de seditione Antiochena, & Statuarum dejectione, anno 391. Theodosio

Imperatore; impressa Antuerpiæ, in-8°. apud Guil. Parisiensem 1572.

JO. SCHOSSERI, Æmiliani, Poëmata, in undecim libros divisa. Francofurdiæ ad Viadrum apud Andream Eichornium 1584.

JO. SOCARATUS, Catellanus, in Tractatum Petri Alberti, de consuetudine Cataloniæ inter Ducem & Vasallos, & in commemorationes ejusdem Alberti, in quibus agitur de feudis. Lugd. anno 1551.

JO. SPANGENBERGII, Herdessiani, Computus Ecclesiasticus, in pueriles quæstiones redactus, Manu, Scalis, Rotulis, & Figuris illustratus. Impr. Witebergæ, in-8°. apud Georg. Rhau, 1539. [1]

[1] Obiit 13 Junii 1550., ætatis *66*.

JOANNES SPONDANUS, [1] Mauleonensis, eruditissimus Juvenis, Homeri omnium, quæ extant, Iliados, Odyssæ, Batrachomyomachiæ, Hymnorum, Poëmatum aliquot Latinam versionem, omnium quæ circumferuntur, emendatissimam aliquotque locis jam castigatiorem reddidit; perpetuis item justisque, in Iliada simul & in Odyssæam, commentariis illustravit. * Basileæ, in-fol. apud Eusebium Episcopium 1583. Aristot. Organum Græco-Latinum, novissimè conversum, nec-non annotationibus marginalibus illustratum studio Jo. Spondani, in-8°. Basileæ 1583. Pythagoreorum veterum fragmenta Politica, à Joan. Spondano conversa. Impressa cum Aristot. Græco-Latinos libros Politicorum ex Lambini & Victorii interpretationibus, Zuingeri argumentis & Victorii commentariis declaratos. In-fol. Basil.

[1] Obiit 18 Martii 1598, ætatis 40.

* Ejurato priùs Calvinismo obiit, Henrici Spondani, Apamiensis Episcopi, frater natu major. Gratis hîc laudantur ejus in Homerum commentaria, abortivum opus.

JOAN. STADII, Ephemerides ab anno 1583 usque ad

annum 1606 supputatæ, & ad Gregorii XIII anni reformationem accommodatæ. Lugd. in-4°. 1584. [1]

[1] Obiit 17 Junii 1579, ætatis 53.

* Astrologiæ judiciariæ stultitiâ obsessus, ut patet ex ejus scriptis.

JOAN. SYLVII [1], Atrebatii, Cathemerinon, ex precatoriis Græcorum Libellis congestum. Item breve ad Jud. Cathemerinon ab eodem Sylvio, heroicis versibus conscriptum. Antuerpiæ, in-8°. apud Christ. Plantinum 1571.

[1] Vernaculè JEAN DU BOIS, Causidicus Atrebatensis.

JO. TAVARDUS, Borboniensis, scripsit Tractatum de jurisdictione & imperio, 19. capitibus comprehensum. Excus. Tolosæ, in-4°. apud Petrum du Puys 1557.

JOAN. TAULANI, Tolosatis, Enarrationes Rhetoricæ. Tolosæ, in-4°. apud Guid. Boudevil. 1552.

JOAN. THOMÆ FREIGII, Mosaicus, continens Historiam Ecclesiasticam 2494 annorum, ab orbe condito usque ad Mosis mortem. Basileæ, in-8°. per Sebast. Henric. Petri. *

* Natus Friburgi in Brisgoia, variis in Academiis juris scientiam professus, obiit 16 Januarii 1583. Paratitla illius in digestum existimatione digna.

JOAN. TRULLI, Arragonii, Prioris sanctæ Christinæ, Ordo Canonicorum Regularium, quatuor libris elucidatus, ad Philipp. Hispaniarum regem Catholicum. Impr. Cæsar-Augustæ, in-4°. in ædibus viduæ Bartholomei à Nagera 1571.

JOAN. VACQUERII, Roïensis, Societatis Sorbonicæ Doctoris, de multiplici hæreticorum tentatione; accessit sermo per eumdem habitus, in Baptismo duorum adolescentum terræ Americæ. Parisiis, in-8°. apud Claudium Fremy 1571.

JOAN. VALLENSIS, de prosodia Hebræorum opus in quatuor libros divisum. Parisiis, in-4°. apud Jacob. Bogardum 1545.

JOAN. VERNERETI, Pontarlini, Disputatio adversus Marium Nizolium, Bruxellensem, qui in illis quatuor libris quos

in Philoſophos edidit, virorum illuſtrium judicio, dormitavit [1]. Ejuſdem Animadverſiones in Michaelem Poletum. Item Inſtitutio in univerſam Dialecticam. Omnia hæc impreſſa Lugd. in-8°. apud Ben. Rigaudum 1575.

[1] Prodierunt Marii Nizolii, Brixellenſis, de veris principiis, & verâ ratione philoſophandi contra Pſeudo-philoſophos lib. 4. Parmæ 1553, in-4°. Brixellenſis autem erat, non Bruxellenſis, Nizolius, Brixelli ſcilicet quod eſt oppidum Ducatûs Mutinenſis.

JO. VERNERI, Nurembergenſis, Tranſlatio primi libri Geographiæ Cl. Ptolemæi: in eumdem primum librum argumenta, Paraphraſes, & annotationes ejuſdem Verneri. Ex fine ſeptimi libri ejuſdem Geographiæ Ptolemæi, ſuper plana terrarum orbis deſcriptione à priſcis inſtituta Geographis, locus quidam novâ tranſlatione, paraphraſi & annotationibus explicatus; quem recentiorum Geographorum, ut ipſorum id pace dicam, nemo hucuſquè ſanè ac medullitùs intellexit. Adjectum eſt Georgii Amirucii, Conſtantinopolitani, de his quæ Geographiæ debent adeſſe, Opuſculum & in eumdem ejuſdem Jo. Verneri Appendices. Norimbergæ, in-fol. excud. Joan. Stuchs 1514. [1]

[1] Verneri hujus meminit J. A. Fabricius, Biblioth. Græcæ, l. 4. c. 14. pag. 413. ſed poſteriores tantùm editiones profert.

JOAN. VETERIS, de obitu Caroli-Quinti, Imperatoris, Oratio. Pariſiis, in-4°. apud Feder. Morellum 1559. [1]

[1] V. Crùcimanium V. JEAN LE VIEL, dit *Vetus*. Tom. I, pag. 604.

JOAN. VINCENT. SAMNITIS, Neapolitani, univerſæ artis Grammaticæ Methodus. Excuſ. Neapoli, in-8°. apud Joan. Paulum Suganappum 1549.

JOANNIS VŒRSASI, Phœnix. Antuerpiæ, apud Guliel. Sylvium 1562.

JOANNES WENDELSTINUS, ex vetuſto Conciliorum & Decretorum manuſcripto Codice exſcripſit Epiſtolas decretales veterum Pontificum Romanorum, longè ante Nicenum Concilium promulgatas, à ſanctis Martyribus Chriſti, ſæviente adhuc

adhuc Imperatorum persecutione, videlicèt Fabiani tres, Cornelii duas, Stephani primi duas, Sixti secundi duas, & illas excudendas tradidit. Francofurti, in-4°. anno Domini 1526.

JOANNIS WOLFANGI FREYMONII, Elenchus omnium auctorum, sive scriptorum, qui in jure, tam civili, quàm Canonico, vel commentando, vel quibuscunque modis explicando, ad nostram ætatem usque claruerunt, nomina & monumenta partìm in lucem antehac prolata, partìm in Bibliothecis adhuc abdita complectens; post Joan Nevizanum, Ludo. Gomesium, Joan. Fichardum & Jo. Bapt. Zilettum tertiâ ferè parte auctior & in concinnum ordinem congestus. Francofurti, in-4°. apud Georgium Corvinum 1574.

JOANNIS Yannez PARLADORII, jurisperiti in Regio Vallisoletano Prætorio Advocati, rerum quotidianarum liber singularis sive unus. Excus. Vallisoleti, in-4°. apud Didacum Ferdinandum à Corduba, anno Domini 1579.

Magistri JORDANIS, Chronica: Qualiter Romanum Imperium translatum fuit in Germanos, & primò quare Romanum Imperium sit honorandum; impressa Basileæ, in-8°. cum aliis quorumdam opusculis anno 1559. [1]

[1] Opusculum vidi, charactere admodùm vetusto & rudi editum, sub finem seculi xv, hâc inscriptione: *Incipit Tractatus Magistri Jordani, Osnabrugensis Canonici, de Romano Imperio*, nullâ additâ temporis, neque loci notâ. Nihil nugacius atque insulsius.

JORDANUS BRUNUS, Nolanus, scripsit de umbris Idearum implicantibus artem quærendi, ordinandi & applicandi, ad internam scripturam, & non vulgares per memoriam operationes, explicatis. Parisiis, in-8o. apud Ægidium Gorbinum 1582. ‹ Ejusdem Jordani Bruni Cantus Circæus ad eam Memoriæ praxim ordinatus, quam ipse Judiciariam appellat. Parisiis, in-8°. apud Ægidium Gorbinum 1583. Ejusdem de compendiosa Architectura & complemento artis Lullii. Parisiis, in-16. apud Ægid. Gorbinum 1580. Candelaio, Comedia del

Bruno Nolano, Academico di nulla Academia, detto il fastiditi; stampata in Parigi, in-8°. apresso Guglielmo Guiliano 1582. La Cena de le Cineri descritta in cinque dialoghi, per quattro interlocutori contre considerationi, circa doi sogetti; stampata nell' anno 1580.

[1] Brunus ille, Monachus primùm Dominicanus, ex eò grege aufugiens, mutatâ veste, per Europam ferè totam diù erravit. Ingenium à natura magnum, sed fanaticum nactus, multos libellos, partìm Latino, partìm Italico sermone, utroque contaminatissimo, scriptitavit, Philosophicis somniis refertos, & affectatâ putidè obscuritate plenos, sciens, ut verè Lucretius dixit, ea præcipuè stolidis, quæ non intelligunt, mirifica videri. Hujus generis est dialogus inscriptus *Spaccio della bestia trionfante*, quem, anno 1584, Londini, quanquam nomine Parisiorum supposito, edidit. Scioppius, titulo *bestiæ triumphantis* deceptus, satyram esse credidit adversùs Romanum Pontificem scriptam; cùm nullus tamen auctoris delirè arguti scopus alius fuisse videatur, quàm bestias de iniquis hominum judiciis triumphantes inducere, qui nescierint eas ab Ægyptiis, non ut bestias, sed ut mystica Divinitatis simulacra, cultas fuisse; quod contortis nescio quibus, & futili subtilitate involutis rationibus, probare conatur. Post varias peregrinationes, malo suo fato, Venetias profectus, ab Inquisitoribus in carcerem conjectus est, undè cùm Romam, post diuturnam custodiam, abductus, vitæ suæ admodùm depravatæ rationem coram judicibus reddere, & opinionum monstra quæ contra sanam Philosophiam & Christianam Religionem defenderat, ejurare noluisset, ad rogum 9 Februarii 1600 damnatus, octo post diebus, præsente, qui rei ad Conradum Rittershusium historiam scripsit, Gaspare Scioppio, vivus exustus, in cineres redactus est. De eo qui plura volet, Gallicos scriptores duos consulat, Bælium in Lexico, verbo *Brun* (Jordan) & acutum non minùs quàm doctum Maturinum Crozium, colloquio 4. Gallicè scripto, de variis rebus Historiam, Literaturam & Religionem spectantibus.

* Ex quisquiliis protervi & infelicis illius philosophi quot scriptores novorum operum argumenta posteà eduxere, inter quos Leibnitius qui dicitur è Jordano famosum *de Maximo & Minimo* sumpsisse!

JOSEPHUS CASTALIO, emendavit & notis illustravit Cl. Rutilii Numatiani Itinerarium. Romæ, in-8°. excud. Vincent. Accoltus 1582.

JOSEPHI CONÇALEZ, variæ Quæstiones juris. Bononiæ, apud Joannem Roscium.

JOSEPHI LUDOVICI, ab Assisio, juris utriusque Doctoris

Decisiones seu definitiones causarum Perusinarum & provinciæ Humbricæ. Venet. apud heredes Melchioris Sessæ 1564. Ejusdem Josephi Ludovici dudùm Auditoris Perusiæ & Humbriæ, provinciæ Marchiæ Ancqnitanæ, Rotæ Lucensis, Rotæ Florentinæ, nunc verò vetustiss. Rotæ Senensis, pro Sereniss. Medices, magno duce Hetruriæ duæ communes Conclusiones. Venetiis, in-fol. apud Juntas 1581.

JOSEPHI MASCARDI, J. C. Sarezanensis, Proton. Apostolici volumina duo, Conclusiones probationum omnium, quæ in utroque foro quotidiè versantur, & canonicas, civiles, feudales, criminales, cæterasque materias continentia, & per Ampliationes, limitationes, Intelligentiasque alphabetico ordine digesta. Venetiis, in-fol. 1584.

JOSEPHUS PAMPHILUS, Episcopus Signinus, scripsit Chronica Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, in quibus præter alia juxta temporum seriem exponuntur, qui cùm superioribus, tùm nostro seculo viri, vel sanctitate vel doctrinâ vel rebus egregiè gestis in eo ordine illustres fuerint, ac sint. In-4°. Romæ, ex Typographia Georgii Ferrarii 1581.

JOSEPHI STEPHANI, Valentini, sacri Rosarii Virginis Mariæ ab hæreticorum calumniis defensio unà cum Mysteriis & Bullis Romanorum Pontificum. Romæ, in-4°. ex Typographia Dominici Basæ 1584.

JOSEPHI SCALIGERI, Jul. Cæsaris filii, Opus novum, de emendatione temporum in octo libros distributum. In-fol. Lutetiæ, apud Sebastianum Nivellium 1583. [1]

[1] Postrema editio, quæ optima, prodiit Genevæ 1629. Josephum autem Scaligerum 21 Januarii 1609, ætatis 69 obiisse Lugduni Batavorum nemo nescit.

* Vid. multa de eo, in Crucimanio, verbo JOSEPH DE LA SCALE. Tom. II. pag. 6.

JOSEPHUS TEXEIRA, Lusitanus, Ordinis Prædicatorum regisque Portugall. Concionator, de Portugalliæ ortu; Regni

initiis : denique de Rebus à Regibus universoque regno præclarè gestis, compendium ex historicorum monimentis excerpsit. Parisiis, in-4°. apud Joseph. Mettayer 1582. [1]

[1] Anno 1543 natus, circa 1620 creditur obiisse.

ISIDORI DE ISOLANIS, Mediolanens. Ord. Prædicatorum, in Averroem de æternitate mundi libri quatuor. Item Alberti de Saxonia de velocitate omnium motuum Dogmata, Epithomate ab eodem distincta. Papiæ, in-8°. 1513. Ejusdem Dissertatio de donis Sancti Joseph. sponsi beatiss. Virg. Mariæ ac patris putativi Christi Jesu, in quatuor secta partes. Venetiis, in-4°.

[1] Isidorus hic, qui anno 1522 & fortè ultrà 1525 adhuc vivebat, credidit Albertum de Saxonia fuisse Dominicanum, quem prudentiùs Monachum non fuisse Jacobus Echardus, pag. 735, Tom. I. Bibliothecæ Dominicanæ, opinatur.

JULIANI BERÆI, Lavalensis, Oratio ad ἀντιγαλλοδαιδάλους, pro veteris Græci & Latini sermonis usu retinendo, habita Lutetiæ anno 1571 [1]; & ibidem à Matthæo Davide, in-8°. excusa.

Oratio ad ἀντιγαλλοδαιδάλους, id est, ad elegantiæ Gallicæ, contrà Latinam & Græcam, Propugnatores.

JULIANI TABOETII, Fisci apud Allobroges Patroni, Orationes Forenses, & Responsa judicum illustrium, quæ quatuor partibus constant; subjunctus est catalogus vocum & formularum Forensium Latino-Gallicus. Parisiis, in-8°. apud Galeotum à Prato 1551. [1]

[1] Vid. quidquid ad hunc spectat & varias illius fortunas, in Crucimanio, verbo JULIEN TABOUET, Tom. II. pag. 14, 15, 16 & 17.

JUL. CÆS. ARANTII, Bononiensis, Philosophi ac Medici, de humano fœtu libellus. Basileæ, in-8°. apud Sebastianum Henricpetri 1579.

JULII CÆSAR. SCALIGERI, Animadversiones in historias Theophrasti, nunquam antehac editæ. Lugd. in-8°. apud Joannam Jacobi Juntæ 1584 [1]. Aristotelis liber, qui decimus

historiarum inscribitur, nunc primùm Latinus factus à Julio Cæs. Scaligero & commentariis illustratus. Lugd. in-8°. apud Anton. de Harsy 1584. [1]

[1] Notæ ad Theophrastum emendatiores prodiere in Amstelodamensi editione, an. 1644. Decimus vero Aristotelis Historiæ animalium liber, qui potiùs est septimi supplementum, adjectus est cæteris novem à Philippo Jacobo Maussaco, in eâ operis illius Aristotelici editione quam cum Julii Scaligeri interpretatione & commentario Tolosæ 1619 publici juris fecit.

* Fusè de eo in Biblioth. Gall. Verderii.

JULII DELPHINI, Mantuani Medici, quæstiones medicinales. Venetiis, in-8°. apud Franciscum Camotium 1559.

JULII DONDULETTI, Prælectiones aliquot ex Tractatu editionis instrumentorum, quas in Æmilii Ferreti auditorio, post ejus obitum, inchoavit. Lugd. anno 1553.

JULII ALEXANDRINI, Tridentini Medici, ad Rembertum Dodonæum Epistola Apologetica. In-8°. Francofurti, in officina Wechelorum 1584.

JULII FERRETI, Ravenatis, Juris utriusque Doctoris, Equitis & Comitis Lateranensis Palatii, de Jure & Re navali, & de ipsius rei Navalis & belli aquatici præceptis legitimis liber. Venetiis, in-4°. apud Franciscum de Franciscis 1579.

JULIUS FULCUS, Eorum qui vel Eleemosynas erogaverunt admirabiles fructus, vel de Eleemosyna scripserunt, insignes sententias in unum collegit. Romæ, in-4°. apud Victorium Elianum 1574.

JULIUS PACIUS, J. C. Aristotelis Organum, Hoc est, libros omnes ad Logicam pertinentes, è Græca in Latinam Linguam convertit : capitum & particularum distinctionibus argumentisque; prætereà variis lectionibus, nec non perpetuis notis, & tabulis synopticis illustravit; excus. Morgiis, in-4°. apud Gulielmum Laymarium 1584. Tituli tractatusque juris in primis necessarii, de origine juris & omnium Magistratuum & succes-

sione prudentum, Annotationibus delectis & Argumentis Jul. Pacii illustrati. Francofurti, in-8°. apud Jo. Wechel. 1583.*

* Vicentiæ in ditione Venetâ natus an. 1550, passim, apud Helvetios, Germanos & Hungaros jus civile professus est; tum in Gallia & Valentiæ Cavarum potissimè, cum tanta laude, ut pleræque Academiarum Europæ eum professorem postulaverint, quibus permotus, Patavium concessit, sed brevi Valentiam reversus, ibi, post aliquot annos obiit 1635, ætatis 85.

JULII PALMARII, Constantini, Medici Parisiensis, de morbis contagiosis libri septem. Parisiis, in-4°. apud Dionysium du Val 1578. [1]

[1] Huetius originum Cadomensium pag. 387, dicit Julianum, ita enim vocabatur, Palmarium obiisse Cadomi ætatis anno 68. Sed quo Christianæ salutis anno non addit. Jacobus, Juliani filius, Græcè peritissimus, qui Palmerius dici maluit, obiit 1 Octobris 1670, ætatis 83. Habemus ejus in optimos auctores Græcos Exercitationes Lugduni-Batavorum, 1668 editas, & Græciæ antiquæ Descriptionem, ibidem, 1678.

JULII SYRENII, Brixiani, Ord. S. Hieronymi, de prædestinatione Compendium, libellis duobus distinctum. In uno, de Prædestinatione; in altero, de reprobatione agitur. Venetiis, in-4°. ex Typographia Dominici Guærræi 1580.

JUNIUS RABIRIUS, Jureconsultus, & apud Petragorios in subselliis Bergeraci causarum capitalium Quæstor ac Præfectus Regius, scripsit libellum de generibus vestium cum Latina & Gallica interpretatione; excusum Tolosæ, in-8°. 1536 Ejusdem, Hastarum & Auctionum origo, ratio, ac solennia. Parisiis, in-4°. apud Carol. Stephanum 1554.

IVONIS DE COPULIS, Tex. & Glossæ singulares Juris Civilis. Extat exemplar in Bibliotheca Antonii Augustini, Episcopi Tarraconensis.

JUSTI LIPSII, de Amphitheatro liber cum æneis figuris. Ejusdem de Constantia libri duo. Antuerpiæ, in-4°. excud. Christoph. Plantinus 1584. *

* Celeberrimus & doctissimus seculi XVI scriptor, Triumviratum in Literarum Imperio cum Scaligero & Casaubono gerere dicebatur. Natus Iscbii

propè Bruxellas, 18 Octobris 1547 : obiit Lovanii, 23 Martii 1606. Opera ejus in sex Tom. in fol. edita. Aubertus Miræus vitam ejus scripsit; plurima de eo in Mem. Niceron. Tom. XXIV.

JUSTI VELSII, Hagani in Cebetis, Thebani, tabulam commentariorum libri sex, totius moralis Philosophiæ thesaurus; in quibus nonnulla per occasionem tum de studiorum, artium, & scientiarum abusu & corruptelâ; tum contra ea, quæ nostrâ hac ætate in religione exorta sunt falsa & absurda dogmata, ad Catholicæ & orthodoxæ veritatis propugnationem & defensionem, passim differuntur. In-4°. Lugduni 1551. Idem Justus Velsius Procli Diadochi de motu libros duos è Græcis Latinos fecit. Basileæ, in-8°. per Joan. Hervagium 1545.

JUVENALIS LEVERONII, Medici Fossanensis, in Aphorismos Hippocr. Lucubrationes; impressæ in Monte Regali per Leonardum Torrentinum 1565.

De JUDÆO blasphemante : quæstio Auctoris incerti.

JUDICIUM Deputatorum Universitatis & secundarii Cleri Coloniensis de doctrina & vocatione Martini Buceri ad Bonnam. Coloniæ, in-fol. apud Melchior. Novesianum 1543.

JURIS Civilis Rom. initia & progressus. Ad leg. 12. Tabularum brevis commentatio. Francofurti, in-8°. apud Joannem Wechelum 1583.

KYR

KYRIACI STROZÆ, de Republica libri duo, Nonus & Decimus; illis Octo additi, quos scriptos reliquit Aristoteles, Græcè antè facti, primùm ab eodem Stroza latinitate donati. Florentiæ, in-4°. apud Juntas 1563. [1]

[1] Si Kyriacus Stroza, ut inquit Papirius Massonus in ejus vitâ, natus est 22 Aprilis 1504, mortuus verò 6 Decemb. 1565, certè indè liquet Kyriacum non vixisse, ut ait idem Massonus, annos circiter 63, sed tantùm 61 cum septem mensibus, & 14 diebus.

LÆLIUS DE VALLE, J. D. discipulus Pauli Castrensis, scripsit in tit. de edendo, usque ad tit. de Judi. lib. 1. Cod. [1]

[1] Pater fuit Nicolai Vallæ, Romanæ Divi Petri Basilicæ Canonici, 20 Septembris 1473, ætat. 23, mortui, qui Hesiodi Georgica, & Homericæ Iliadis partem Heroïco carmine Latino non spernendo reddidit. Erat autem nobilis & divitis in Urbe Româ familiæ, undè Lilii Gyraldi verba de eo loquentis: *Hic sua non satis emendavit, si quidem egestate est morte præventus:* non dubito sic esse, ut sententia postulat, restituenda : *Hic sua non satis emendavit. Si quidem vigenti ætate est morte præventus.* Videatur ejus Epitaphium apud Schraderum, item & Pierius II de Literator. infelicitate.

LAMBERTI DANÆI, Politicorum Aphorismorum Sylva ex optimis quibusque tum Græcis tum Latinis scriptoribus collecta. Antuerpiæ, in decimo sexto, 1583. *

* Fuit Aurelianensis, Minister Calvinista, Theologiam Lugduni Batavorum Professus est; Castris obiit, ineunte anno 1596, ætatis 65, vel 66. Vid. notas ad Crucimanium verbo LAMBERT DANEAU, Tom. II. pag. 21, & Mem. Niceron. Tom. XXVII.

LAMBERTI LOMBARDI, apud Eburones Pictoris celeberrimi, vita. Brugis Flandrorum, in-8°. in officina Huberti Golzii 1565.

LANCELLOTTI CONRADI, Laudensis, J. C. Templum omnium judicum, Pontificiæ, Cæsareæ, regiæ, inferiorisque potestatis. Venetiis, in-fol. 1575.

LATINI LATINII, Viterbiensis, Loci ex conjectura vel restituti, vel aliter lecti in Tertulliano, post editionem Jacobi Pamelii Brugensis. Romæ, in-fol. apud Franciscum Zanettum 1584. *

* Natus Viterbii, circà an. 1515, obiit Romæ 21 Januarii 1593, æt. 80: plurimùm corrigendo Gratiani decreto contulit, cum aliis eruditis ad hoc adunatis; præcellens opus composuit, cui titulus : *Bibliotheca sacra & profana, sive observationes, correctiones, conjecturæ & variæ lectiones.*

LAURENT.

LAURENT. CASTELLANI, J. C. Patavini, Interpretatio in Rubricam & principium Institutionum de Testamentis ordinandis, ac solemnis explicatio quæstionum, quæ per Doctores tractantur. Patavii, in-4°. 1583.

LAURENTII GAMBARÆ, Brixiani, Tractatio in qua cùm de perfectæ Poëseos ratione agitur; tum ostenditur cur abstinendum sit à scriptione poëmatum turpium, aut falsorum Deorum fabulas continentium; ac quàm latè pateat campus ad pulcherrima alia Poëmata edenda. Romæ, in-4°. apud Francisc. Zanettum 1576. Ejusdem Rerum sacrarum libri tres. Idylliorum liber 1. Romæ, apud Vincent. Accoltum 1582. Bionis & Moschi Bucolica, Latinè versa, ab eodem Laurentio Gambara expressa, excusaque cum novem illust. fœminarum carminib. Græcis, ex Bibliotheca Fulvii Ursini Romani, Antuerpiæ, in-8°. apud Christoph. Plantinum 1568. *

* Hic eximius fuit Poëta Latinus, ex nobili Gambarorum Brisciensium familiâ. Obiit 1586, ætatis 90. De eo Menagianorum Tom. III, pag. 345. — Ex eâdem stirpe orti Hubertus Gambara, Cardinalis 1539 mort. an. 1549, & Joan. Franciscus, Episcopus Viterbiensis, Cardinalis, mort. Romæ 1587, ambo Politices scientiâ commendandi.

LAURENTII HUMFREDI, de ratione convertendi & explicandi auctores tam sacros quàm profanos, libri tres. Ad finem Obadias, Propheta Hebraicus, versus & explicatus; Philonisque Judæi liber de Judice. Basileæ, in-8°. apud Hieron. Frobenium 1560. *

* Anglus, vernaculè Humfrey, natus Neo-Portus-Panelli, in Comitatu Neomagensi, an. 1519, Oxoniensis Theologiæ Professor, varia condidit opera, inter quæ curiosum satis, cui titulus: *Jesuitismi pars prima & secunda.* Obiit 1 Februarii 1590, Presbyterianorum sectæ assecla strenuus.

LAURENTII MALESCOT, Anicensis Ecclesiæ Canonici, Epicedium nobilissimi domini Ludovici Armandi Vicecomitis Pollineaci, Equitis torquati, unà cum epitaphio ad nobiles defuncti propinquos. Parisiis, in-4°. 1584.

LAURENTII MONDANARII, Placentini Miscellanea Distich. Antuerpiæ, in-8°. excudit Plantinus 1565.

LAURENTII PARMICENI, Rhetorica. Valentiis, apud Jo. Mey 1564.

LAURENTIUS TUPPIUS, Pomeranus Jurisconf. è Germanico in Latinum convertit adversùs Synodi Tridentinæ restitutionem seu continuationem à Pio IV. Pontif. indictam, opposita Gravamina, quibus causæ exponuntur, quare ea Electoribus cæterisque Imperii Principib. & Ordinibus Augustanæ confessionis, neque agnoscenda, neque adeunda fuerit. Argentorati, in-4°. excud. Samuel Emmel 1565.

LEO, Episcopus Hostiensis & Bibliothecarius, fecit Sermones de Pascha; de Nativitate; historiam peregrinorum, historiam Casinensis archimonasterii, divisam in libros tres; Vitam S. Mennatis. Fuit autem temporibus Alexii & Henrici Imperatorum; ejus Chronica Casinensis Cœnobii, in qua totius Monasticæ religionis summa consistit, impressoriæ arti tradita fuit, operâ Laurentii Vincentini Monachi, & excusa Venetiis, in-4°. per Lazarum le Soardis 1513. [1]

[1] Leo Marsicanus, è Monacho Casinensi, Cardinalis, Episcopus Ostiensis, composuit Chronicon Casinense, desinens anno 1086, & cum notis editum, Neapoli, 1616, in-4°. Creditur obiisse Leo sub Paschali Secundo. Leonis Chronicon Petrus, Diaconus Ostiensis, ab anno 1086 ad 1138 perduxit. Angelus verò de Nuce continuationem hanc emendatiorem, cum notis edidit, Parisiis, 1668, in-fol.

LEONIS ROGANI, Cætani, de urinis libri tres. Romæ, in-8°. in officina Salviana 1560. *

* Obiit 7 Decembris 1558.

LEODEGARII A QUERCU, in Senecæ, Philosophi & Oratoris, de paupertate librum Commentarius: inque ejusdem Senecæ de moribus librum alium annotationes. Parisiis, in-4°. apud Viduam Petr. Attaignant 1556. [1] Ejusdem votum pro pientissimo

Galliarum Rege Henrico, pridiè quàm moreretur, & de eodem Epitaphium. In Adriani Turnebi obitum Epicedion.

[1] De suppositis Senecæ opusculis videndus J. A. Fabricius, Biblioth. Latinæ L. II, c. 9.

LEONARDI ALESMII, Lemovicensis, in Sancto Leonardo, Nobiliaco nati, J. C. Lucubrationes, videlicet, Enarrationum in titul. de Triente & Semisse Collationes III. liber 1. Collationum. Commentaria in §. illius quoque. Substitutionum Tractatus. Regularum in materiam Substitutionum libellus. Transmissionum Commentarius in L. unicam de his qui ante apertas tabulas C. Tolosæ, ex prælo Jac. Colomiers 1552.

LEONARDI LECHNERI, Athesini, liber Missarum sex & quinque vocum. In-4°. Norimbergæ, 1584. Ejusdem sacrarum cantionum quinque & sex vocum libri duo.

LEONARDUS NOGAROLUS, sacræ Theologiæ Doctor, Veronensis & Vincentinus Protonotariusque Apostolicus, scripsit librum de Beatitudine; impressum Vincentiæ, in-fol. per Henricum Librarium 1485. [1]

[1] Idem, teste Simlero, librum scripsit *de æternitate mundi*, Venetiis, 1486, editum, cujus, si verum id sit, Ludovicum Nogarolam, Ocelli Lucani interpretem, miror non meminisse. Fuit Leonardus, de quo hîc agitur, frater Isottæ illius Nogarolæ, 1466 mortuæ, cujus lectu dignissimum habemus dialogum, quo disputat utrius gravior Adami an Evæ culpa fuerit, editum Venetiis, 1563, in-4°.

LEONARDI VAIR, Beneventani. Ordin. S. Bened. de Fascino libri tres. Parisiis, in-8°. apud Nicol. Chesneau 1584. [1]

[1] Episcopus Puteolanus, 1587, effectus, 16 post annis obiit 1603.

LEOPOLDI DICKII, LL. Doctoris adversùs impios Anabaptistarum errores Judicium. Haganoæ, in-4°. apud Joan. Sec. 1530.

LIPPI AURELII, Augustiniani, Christiana Paradoxa. Romæ, apud Antonium Bladium 1531. [1]

[1] Sub A litera rectiùs collocatus fuisset, hoc servato nominum ejus ordine:

Aurelius Brandolinus Lippus, &c. Obiit Romæ, 1498. De eo Thomas Gratianus, *Anastaseos Augustiniana*, pag. 60.

LUBATI BEDOTINI, Interrogationes seu quæstiones locales unà cum adverbiis per quæ crebrò fiunt, ac etiam cum respondendi modis; impres. Lugd. Ejusdem Memoriale pro pueris.

LUCILLI PHILALTHÆI, Philosophiæ Medicinæque Professoris publici, in IV. libros Aristot. de cœlo & mundo Commentarii, unà cum eorumdem librorum è Græco in Latinum per eumdem conversione; quibus accedunt quàmplurimi Icones, ad Astronomiam & totam Mathematicam spectantes. Venetiis, in-fol. apud Vincentium Valgrisium 1565. [1]

[1] Legi ipsius Epistolas Ticini, 1564, in-8°. editas.

LUDOVICI MAYNI Druidæ [1], Jureconf. & in supremo Parisiorum Senatu advocati, digestarum seu in artem reductarum Actionum juris libri quatuor. Paris. in-8°. apud Jo. Longis 1559.

[1] Per hanc vocem *Druida*, intelligendum Gallicè DE DREUX.

LUDOVICI IV, Imperatoris, Constitutio de juribus Imperii. *

[1] Ex illustri Batavorum Ducum stirpe natus, 1284, Imperator Romanorum electus 1314. Excommunicationis fulmine à Papâ Joanne XXII impetitus, Romam perrexit 1328, ubi Petrum de Corberiis, Sedi Apostolicæ, Antipapam præfecit. Variis dein exagitatus negotiis, obiit 11 Octobris 1347, ætatis 63, ex equo delapsus, cùm à venatione rediret.

LUDOVICUS DE ANGULO, natione Hispanus, scripsit librum quemdam de figura seu imagine mundi, ad solatium serenissimi Principis & Domini sui excellentissimi Raynerii, Dei gratiâ, Regis Siciliæ. Extat manuscriptus penes me. [1]

[1] Raynerius, Siciliæ Rex, hîc dictus, tutor Regni, à Constantiâ Reginâ, Federici II matre, accitus fuerat, ut regnum, dùm adolesceret pupillus, administraret. At cùm, procerum quorumdam factione fretus, non tutelari, (utor Fazelli verbis) sed proprio nomine res gereret, Panormitanis sub suam tutelam Federicum suscipientibus, cedere coactus est.

LUDOVICI BAVERII, de Baveriis Consilia in Medicina; impressa Bononiæ, in-fol. à Platone de Benedictis, anno Domini 1489.

LUDOVICI BEBIONIS, Erotemata Dialectica, in quatuor libros Institutionum Justin. Argentinæ, in-8°. 1571.

LUDOVICI BIGI, Pictoris Seraniensis, judicio Angeli Politiani, Poëtarum doctissimi [1], in dominicam precem meditatio. Ejusdem orationes duæ, una ad Christum, Dei Filium, altera ad Virginem, ipsius matrem. Venetiis, in-8°. 1502.

[1] Quod hîc dicitur Pictorium, judicio Angeli Politiani, doctissimum Christianorum Poëtarum habitum fuisse, ignorare me fateor quo Politiani operum loco, quæ tamen omnia studiosè olim perlegi, judicium illud reperiatur.

* Dictus fuit *Serianensis* à *Seriano* Ferrariensis agri vico.

LUDOVICUS CANETUS, Grassenus, legum Professor Tholosanus in L. Centurio ff. de vulgari & pupillari substit; impr. Tolosæ, in-4°. per Guidonem Boudeville 1545.

LUDOVICI CARBONIS, de pacificatione & dilectione inimicorum injuriarumque remissione, cum appendice, de amore & concordia fraterna. In-4°. Florentiæ, 1583.

LUDOVICI CARRIO, librum Censorini de die natali ad Q. Cærellium recensuit, auxit & pristino ordini suo restituit. Lutetiæ, in-8°. apud Ægidium Beysium 1583 [1]

[1] Obiit 18 Junii 1595. Henricus Lindembrogius post Carrionem, quem tamen passim sequitur, Censorinum emendatiorem dedit, & amplis notis cumulatum.

LUD. CARIONIS, Emendationum & observationum liber secundus. Lutetiæ, in-4°. apud Ægidium Beysium 1583.

LUDOVICI COSINI, Carcassonensis, artis Dialectices compositio. Tholosæ, in-4°. apud Jo. Damoysel 1525.

LUDOVICI DE CRESSOLLES, Osissini, in L. 11. de pact. inter empt. & vend. C. Commentarius, ubi materia pacti de retrovendendo in forensibus controversiis frequens pertrac-

tatur. Tolosæ, in-4°. apud Guid. Boudevillæum 1544. Ejusdem Tractatus in quibus casibus jure civili omnium bonorum vel partis publicatio sit indicta; impressus ibidem 1543.

LUDOVICI ENOCI, Uxelodunensis, Prima infantia utriusque linguæ Græcæ & Latinæ, simul & Gallicæ. Parisiis, in-4°. apud Jacob. Bogardum 1546. [1]

[1] De eo uterque Bibliothecarius, verbo PIERRE ENOCH.

LUDOVICUS FIDELIS, Nervius, Theologiæ Professor, scripsit de mundi structura Opusculum, 19 capitibus constans; excus. Parisiis, in-8°. à Gulielmo Morellio 1556. Idem de Militia spirituali lib. quatuor, Parisiis, in-8°. à Jod. Cod. Tiletano editos 1540.

LUDOVICI FLORERII, Commentaria ad regiam utramque pragmaticam de remissione partium. Neapoli, apud Matthæum Cancrum 1568.

LUDOVICI DE LA GREZILLE, & Joan. Rousseau, Angolismensium, de classibus ab uno vel pluribus ducendis orationes contrariæ in schola Cardinalitia habitæ; in-8°. Cal. Jul. anno 1570; excus. Parisiis, apud Dionys. à Prato 1570.

LUDOVICI HELMBOLDI, liber piarum meditationum, in eam Dominicæ passionis partem, quâ transitus Christi ex urbe Solyma in montem Oliveti describitur; Iambicis dimetris conscriptus. In-8°. Mulhusii, 1584.

LUDOVICUS HILLESSEMIUS, Andervacus, Sixti aut Xisti Pythagorici sententias, quæ veræ sapientiæ præceptis refertæ sunt, explicavit. Coloniæ, in-8°. excud. Maternus Cholinus 1574. [1]

[1] De Sixto, Xisto, aut potiùs Sexto Pythagorico, cujus sententiæ, Rufino interprete, aut potiùs interpolatore, latinè redditæ ad nos pervenerunt, videndus in Bibliothecâ Latinâ J. A. Fabricius, qui de scriptore illo quæcumque sciri possunt, more suo laudatissimo, scriptoribus exhibet. Hujus tamen Hillessemii non meminit.

LUDOVICI A LUCERIA, Medici Hispani, de tuenda præsertìm à peste integra valetudine, deque ejus morbi remediis libellus. In-4°. Tolosæ, apud Mondetam Guimbaude, viduam Jo. Fabri 1523.

LUDOVICI MERCATI, Medicinæ Doctoris, & in Valle-Soletana Academia primariæ Cathedræ Professoris, de mulierum affectionibus libri quatuor. Valesolleti, in-4°. excud. Didacus Fernandez à Corduba 1579.

LUDOVICI NOGAROLÆ COMITIS, Veronensis, disputatio super Reginæ Britannorum divortio, sic incipiens : Ego tametsi nunc in Germania, &c. [1]

[1] Ocellum Lucanum latinè reddidit post Guillelmum Christianum Aurelianum, cujus interpretationem Lugduni 1541 editam non noverat.

*. De Nogarolis Vid. Mem. Niceron. Tom. XII & XX. Hic Ludovicus, nobilis Veronensis, patriæ strenuo deserviit & consuluit; celeber Græcarum Literarum scientiâ ævo suo fuit. Obiit Veronæ 1559.

LUDOVICI PATRICII, Romani, novum Itinerarium Æthiopiæ, Ægypti, utriusque Arabiæ, Persidis, Syriæ, ac Indiæ intrà & extrà Gangem, Opus, cui suprema manus imposita est auspiciis R. Episcopi Sabinensis, S. R. E. Cardinalis Bernardini Carvaial Hispani, quo tempore quibus nunc & anteà bellis Italia crudelem in modum vexabatur. Mediolani, in-fol. 1511, per Joan. Jacobum & frat. de Legnano. [1]

[1] Ludovicus Vartomanus, patriâ Bononiensis, dignitate Patricius Romanus, undè & Romam extremo sui operis capite, patrium solum dicit, navigationem, quam anno 1500 cœperat, initio 1508 absolvit, septem libris Italicè scriptis, non, ut ait Vossius, sex, complexus, quos latinè reddidit Archangelus Madrignanus.

LUDOVICI PAULI, Flores legum. Lugd. apud Jo. Flaiolletum 1546.

LUDOVICI APEGUERA, Jurisconsulti Cathalani, Repetitio in cap. 3 incipiens. Item ne super laudemio &c. Domini

Regis Petri III in curia Cervariæ; in qua multa de feudis, Laudemiis, de jure prælationis seu faticæ in alienatione rerum feudalium, & Emphyteuticarum, de gratificatione rerum feudalium, de jure primogenituræ circà successionem Regalium dignitatum, de capacibus & non capacibus ad feuda obtinenda, de omnibus causis per quas potest procedi ad emparandum feudum realiter copiosissimè tractantur; impressa Barcinonæ, in-fol. apud Petrum Mali 1577.

LUDOVICI, cognomento Pii Imper. Caroli mag. filii, reformationis abusuum cleri formula; ex sanctorum Patrum sententiis circà annum Christi octingentesimum corrasa, fatali quodam eventu, his nostris temporibus in lucem edenda, diù occultata. Coloniæ, in-8°. apud Joan. Quentel 1549. *

* Mirum, si opus hîc citatum, sit genuina Auctoris productio, quòd audaciores abusus cognoscens, & illos coercere tentans, Martyr cleri præpotentioris, vixerit & occubuerit, pius & infelix Imperator. Sed in adversis fortitudine prorsùs caruit.

LUD. VILLALONGÆ, Repetitio ad L. re conjuncti D. de legat. Compluti, apud Brocarium 1540.

LUDOVICI VITALIS, J. C. in Taurino Gymnasio Professoris, Variarum juris civilis tum lectionum tum in circulis agitatarum quæstionum libri duo; in quibus ut plurimum receptæ interpretum opiniones confutantur. Taurini, in-8o. anno 1579.

LAMBERTI Lamberti, apud Eburones Pictoris celeberrimi; Vita ab Anonymo descripta. Burgis Flandrarum, in-8°. in officina Huberti Goltzii 1565.

LAVACRUM conscientiæ, Auctore incerto; impressum Argentinæ, apud Joan. Schottum 1519 [1]

[1] Dignus San-Victorinâ Rabelæsi Bibliothecâ, titulus.

LITURGIÆ, S. Patrum Græcè. Parisiis, in-fol. apud Turnæbum 1560.

Acta & Decreta Synodi Diœcesanæ LEODIENSI, præsidente Reverendiss.

Reverend. D. Georgio ab Austria, Episcopo Leodinensi, B. Duce Bullonensi, Comite Lossensi. Celebratæ anno 1548. Lovanii, in-4°. excud. Jacob. Batius 1549.

LONGOBARDORUM Summa.

MACUTI POMPONII, Senatoris Divionensis, Tumulus à Musis Burgundicis erectus & consecratus. Parisiis, in-8°. apud Feder. Morellum 1580.[1]

[1] Vernaculè MACLOU POPON vocabatur: Divione 6 Martii 1577, mortuus ætat. 73. de eo Petrus Palliotus, Parlamenti sui Burgundici, pag. 207.

MALACHIÆ, Hibernici, Ordinis Minorum, Doctoris Theologi, Libellus, septem peccatorum mortalium venena, eorumque remedia describens; qui dicitur Venenum Malachiæ. Impress. Parisiis, in-4°. in officina Henric. Stephani 1518.

MANUELIS[1] COMNENI, * Imperat. Augusti Legatio ad Armenios, sive Theoriani cum Catholico disputatio, qua imago pii de religione colloquii representatur. Adjuncta est Leonis Magni Græco-latina epistola. Jo. Damasceni contra Manichæos dialogus, Leontii Byzantini Sectarum historia, Constantini Harmenopuli de iisdem; omnia hæc deprompta ex Jo. Sambuci Bibliotheca & de Græcis Latina facta à Jo. Leunclavio. Basileæ, in-8°. apud Petrum Pernam 1578.

[1] Videatur J. A. Fabricius, *Biblioth. Græca*, Lib. V, cap. 5, pag. 393.

* Regnavit annis 37., ab an. 1143 ad an. 1180. Princeps timidus & subdolus, qui à ducibus secundi belli sacri accusatus est gypsum farinis miscuisse, ut citiùs periret exercitus, à quo plus timendum sibi quàm à Sarracenis, existimabat.

Imper. Cæsaris MANUELIS PALÆOLOGI AUG.[1] Præcepta educationis Regiæ, ad Joannem filium, ex Jo. Sambuci Biblio-

theca, Joan. Leunclavio interprete. His adjectus est Belisarii, Neritinorum ducis, ejusdem argumenti liber non unquam hactenùs editus. Basileæ, in-8°. ex officina Petri Pernæ 1578.[1] *

[1] V. Bibliothecam Gallicam Verderii verb. MANUEL PALEOLOGUE.

* Septuagesimus-quartus Græcorum Imperator, quadraginta regnavit annis, à 1384 ad 1424. Tremens videbat terribilem Bajazetum Urbis suæ principis mœnia mox expugnaturum, cùm felici fato Bajazetus à suscepto protinùs discedere coactus fuit, ut Tamerlano obsisteret, à quo victus & miserandâ sorte damnatus fuit.

MAPHEI[1] VEGII, * Laudensis, Oratoris eximii, Disputatio inter inferiora corpora, scilicet Terram, Aurum, & superiora, præsertìm Solem. Ejusdem de miseria & felicitate Dialogus. Basileæ, in-4°. apud Andream Cratandrum 1518.

[1] Meliùs *Maffeus*, vel *Maffeius*, scriberetur hoc nomen, ut scripsit Pius II, Europæ suæ cap. 54; & puto, ut Vegius ipse scribebat, cum ex corrupto Italico *ma fè*, id est, *mea fides*, ducatur, non ex ullo græco vocabulo. Certè Augustini Maffei, Archi-Presbyteri Veronensis, ad Politianum legitur Epistola, cum Politiani responso, & suis ille Historiis indicis nobilis Joannes-Petrus Maffeius, aliique ipsis cognomines nunquam τὸ φι usurparunt. Vegium nos ad Bailleti, Tom. IV, pag. 285, obiisse notavimus, Pii II Pontificatûs anno 1, scilicet vel 1458, vel 1459. Quod autem memorata hîc opuscula Basileæ, 1518, ex officinâ Cratandri prodiisse dicitur, credo, pro 1518, legendum 1538, vel ad summum 1528, non enim priùs innotuit Cratander.

* Maffeus Vegius, sui ævi auctor præclarus, fuit Martini Papæ V. Datarius & Canonicus Lateranensis. Vid. de eo Mem. Niceron. Tom. XXVI.

MARCABRUNI AB ANGUILLIS, * Ferrariensis, J. C. Consiliorum, seu mavis, Respons. liber primus; in-fol. Venetiis 1583.

* Nomen hoc suppositítium apparet.

MARCELLI FRANCOLINI, Presbyteri & Doctoris Bodiani, de tempore horarum Canonicarum Tractatus, in tres partes divisus. Prima, ad Greg. XIII, Pont. Max. Secunda, ad illustr. Carol. Borromæum, Cardinalem. Tertia, ad Reverendiss. Cæsarem Costam, Capuæ Archiepiscopum. Impressus Romæ, in-4°. apud Joannem Osmarinum 1581.

MARCUS ANTON. BARDUS, Senensis, utriusque Juris Consultus, scripsit Tractatum de tempore utili & continuo ad appellandum, & prosequendum; ac de continuatione Domini, & possessionis de una in alteram personam, nec non aliis continuationibus judiciariis. Excus. Romæ, in-8°. apud Vincentium Luchinum 1563.

M. ANTON. CUCCHI, J. C. & proton. Apostolici Institutionum Majorum, seu Pandectarum juris Canonici Pentateuchus; in-fol. Papiæ, ex officina Hieron. Bartoli 1579. Ejusdem Tractatus de mentiente circa possessionem ad l. fin. D. de rei vend. & Tractatus de moratoria præscriptione. Papiæ, apud Hieron. Bartolum 1574. Ejusdem Institutiones juris Canonici unà cum Jo. Pauli Lanceloti, Perusini, institutionibus, notisque Ludovici Alferii Cortonensis, illustratæ.

MARCI ANTON. GENUÆ, Patavini, Disputatio de intellectûs humani immortalitate. In Monte Regali, in-8°. excud. Leonard. Torrentinus 1565. [1]

[1] Ex illustri Passerinorum familiâ ortum ducebat, quorum pars, quæ Genuâ sedem fixerat, cum Patavium migrasset, Genuæ nomen retinuit; undè Marcus hic Antonius, in imâ parte Iconis suæ apud Tomasinum inscribitur, *Marcus Antonius de Passeribus à Genuâ, Patavinus Philosophiæ Doctor.* Pierius autem Valerianus Hieroglyphicorum suorum librum 39, huic Marco inscribens, non Marco Antonio Genuæ, sed Marco Antonio Passeri inscripsit. Obiisse Genuam 72 ætatis anno scribit Tomasinus, sed quoto Christianæ epochæ, non addit.

M. ANTON. GEORGIUS, Bononiensis, Archipresbyter Sanctæ Mariæ rotundæ ad Martyres, congessit quædam ex divi Jo. Apostoli & Evangelistæ, & aliorum Apostolorum, ac Martyrum & Virginum vita. Romæ, in-4°. excudit Antonius Bladus 1570.

MARCI DE GRAND-VAL, divi Augustini Canonici, Apologiæ seu defensorii Ecclesiæ Catholicæ non tres sive duas Magdalenas, sed unicam celebrantis & colentis, tutamentum &

anchora, unà cum Apologia ipsa. Parisiis, in-4°. excud. Jod. Badius. [1]

[1] Quàm variè de unicâ Magdalenâ, vel pluribus, Doctores Parisienses censuerint, breviter & perspicuè docent *Menagiana* postremæ editionis, Tom. I, pag. 363 & 364.

M. ANTON. NATTÆ, Astensis, volumina quædam nuper excusa, numero & ordine, qui subjicitur. [1] De libris suis quibusdam nunc primùm in lucem editis & argumentis eorum. De principum doctrina, libri IX. in quibus plurima de veterum Heroum, Regum, Imperatorum gestis & regimine continentur. In funere Jo. Francisci Nattæ, patruelis, Oratio. In obitu illust. Hieronymi Ædurnii laudatio, seu consolatio. Pro se & fratribus, seu pro familiarum dignitate. Quum suscepit Mantuæ Magistratum Rotæ, Oratio. Post absolutionem gesti Magistratûs alia Oratio. De Christianorum eloquentia liber. Venetiis, in-fol. in officina Aldi 1562.

[1] Celeber 16 seculi Jurisconsultus, Magistraturam Genuæ tenuit. Plurimæ ad eum leguntur Pauli Manutii Epistolæ.

MARCI HIERON. VIDÆ, Cremonensis, Albæ Episcopi, Constitutiones Synodales. Cremonæ, apud Vincentium Conctam 1562. *

* Vide quod suprà notavimus, voce HIERONYMUS VIDA. — Nomen Typographi qui Constitutiones Synodales edidit, fuisse Vincentium Comitem credo, non Conctam.

M. ANTON. MAJORAGII, * Orationes & Præfationes omnes nunc primùm à Joan. Petro Ayroldo Marcellino, Philosopho & medico, editæ, unà cum Dialogo ipsius Majoragii de eloquentia; Venetiis, in-4°. apud Angelum Bonfadium 1582.

* Marcus Ant. Majoragius, sic dictus à Majoraggio agri Mediolanensis pago, ubi natus est 26 Octobris 1514, ex nobili familiâ Comitum (vernaculè *Conti*) ortus; dicendi Magister singularis, Latinis Græcisque Literis perpolitus, & Libris editis illustris, eloquentiam publicè Mediolani professus est per annos 14. Cùm tam indefesso ardore studendo simul & docendo se addixerat, ut indè abbreviati fuerint dies illius, obiit Mediolani 4 Aprilis

1555, 41 vitæ annum agens. — Vid. de eo & illius ſcriptis, Mem. Niceron. Tom. XLI, pag. 276 & ſeq.

M. ANTON. MOCENICI, Patricii Veneti, de Anima, ejuſque divino ad Deum raptu, liber primus. Venetiis, in-fol. apud Franciſcum Zilettum 1581.

MARCI MARINI, Brixien. Canon. Regularis, Grammatica linguæ ſanctæ, in-4°. Baſileæ, apud Frobenium 1586.

MARCI ODDI, Patavini Medici, de componendis medicamentis & aliorum dijudicandis Methodus. Patavii, in-4°. 1583.

MARCI PROCERI, Diſcuſſio ineptæ defenſionis cujuſdam Joan. Bapt. Donati, Lucenſis, editæ adverſùs Leonard. Botallum, Medic. Regium. Acceſſit Prætoris Lugdunenſis, & ſupremi Senatûs Pariſ. decreta adverſùm eumdem Donatum, unà cùm Epiſtola Jo. Michael. Bruti & hiſtoria Jacobi Dyonæi, ex quibus totius hujus controverſiæ ratio & progreſſus cognoſci poterit. Pariſiis, in-8°. excud. Jo. Foucherius 1567.

MARCI DE RORGUES, Cœnobii du Bois-dallonne Commendatarii, Vicariique Generalis R. P. Germani de Ganay, Epiſc. & Comitis Cathurcenſis, Oratio ad celebrem & inclitam univerſitatem Cathurcienſem. Ejuſdem altera oratio in tribuendis inſigniis doctoralib. domino Fabiano de Salva, cumque Petri Boulemati, Claudii & Petri de Maleval, fratrum Lugdunenſium, Joan. de Narbona & aliorum epiſtolis; hæc omnia impreſſa Tholoſæ, in-4°. apud Jo. Fabri 1509,

MARCI SALON DE PACE, J. C. Doct. Burgenſis, Regiæ Pincianæ Cancellariæ cauſarum Patroni, Conſilia reſolutiſſima cum ſummariis. Impr. Methymnæ-Campi, in-fol apud Franciſcum à Canto 1576. Ejuſdem in leges Taurinas. Pinciæ, apud Franciſcum Ferdinandum à Corduba 1568.

M. T. CICERONIS, Conſolatio, vel de luctu minuendo fragmenta ejus, à Carolo Sigonio, & Andrea Patritio expoſita.

Norimbergæ, in-8°. apud Gerlachium 1584, & Antuer. Plantinus eumdem Cic. librum de quo Justi Lipsii judicium est subjunctum excudit anno eodem. [1]

[1] De Pseudo-Ciceronianâ illâ consolatione vide quæ superiùs notavimus, voce ANTONII RICCOBONI.

MARCI VIGERII, Controversia de excellentia instrumentorum dominicæ Passionis. Parisiis, in-8°. apud Jodocum Badium. [1]

[1] Obiit Episcopus Senogalliensis anno 1516.

MARIANI SANCTI BAROLITANI, Digressio de putredine ex commento suo super Fen tertia quarti libri Avicennæ exscripta. Impr. Venetiis, in-8°.

MARII SALOMONII, Patricii Romani, de Principatu libri VI. Parisiis, in-8°. apud Dionys. du Val 1578. [1]

[1] Eruditionem in eo & elegantiam desiderat Bunellus suâ quâdam ad Æmilium Perrottum Epistolâ, datâ 14 Octob. 1531, quo tempore obierat Salomonius: longè anteà non magnificentiùs de eo judicarat Alciatus in Epistolâ ad Franciscum Calvum 5 April. 1521, cum Gudianis & Sarravianis 1697 Ultrajecti editâ.

MARINI LIBERGEI, de justitia & jure Oratio, in Andegavensi juris auditorio habita, cùm ad Pandectarum interpretationem aggrederetur. Parisiis, in-4°. apud Nic. Chesneau 1574. [1]

[1] Vid. de eo utrumque Bibliothecarium, verbo MARIN LIBERGE.

MARSILII CAGNATI, Veronensis Doctoris Medici & Philosophi, Variarum observationum libri duo. Ejusdem Disputatio de Ordine in cibis servando. Romæ, ex Typographia Georgii Ferrarii 1581. [1]

[1] Obiit ætatis 69, sub Pontificatu Pauli V.

MARTIALIS ROGERIUS, Lemovix. M. T. Ciceronis Lælium dialogum de Amicitia multis in locis restituit, collatione ferè 20 optimorum exemplarium, commentariisque illus-

travit ex 200 ferè ſcriptoribus Græcis & Latinis; quibus obiter in varios ſcriptores annotavit circiter 500 loca. Pariſiis, in-4°. apud Mathurinum du Puys 1547.

MARQUARDI DE SUSANIS, interpretationes. Venet. apud Cominum de Tridino Montisferrati 1553.

MARTINI ANTON. DELRIO, J. C. in L. Annæi Senecæ, Cordubenſis, Tragœdias decem Ampliſſima adverſaria; quæ loco commentarii eſſe poſſunt. Antuerpiæ, in-4°. apud Plantinum 1576. Miſcellanea & alia ejuſdem. Pariſiis, apud Michaëlem Sonnium 1580. *

* Patre Hiſpano Antuerpiæ natus 1551, poſt emenſum in Academiâ Pariſienſi ſtudiorum curriculum, Doctor Salmanticenſis in Hiſpaniâ 1574. Inde ſenatûs Brabantii Conſiliarius & exercituum Quæſtor, Societatis Jeſu inſtitutum Vallisoleti amplexus eſt 1580. Tum reverſus in Belgium, eximias literas & Theologiam per reliquum vitæ profeſſus eſt. Obiit Lovanii, 29 Octobris 1608, æt. 58 inchoato; opere, cui titulus *Diſquiſitiones Magicæ*, potiſſimùm notus. V. de eo Mem. Niceron. Tom. XXII.

MARTINI DE ARLES, Canonici & Archidiaconi Vallis de Aybar in Eccleſia Pampelunenſi Regni Navarræ, Tractatus inſignis & exquiſitiſſimus de ſuperſtitionibus contra maleficia ſeu ſortilegia quæ hodiè vigent in orbe terrarum. Pariſiis, in-16. anno 1517.

MARTINUS BOLERUS, Brettanus, Luciani opuſcula quædam, nempe, Vitarum auctionem, Judicium Vocalium, inferorum Dialogum; Charontis, Mercurii & Menippi è Græco in Latinum ſermonem tranſtulit. Argentorati, in-8°. apud Egenolphum 1530.

MARTINI BORRHAI, in Coſmographiæ elementa commentatio Aſtronomica, Geographica. Baſileæ, in-8°. excud. Joannes Oporinus [1]

[1] Obiit 11 Octob. 1564, ætatis 65.

MARTINI BRIONÆI, totius terræ ſanctæ, urbiumque &

quidquid in eis memoriâ dignum fuit, Descriptio; in-4°. Parisiis, 1540.

MARTINI CRUSII, Turco-græciæ libri 8. Basileæ, in-8°. apud Henricum Petri 1584. *

* Germanus Grebernæ, in Episcopatu Gravionario (Bamberg) natus 1526, eximias literas, potissimùm in Academiâ Tubingensi, professus est. Primarium illius opus, *Turco-Græcia*, utilissimum ad cognoscendas Græcorum recentium historiam & linguam. Obiit vir doctus Eslingæ, 24 Februarii 1607 octogenario major. Vid. de eo Mem. Niceron. Tom. XIV.

MARTINI GILBERTI, J. C. ac Professoris ordinarii Lutetiæ, & in supremo Senatu Advocati, de literis & motionibus seu punctis Hebræorum Libri duo. Parisiis, in-4°. apud Martinum Juvenem 1563.

MARTINI KEMNICII, [1] Examen decretorum Concilii Tridentini in quo ex sacræ Scripturæ norma, collatis etiam orthodoxis veræ & purioris antiquitatis testimoniis, ostenditur qualia sint illa decreta, & quo artificio sint composita. Francofurti, apud Sigis. Feyerabend 1566. *

[1] Mart. Kemnicius, aut, ut vulgò scribitur, Chemnitius.

* Illustris Mathematicarum & Theologiæ Professor; variis legationibus pro Lutheranorum sectâ, cui adhærebat, apud Principes defunctus. Obiit 8 April. 1586, ætat. 64.

MARTINI MARTINEZ, Institutiones. [1]

[1] Linguam Sanctam & Theologiam Salmanticæ docuit. Ejus quæ hìc referuntur institutiones, inscriptæ sunt: *Institutiones linguarum Hebraïcæ & Chaldaïcæ.*

MARTINUS MESNARTIUS, in Senatu Parisiensi Advocatus, legum Pontificiarum Gregorii noni seu Decretalium Pentateuchum in Epitomen arte ac ordine revocavit, servatâ quadantenùs antiquæ legislationis majestate & phrasi. Parisiis, in-8°. apud Car. Guillard. 1555. [1]

[1] De eo Stephanus Paschasius VIII, Epistol. 12.

MARTINUS

MARTINUS MONTER, Oſcenſis, in tit. C. de pact. Oſcæ, apud Jo. Perez à Valdivieco 1580.

MARTINI SANCTII, vulgò Baſcoleti, Conſpicua dividui & individui Arbor, in-4°. Toloſæ, per Joannem de Guerlins 1519.

MARTINUS THEODORICUS, Bellovacus, ſcripſit Epigrammata ad R. Odonem Collignium, Cardinalem Caſtillioneum. Item ſylvas quatuor, quarum primæ titulus eſt Leander, ſecundæ Buſiris, tertiæ Policrates, quartæ Lays. Excud. Pariſiis, in-8°. apud Hieron. Gormontium 1539. Idem de felici Reginæ Leonoræ in Galliis adventu, regiorum natorum reditu & pace firmata Polyandrologia. Pariſiis, in-4°. apud Galiotum Pratenſem 1532.

Sancti MARTINI, Turonenſis Epiſcopi, fidei Confeſſio brevibus ſcholiis à Thoma Beauxamis illuſtrata. Pariſiis, in-8°. apud Thomam Belot 1571.

MATES, (nomen ejus proprium ignoratur) libellus pro efficiendis orationibus Magiſtri Mates, ut grammaticæ artis leges expoſtulant. Pariſiis, in-8°.

MATTHÆUS CARDENUS, Cochemius, ſcripſit commentarium in M. T. Ciceronis Paradoxa, in-8°. Coloniæ, apud Maternum Cholinum 1562.

MATTHÆI CURTII, de Prandii & Cœnæ modo Libellus. Romæ, in-8°. excud. Paulus Manutius 1566. *

* Celeber Medicus Papienſis, obiit Piſis, an. 1544. Extat de illo utilis Tractatus *de curandis febribus*.

MATTHÆI DELII, Meditationes de hiſtoria Mundi. Francofurti, in-4°. ex officina Nicol. Baſſæi 1580.

MATTHÆI FRIGILLANI, Bellovaci, in Platonis Phædonem, qui tractat de animi immortalitate, ſcholia, ex variis

Philosophorum spatiis collecta. Parisiis, in-4o. apud Olivarium de Harsy 1560.

MATTHÆI GALENI, Westcapellii, Theologi Lovaniensis, Præfatio in Areopagitica opuscula; in qua auctor Hildiuuinus simul atque Dionysius Areopagita à quorumdam temerariis censuris, ac obliquis, cavillosisque invectionibus vindicatur; & duodecim Matth. Flaccii Illyrici objectionibus respondetur. Ejusdem Matthæi Galeni Homiliæ duæ, in quarum prima clerum, & senatum N. T. de periculis in quibus versentur admonet, altera verò plebem T. dehortatur, ut ab hæresibus in ea gliscentibus partim caveat, partim resipiscat; omnia hæc impressa, cum Areopagiticis Opusculis, Coloniæ, in-8o. apud Maternum Cholinum 1563.

MATTHÆI PAPICII, Valentini, Repetitio Clementinæ unicæ de Renunciatione, ubi multa in materia beneficiali & Renunciationis declarantur. Impr. Argentinii, in-4o. apud Gul. Gobert 1541.

MATTHÆI VIRELLI, Regulæ generales & perpetuæ, de rebus ad Calendarium spectantibus, citra Calendarium cognoscendis, ad vitæ usum accommodatissimæ. Basileæ, in-8o. ex officina Thomæ Guareni 1579.

MATTHÆI SILVAGII, Siculi, Cathanensis Sacræ Theol. Professoris, Ord. Min. Labirynthi duo de mundano & divino amore cum suis exordiis, differentiis, & fructibus; cumque suis semitis ritè ordinatis usque ad centrales terminos vel inferni vel felicitatis æternæ; hæc omnia solutâ oratione conscripta. Ejusdem Apotheca divini amoris, seu de Apotheca viridarii Labirynthi quæ est sanctiss. crux, ubi venditur Amor Dei, Heroïco carmine exposita. Venet. in-16. apud Signum Angeli Raphaelis 1542.

MATTHÆI ZAMPINI, Recanatensis, J. C. de statibus Franciæ, illorumque potestate Epitome. Parisiis, in-8o. apud

Dionyſ. du Val 1578.[1] De origine & Atavis Hugonis Capeti, illorumque cum Carolo Magno, Clodoveo, atque antiquis Francorum regibus, Agnatione & Gente. Pariſiis, in-8°. apud Thomam Brumennum 1581.

[1] Eum *de trivio Juriſconſultum* vocat Thuanus, initio libri 81.

MATTHÆI WESEMBECII, Prolegomena Juriſprudentiæ; de finibus & ratione ſtudiorum, libriſque Juris. Ejuſdem Exempla Juriſprudentiæ, in-8°. Lipſiæ 1584. *

* Natus Antuerpiæ 1531, doctoribus Juris in Academiâ Lovanienſi, ætat. 19 aggregatus eſt, quod hactenùs illi ſoli contigerat. Dein Lutheranorum ſectam amplexus, Jus Civile Ienæ, & Wittebergæ profeſſus eſt, ubi ann. 1586, obiit ætat. 55.

MATTHIÆ ILLYRICI, filii Flaccii, Medicinæ Doctoris & in Roſtochienſium Academia Profeſſoris, commentariorum Phyſicorum de vita & morte libri quatuor; in quibus ea quæ ejuſdem argumenti ab Ariſtotele & Galeno cæteriſque Philoſophis & Medicis breviùs ſparsìm, obſcuriùſve tradita ſunt, expeditiori methodo copioſiùs explicantur. Franc. in-4°. excud. Chriſ. Corvinus 1584.[1]

[1] Medici illius, qui *Matthiæ Flacci Illyrici, Theologi*, fuerit filius, neque Melchior Adamus, neque Bælius, quod notandum, meminerunt.

MATTHIÆ LARII, Itterii, ſuccinctiſſima Grammaticæ methodus, cui accedit in laudem urbis Petragoreæ reique literariæ Oratio. Excudit Petragoris Franciſcus Textor 1536.

MATURINI MONTANI, Petragorici, commentarii in Novellam Juſtiniani Imperat. ſive Authenticam de hered. ab inteſt. venien. & de Agnatorum jure ſublato. Lugd. in-4°. apud Seb. Gryphium 1549. Ejuſdem Genialium dierum commentarii in præclarum Jul. Pauli reſponſum, ſeptimo menſe ff. de ſtatu hominum, in quibus non ſolùm varietates temporum humani partûs, ſed etiam cauſæ ex adytis Philoſophiæ excerptæ, cur ſoleant eſſe partus ad naſcendum variis temporibus perfecti juſto

rerum ordine explicantur. Parisiis, in-8°. apud Carolum Guillard 1555.

MAURICII BRESSII, Gratianopolitani, Regii & Ramei Mathematicarum Lutetiæ Professoris, Metrices Astronomicæ libri quatuor. Parisiis, in-fol. apud Ægid. Gorbinum 1581.

MAURICII HIBERNICI, in q. Doctoris subtilis super Isagogis Porphyrii; modorum quoque significandi, seu Grammatices speculativæ ejusdem subtilis Scoti, ut fama est, Tractatus. Venetiis, in-fol. apud Hiero. Schotum 1519. [1]

[1] Pro *in q. doctor subtilis*, scribi oportuit in *quæstiones Doctoris subtilis*; scripsit enim doctor subtilis Joannes Duns, vulgò Joannes Scotus, quæstiones in Porphyrium, & de modis significandi. In Scotum vicissim scripsit Mauricius Hibernus, cujus testimonio in *Chrysopasso* uti Eccium scribit Gesnerus. *Chrysopassum* autem Eccius Græcæ linguæ ignarus librum inscripsit, quem Chrysoprasum inscribere voluit, aut certè debuit.

MAXIMI PLANUDÆ, in Corporis Domini Dei nostri Jesu Christi monumentum, ac in sanctissimæ Deiparæ ac Dominæ nostræ lamentationem, Oratio. Græcè numquam anteà edita. Parisiis, in-4°. apud Andream Wechelum 1553. *

* Maximus Planudes, Ecclesiæ Constantinopoleos Monachus, eruditione clarus, partibus Latinorum addictus, & ideò in carcerem detrusus, ubi adversùs latinos scribere coactus fuit, sed eo stylo & sensu, qui mentem suam aperirent, septem Anthologiæ libros ex Auctoribus priscis collegit; vitam Æsopi, sed commentitiis refertam, scripsit. Ad finem decimi-quarti seculi vixisse creditur.

MAYNETTI MAYNETII, Bononiensis, in Pisana Academia Philosophi primi, Commentarii in primum librum Aristot. de Cœlo, necnon in librum Averrois de substantia orbis. Bononiæ, in-fol. typis Mercurianis Joannis Rossii 1570.

MELCHIOR PELÆZ, à Merez, de Majoritate. Granatæ, apud Reguerium Rabut 1575.

MELCHIORIS SADELERI, Viandali, infantia Grammatices. Impr. Lovanii, in-4°. apud Servatium Zassenum 1536.

MELCHIORIS SCARAVELI, Senatorii viri, ſcripta quædam in cauſa Montis-Cucchi tam coram Regiis quàm Mantuanis Senatoribus exhibita, cum Aphoriſmis in materia imperii, juriſdictionum & magiſtratuum antiquorum; à Franciſco Scaravello, ejus nepote, collecta & in lucem edita. Taurini, in-fol. apud Martinum Cravotum 1566.

MENALDUS DE ROSARIIS. [1]

[1] Menaldus de Rosariis, Doctor Theologus Pariſienſis, Carmelita, ſcripſit de Pœnitentiis & Remiſſionibus, opuſculum tripartitum, cum expoſitione illius decretalis *omnis utriuſque ſexûs*, impreſſ. Pariſiis, in-8°. à Joanne Parvo.

MICHAEL DE ANINYON, Decretorum Doctor, Cæſar-Auguſtanus, & ſancti officii Conſultor, edidit tractatum de unitate Ovilis & Paſtoris. Impreſ. Cæſar-Auguſtæ, in-4°. à Dominico à Portonariis de Urſinis, Regni Aragoniæ Typographo, 1578.

MICHAELIS GAVASSETII, Novellarienſis Philoſophi & Medici, libri duo. Alter de natura cauterii & ejus accidentibus. Alter de præludiis Anatomicis, ſeu totius artis medicæ fundamentis. Venetiis, in 4°. 1584.

MICHAELIS CRASSII, Tractatus de ſucceſſione tam ex teſtamento, quàm ad inteſtato, & aliarum ultimarum voluntatum, jure ſubſtitutionum, fidei commiſſorum, juris accreſcendi, falcidiæ, Trebellianicæ, Legitimæ, & quæ ejuſdem generis ſunt. Venet. in-4°. anno 1584.

MICHAELIS AB ISSELT, de bello Colonienſi libri quatuor; in-8°. Coloniæ 1584. [1]

[1] Amersfordiæ in ditione Ultrajectenſi natus, obiit 1597. Præter opus hîc relatum, emiſit, tectus nomine Jacobi Doccomenſis, Mercurium Gallo-Belgicum, ſeu Hiſtoriam rerum memorabilium ſub Philippo II, Hiſpaniarum Rege, ab anno 1566 ad annum 1594. Coloniæ, 1596, in-8°.

MICHAEL. MÆSTLINI, Conſecratio & Obſervatio Cometæætherei aſtronomica, qui anno 1580, menſibus Octobri,

Novembri & Decembri in alto æthere apparuit. Item descriptio terribilium aliquot & portentosorum Chasmatum quæ his annis 1580 & 81 conspecta sunt; Heidelbergæ, in-4°.

MICH. MENOTI, zelantissimi prædicatoris, ac sacræ Theologiæ quondam professoris, Ordinis Minorum, sermones Quadragesimales ad ipso olim Parisiis declamati. Item perpulcher tractatus de fœdere & pace ineunda, mediâ ambassiatrice Pœnitentiâ. Impres. Parisiis, in-8°, à Claudio Chevallonio 1526.[1]

[1] V. Biblioth. Crucimani Tom. II, pag. 127 & sequent. & Verderii, verbo MICHEL MENOT.

MICH. RIBERÆ, Malacitani, Ord. Prædicatorum, & collegii Hispalensis divi Thomæ collegæ, septem Declamationes de contemptione rerum humanarum, & virtutis excellentia. Coloniæ, in-8°. apud heredes Arnoldi Brickmanni 1573. Ejusdem de perfecto Theologo liber. Lugd. in-8°. apud Joannem Tornesium 1570.

MICH. SARRAVETII, de Petra sancta, Ord. Præd. regentis studii in conventu Minervæ de urbe, Quæstio de causalitate primi principii, de mente Philosophi & Averrois, in Romano gymnasio disputata contra Averroistas nostri temporis. Item Quæstio de principio individuationis contra Scotistas. Item Quæstio de subjecto Philosophiæ naturalis contra Scotistas. Item Quæstio de insolubilibus. Impres. Romæ, in-4°. per Jacob. Mazochium 1517.

MICH. SCRINII, Antiquitates nonnullæ; ut sunt Epitaphia, Elogia, Epigrammata, aliaque. Ejusdem Declamatio in laudem patientiæ. Regiomonti Borrussiæ, apud Georgium Osterbergerum 1583.

MONACHI LOMBARDI, Poëtæ Laureati, in Alexandri de Villa Dei Grammaticam, commentaria; impressa Rothomagi, in-4°. apud Robinetum Mace 1505.

MONACHI FLORENTINI, Episcopi Accomensis, Rhytmi de recuperata Ptolemaide; in-fol. sine ubi & quando. [1]

[1] Scribebat sub finem duo-decimi seculi. Versuum rhythmicorum quos de Ptolemaïde recuperatâ circiter nongentos composuit, specimen erunt hi quatuor, tempus captæ civitatis indicantes.

A Natali domini mille ducentorum,
Novem minus, spatium fluxerat annorum,
Accon, ferè circulis obsessa duorum,
Idus quarto redditur, annorum.

MONTANI, Repertorium in leges Hispaniæ. Salmanticæ, apud Petrum de Castro 1540.

M. VARRONIS, Genevensis J. C. & Cos. Ord. de motu Tractatus. Genevæ, in-8o. apud Jacobum Stoer 1584.

MONTERROSSII DE ALVARADO, Practica civilis & criminalis. Pinciæ, apud Franciscum Fernandez 1563.

M. DE ROAGNEZ, consilium oppressorum & vi spoliatorum.

MALLEUS HÆRETICORUM, sive de variis falsorum dogmatum notis atque censuris libri duo; in quibus universæ penè hæresis, eamque & cognoscendi & fugiendi ratio continentur; in-8°. Ingolstadii, apud David. Sartorium 1580.

MANUALE Parochorum & aliorum curam animarum habentium. Ingolstadii, in-4o. apud Davidem Sartorium 1582.

De MARTYRIO Sanctorum Tractatus ab anonymo quodam. Impr. in-4o. sine ubi & quando.

MEDIOLANI statuta cum apostillis Catelliani Cottæ. Mediolani, apud Jo. Anto. Castellioneum 1552. [1]

[1] Catellianus Cotta vivebat adhuc 1545. quo *Memoralia* ejus, sic enim inscripsit, Basileæ Oporinus edidit, in-fol. Lugduni postea in-8°. prodierunt.

MONUMENTA, S. Patrum Orthodoxographa. Hoc est, Theologiæ sacrosanctæ ac sincerioris fidei Doctores, numero

circiter LXXXV. Ecclesiæ columina, luminaque clarissima, auctores partim Græci, partim Latini, ob vetustatem & eruditionem venerandi, quorum quidam hactenùs non editi latuerunt. Basileæ, in-fol. excud. Henricus Petri 1569.

*MODUS vacandi, & acceptandi beneficia; auctore incerto.

MOTUS Proprii diversorum Pontificum à Gregorio VII, usque ad Gregorium XIII. Romæ, apud hered. Anton. Bladii 1579.

NATALIS COMITIS, universæ historiæ sui temporis libri 30 ab anno salutis nostræ 1545, usque ad annum 1581. Venetiis, in-fol. apud Damianum Zenarum 1581. *

* Notissimus inter Mythologicos Scriptor, Venetiis natus, creditur obiisse circà annum 1582. Vid. de eo Mem. Niceron. Tom. XXIX.

NATALIS TAILLEPIED, Ord. Franciscani, Commentarii in Threnos seu Lamentationes Hieremiæ Prophetæ. Parisiis, in-8°. apud Jo. Parant 1583. *

* Franciscanus, Pontisaræ natus, Theologiæ & Sacris Concionibus operam dedit. Inter ejus scripta, non spernenda sunt quæ de Antiquitatibus Rothomagensibus scripsit, sed quot anilibus fabulis, quot somniis refertus est ejusdem Liber Gallicus, cui titulus *Traité de l'apparition des esprits*. Obiit ann. 1589.

NATHANAELIS G. Aureliani, linguæ Gallicæ institutionum libri tres. Spiræ, in-8°. excudit Bernardus Albinus 1584.

NICANDRI JOSSII, Venafrani, Opuscula de voluptate & dolore, de risu, & fletu, de somno, & vigilia, de fame & siti. Romæ, in-4°. apud Francisc. Zanettum 1580.

NICODEMI

NICODEMI FRISCHLINI, Alemanni, Dido, Tragœdia ex 4. lib. Virgilianæ Æneidos; acceſſit ludorum Circenſium deſcriptio. Tubingæ, in-8°. apud Alex. Hockium 1581. Ejuſdem de ratione inſtituendi puerum, ab anno ætatis VI & VII, ad annum uſque XIV. Gyſſingæ, in-8°. excud. Joan. Manlinus 1584. [1] Ejuſdem Suſanna, Comœdia ſacra, in-8°. Tubingæ, excud. Alex. Hockius 1578.

[1] Poëta Latinus Balingenii in Ducatu Wittebergenſi, an. 1547, natus. Miſerabili lapſu, dum aufugere tentaret, ex altiſſimo carcere ubi detinebatur, fractis totius corporis membris, periit 29 Novembris 1590, ætatis 43. (Correptus propter quædam ſcripta nocentia). Videatur vita ejus apud Melchiorem Adamum & Mem. Niceron. Tom. XIX.

NICOLAUS ALENUS, Eſſentianus Anglus, ſcripſit Poëma, cui titulus Jupiter Pheretrius. Ex Græcis quoque Latinis verſibus reddidit Arati Phænomena. Pariſiis, in-4°. apud Andr. Wechelum 1561. [1] Ejuſdem Bucolicorum Eclogæ IV. Ibid. impreſſa.

[1] Hic Arati interpres paucis notus, nequidem J. A. Fabricio.

NICOLAI ASCLEPII BARBATI, Argumenta in Joſephum de Antiquitatibus, & de bello Judaïco; Coloniæ, apud Arnoldum Birckmanum. Ejuſdem Aſclepii Oratio complectens cauſas expulſi & reſtituti Ducis Wittebergenſis; Reſque in Suevia ab illuſtriſſ. Heſſorum Principe Philippo geſtas, tum pacis conditiones, mirè elegans & artificioſa; excuſ. Marpurgi, in-4°. per Franciſcum Rhodum 1534. [1]

[1] Prodierunt duo Epigrammatum ejus Libri, typis Simonis Colinæi, 1520, in-8°.

NICOLAI BARIANI, cauſa Vitalina de præcedentia Heremitarum & Minorum Fratrum. Cremonæ, apud Carolum Derlerium 1580.

NICOLAI BARTHOLOMÆI, Lochienſis, Prioris Beatæ Mariæ à bonis nuntiis apud Aureliam, Epithalamium Ludovici

Valesii & Mariæ, Anglorum Regis filiæ. Ejusdem Epigrammata. Parisiis, in-4o. apud Reginaldum Chaudiere. [1]

[1] De Nicolao illo Bartholomæo videantur Menagiana, Parisiis, 1715, edita, Tom. I. pag. 367.

NICOLAI BEGUINI, Rhemi, Eucharistiæ sive Dominicæ Cœnæ Institutio adversùs Misoliturgorum atque Calvinistarum blasphemias ac imposturas. Parisiis, in-8°. apud Nicolaum Chesneau 1564.

NICOLAI BONETTI, quatuor volumina, in Metaphysicam videlicet, naturalem Philosophiam, Prædicamenta & Theologiam naturalem, in quibus facili calle omnia ferè scibilia comprehenduntur, recognitaque per Laurentium Venerium, Venetum, in-fol. Venetiis, apud Octavianum Scotum 1505.

NICOLAUS BRISSÆUS, Montivillarius, scripsit Commentaria in Terentiani Mauri, Niliacæ Sienes Præsidis, de literis, syllabis, pedibus & metris tractatum. París. in-8o. anno 1531. [1]

[1] An ille Terentianus fuerit Præfectus Ægypti de quo Martialis, I. Epig. 86, viderit Brissæus, & quisquis cum eo sentit. Ut nomine, ita & Patriâ, Maurum fuisse idem Brissæus conjiciebat ex versu......

Maurus item quantos potui cognoscere Graios,

qui versus 3 est editionis Putschianæ veterum Grammaticorum, pag. 2417. Cardinalis verò Richelius, joculari errore, Terentianum Maurum putabat personam comicam esse cujusdam Terentianæ Fabulæ. Ita sanè Balzacius notavit Socratis sui Christiani sermone 10 & Ancillonius, Miscellanei critici, Tom. II, p. 488, edit. 1698, in-12. errorem eum ait inveniri *dans la Réponse du Cardinal aux Ministres de Charenton.*

NICOLAI BRIZARDI, Attigniensis Rhemi, Metamorphoses Amoris, quibus adjectæ sunt Elegiæ Amatoriæ; omnia ad imitationem Ovidii (quoad licuit) conscripta & elaborata. Parisiis, in-8°. apud Jo. Hulpeau 1556.

NICOLAI BUSCODUCENSIS, in Luciani Dialogos aliquot Scholia. Antuerpiæ, in-8°. apud Jo. Coccium 1540.

NICOLAUS CHAPPUSIUS, de mente & memoria libellum utilissimum scripsit; impr. Parisiis, in-4°. & in-16.

NICOLAI CHEMYNI, Aureliani, Antapologia adversùs Aurel. Albutii defensionem pro Andrea Alciato, contra Petrum Stellam. Parisiis, in-4°. apud Gerardum Morrhium 1531.[1]

[1] Albutius Apologiam pro Alciato scripserat adversùs Petrum Stellam, & Joannem Longovallium, Legum Doctores, cujus, ut à se lectæ, meminit Claudius Minos ad Alciati Emblema 142. Huic Apologiæ Nicolaus hic Cheminus, vernaculè DU CHEMIN, Antapologiam opposuit à Bailleto in suis *Anti* omissam. Franciscus Marius, Antiquit. Aurelianensium, pag. 555. Antilogiam inscribit.

NIC. CISNERI,* Oratio in funere illustriss. Hermanni Ludovici Palatini Rheni, Bavariæ Ducis, qui cum præceptore suo Nicolao judice, Hieron. Reinghio Augustano, Joanne Bellovaco Parisiensi, & nautâ ipso, in trajectu Avarici fluvii Biturigum, inversâ naviculâ, submersus est anno ætatis suæ 15; in obitumque ejusdem Iambici Senarii. Parisiis, in-4°. apud Andr. Wechelum 1557.

* In Palatinatu Mosbaci natus, Academiæ Heidelbergensis Literarum Professor, dein Rector. Obiit 6 Martii 1583, ætatis 54, non 53, ut malè numerat Melchior Adamus, si quidem in Epitaphio quod Adamus ipse refert, Cisnerum annos 53, menses XI, dies sex vixisse legitur. Vid. Mem. Niceron. Tom. XXII.

NICOLAI CRITICI, Annotationes in Virgilium. Venetiis, apud Franciscum Rampazetum.

NIC. ESCHIUS, Brabantinus, Presbyter, Margaritam Evangelicam, in quatuor libros divisam, ex Germanico idiomate Latinam fecit. Coloniæ, in-8°. excud. Melchior Novesianus 1545.

NICOLAI EYMERICI, Ord. Prædic. S. Theol. Mag. Inquisitoris hæreticæ pravitatis, in regnis Regis Aragonum, Directorium Inquisitorum, cum Scholiis D. Francisci Pegnæ, Hispani, S. Theologiæ & Jur. utriusque Doctoris; impr. Romæ, in-fol. in Ædibus populi Romani 1578.[1]

[1] Obiit 4 Januarii 1399, ætatis circiter 79. Biblioth. Dominican. Tom. I. pag. 709.

NIC. FORCLOT, ſcripſit Dialogum de re Grammatica, cui interlocutores Gymnaſtes & Palæſtrita; impreſſum Lemovicis, in-4°. per Paulum Berton 1526.

NIC. GRENIERI, Religioſæ domûs S. Victoris Pariſ. Monachi, Theſaurus præconiorum Deiparæ Virginis Mariæ, ex dictis authenticis contextus. Pariſiis, in-4°. apud Michaelem Fezandat 1539. *

* V. Bibl. Verderii verbo Nicole Grenier.

NIC. GRUDII, Piorum Poëmatum libri duo, videlicet, ad orationem Dominicam Meditationes, Heroïcâ periphraſi diffusè tractatæ. Ejuſdem Orationis paraphraſis verſibus Iambicis. Ad ſeptem illos Pſalmos, qui pœnitentiales nominantur, Proſodiæ heroïcæ totidem. Eomologeſis heroïca una. Exomologeſis Iambica una. Hymnus unus heroïcus, Divæ virgini matri dictus anno 1533, in Monte Serrato, qui eſt in Gotholania Hiſpaniæ. Epigrammata quædam varii generis, ad pietatem facientia. Epiſtola Heroïca ad Marc. Hieron. Vidam, Albæ Epiſcopum. Duæ item aliæ Epiſtolæ ejuſdem Grudii ad ipſum Vidam. Antuerpiæ, in-8°. apud Gul. Sylvium 1566. [1]

[1] Poëta notus obiit Venetiis 1571, inclyti illius Poëtæ Joannis Secundi frater. De utroque vid. Mem. Niceron. Tom. XVI & XX.

NIC. LAVACHIUS, Medicus Florentinus, Hippocratis de victu acutorum, ſive de Ptiſana, libros tres & Galeni commentar. è Græco in Latinum tranſtulit; in-4°. Florentiæ, per Bernardum Juntam 1533.

NIC. DE LESCUT, Anima juris civilis. Argentorati. *

* Vid. Bibl. Gallic. Verderii.

NIC. LIBURNII, de Copia & Varietate facundiæ Latinæ Opus eloquentiæ ſtudioſis perutile. Romæ, in-4°. anno Domini 1524. [1]

[1] Retulit librum hunc Liburnii Geſnerus in Bibliothecâ ſuâ. De Liburnio

& scriptis ejus italicis Antonius Franciscus Donius Bibliothecæ suæ *Librariam* etrûsce vocat parte I.

NIC. LUCARUS, Rhetor Cremonensis, scripsit Sermones funebres, impressos Lugduni, per Jacob. Modernum. Claruit anno 1490. [1]

[1] Fallor, aut sermones hi sunt ex Hortensii Landi Italico Latinè redditi; quos & eâdem linguâ vertit, aut potiùs pervertit Guillelmus Canterus Dornavii Amphitheatro insertos. Vide Bibliothecam Gallicam in voce CLAUDE DE PONTOUX.

NIC. MACCHELLUS, in gratiam juniorum Medicorum Almi Collegii Mutinensis scripsit Tractatum de morbo Gallico; impres. Venet. in-8°. apud And. Arrivabenum 1556.

NICOLAI PISONIS, Medici Lotharingi, de cognoscendis & curandis præcipuè internis morbis humani corporis, libri tres; ex monumentis classicorum Medicorum collecti; accessit & de Febribus liber. Francof. in-fol. apud And. Wechelum. [1]

[1] Frater Antonii Pisonis, itidem Medici, cujus librum Gallicum de Antiquis Numismatis habemus.

NICOLAI PLETII, Compendium de victûs ratione pro anni & ætatis partibus instituenda. Parisiis, in-8°. apud Viduam Claud. Chevalonii 1538.

NICOL. DE QUERQUETO, Liber auctoritatum cum explanatione dictionum in eisdem contentarum. Parisiis, in-8°. apud Antonium Verard 1512.

NICOL. REUSNERI, J. C. Leobergæ-silesii, Januarius, sive Fastorum sacrorum & historicorum liber primus, in-8°. Argentinæ 1584. [1] Ejusdem insomnia, sive noctes Juniæ Entheæ, cum epistolis aliquot clarorum virorum. Hilaria, sive Euphronæ pantheæ, quæ sunt redditæ sanitati, veluti Sostra quædam & hostimenta. Ejusdem Elesiæ, sive Apinæ, in Elapheboliis, sive cervicidiis Palatinis scriptæ; in-8°. Lavingæ, 1581.

[1] Obiit 12 Aprilis 1602, ætatis 38. De eo & ejus scriptis Melchior Adamus inter Jurisconsultos, item Mem. Niceron. Tom. XXVII.

NICOLAI SUDORII, in ſuprema Pariſiorum curia Præſidis inquiſitionum, Diſputationum civilium liber; in quo juris civilis quæſtiones complures, difficiles atque obſcuræ, accuratè tractantur. Lutetiæ, in-4°. apud Federicum Morellum 1578. Idem Sudorius Pythiam Pindari Latino carmine reddidit, in-8°. Pariſiis apud Federicum Morellum 1576. Idem Olympiam Pindari; ibidemque excuſam. [1]

[1] Nota Pythiam hîc & Olympiam ridiculè, pro Pythiis & Olympiis, ſcribi. Mirum autem de duobus aliis Pindari libris Latino itidem carmine à Sudorio redditis, Verderium tacuiſſe, qui biennio antequàm ſupplementum ſuum emitteret, eos cum prioribus editos videre potuerat. Impensè & ſanè nimiùm hactenùs laudata eſt Sudoriana hæc tranſlatio, quæ ut nævos alios omittam, non ſolùm à Pindari nobilitate immane quantùm abeſt, ſed ne Horatianam quidem attingit. Vitium tamen id fuiſſe temporis exiſtimo, quo certum eſt nullum ſani coloris Latinum carmen Lyricum enituiſſe. Nec ſuam alioquì Sudorio laudem invidebo, de quo ſic ad Bailletum, Tom. III, pag. 396, locutus ſum, editionis Oxonienſis occaſione. *Renouvellée à Oxfort & embellie*, mea ſunt verba, *de pluſieurs bonnes additions, entr'autres de la traduction en vers lyriques latins, à la manière de ceux d'Horace, par Nicolas le Sueur;* ſic enim legendum eſt, non ut edidit Typographus, qui vocum aliquot prætermiſſione, notam meam corrupit.

NICOLAI VITIGOZZII, Patritii Reipub. Raguſinæ, Commentaria in ſermonem Averrois, de ſubſtantia orbis & in propoſitiones de cauſis; in-4°. Venetiis, apud Bernardum Juntam 1580.

NONII MARCELLI SAIÆ, à Roccha glorioſa, in ſeptem Davidicos Pſalmos, Pœnitentiales vulgò appellatos, Oratoriæ Paraphraſes; excuſæ Pariſiis, in-8°. apud Martinum Juvenem 1558.

NARNIENSIS Synodi Acta & Decreta. Romæ, in-16, apud Georgium Ferrarium 1573.

NEAPOLIS Privilegia. Neapoli, apud Joan. Sultzbach 1536.

NEAPOLITANÆ Conſuetudines, cum Gloſſa Nappodani & Additis clarorum virorum. Neapoli, apud Jo. de Boy 1567.

In NOTARIORUM Excessus, Errores atque Peccata Compendium, naturalibus, theologicis ac legalibus rationibus exornatum; incerto auctore. Venetiis, in-8°. anno 1546.

OCTAVIANI BANDINII, Oratio habita Romæ in funere Sereniss. Cosmi Medices, magni Hetruriæ Ducis. Romæ, in-4°. apud Joseph. de Angelis 1574.

OCTAVIANI CONSTANTINI, Conchensis, Theognosia, communi hominum generi maximè utilis. Parisiis, in-4°. apud Pet. Cavellat. 1581.

OCTAVIANI MAGII, de Legato Libri duo, capitibus quatuor constans. Primus, de Legati dignitate differit. Secundus, de Legati officio. Tertius, quibus in primis artibus, ac doctrinis Legatus debeat esse instructus. Quartus, quibus præcipuè virtutibus, atque ornamentis Legatum oporteat esse præditum. Venetiis, in-4°. anno Domini 1561. [1]

[1] Naudæi Bibliographia Politica laudat in Octaviano Magio elegantiam styli, desiderat rerum ubertatem & varietatem.

ODOARDUS BARBARUBEA, citatur à Joanne Bapt. Asinio, J. C. Florentino, in commentariis ad titulum digestorum de Religiosis & sumptibus funerum, ubi verba quædam ipsius Odoardi de ritu regni Narsingæ refert.

ODONIS, Cancellarii Parisiensis, flores sermonum & Evangeliorum Dominicalium. Parisiis, in-4°. Jodocus Badius 1520.

OLIVERIUS GUIDOCTUS, Colligena, è Græco in Latinum vertit Theodoreti de divina Providentia orationem undecimam. Venetiis, in-8°. apud Nicol. Bevilaquam 1565. [1]

[1] Mirum J. A. Fabricium Bibliothecæ suæ Græcæ, lib. v, c. xi, pag. 437, hujus undecimæ Theodoreti de Providentiâ Orationis non meminisse.

OLIVERII DE TYON, Doctoris Theologi, magni Magistri Regalis Collegii Navarræ, Oratio ad Dom. Anton. à Prato, Cancellarium Franciæ, pro absolutione Consiliariorum & Officiariorum Universitatis Parisiensis, nec non pro exemptione decimæ virorum Scholasticorum ejusdem, habita anno Domini 1518; impressa Parisiis, apud Jo. Parvum.

OLIVERIUS POPARDUS, Sammaxentinus Picto-Medicus, Hippocratis Aphorismos, ordine quàm anteà meliore, composuit & Latinos fecit. Rochellæ, apud Haultinum 1580. Ejusdem Popardi Cl. Galeni de methodo medendi libri 14 in compendium redacti. Ibidem 1581.

ONUPHRII PANVINII, Veronensis, * De præcipuis urbis Romæ sanctioribusque Basilicis, quas septem Ecclesias vulgò vocant, Liber, post obitum auctoris editus. Romæ, curâ Horatii Bladi, Typographi 1570. De antiquitate, historia, & viris illustribus civitatis Veronæ, Lib. 10. De antiqua apud Gentes religione, vel potiùs superstitione, videlicet de sacrificiis, auguriis, haruspicinis, sortibus, sacris epulis, ludis scenicis, gladiatoriis & feriis Lib. 12. Chronicon universale à principio mundi, cum nova quadam justissima annorum inventione, in quo explicantur, inter alia, ampliùs centum sacræ scripturæ loci in ratione temporum. De varia creatione Papæ, sive Romanorum Pontificum, Lib. 5. In quibus ea omnia enarrantur quæ inter infirmitatem & mortem unius Papæ, & creationem & coronationem alterius acciderunt, cum legibus super his emanatis, à S. Petro, usque ad Pium IV. De ritu sepeliendi mortuos apud veteres Christianos, & eorumdem cœmeteriis Lib. 1. Interpretatio multarum vocum ecclesiasticarum, quæ obscuræ vel Barbaræ videntur Lib. 1. Vigintiseptem Pontificum Romanorum elogia & imagines æneis typis ad vivum delineatæ. De dignitate sedis Apostolicæ & potestate Papæ adversùs auctores Centuriarum. De origine Cardinalatûs, Lib. 1. Vitæ Patriarcharum quatuor primarum sedium, Lib. 1. De ludis Circensibus,

bus, lib. 2. De ludis Secularibus, lib. 1. De antiquis nominibus, & familiis Romanorum. De origine Sibyllarum, & earum carminibus. Historiam Platinæ de vitis Pontificum Rom. longè quàm anteà emendatiorem, annotationumque accessione illustriorem reddidit, cum adjunctione à Xisto IV, usque ad Pium V. Omnia hæc Romæ impressa. Decessit Panormi, dum Alex. Farnesium Card. Vicecanc. in Siciliam prosequeretur, agens annum ætatis suæ quadragesimum.

* Indefessus Scriptor Veronensis, quo Patria jure gloriatur, plurimos præstantes libros composuit, & utilitatis notæ, inter quos secernendi, qui ad Antiquitates Romanas spectant. Augustinianorum Religionem amplexus erat. Obiit Panormi 1568, æt. 40 inchoato. Vid. Mem. Niceron. Tom. XVI & XX.

ORLANDI DE LASSO, Musicorum apud Sereniss. Ducem Gulielmum, Rectoris, Psalmi Davidis Pœnitentiales, modis musicis redditi, atque antehàc nunquam in lucem editi. His accessit Psalmus Laudate Dominum de cœlis, quinque vocum. in 8°. Monachii 1584. *

* Celeberrimus XVI seculi, Musicarum Compositionum Auctor, natus Monte-Hannoniæ, artem suam apud varios Europæ Principes, professus, obiit Monachii 13 Junii 1593, ætat. 73, secundùm Melchiorem Adamum in ejus vitâ. De illo vulgatum carmen

Hic ille Orlandus, lassum qui recreat orbem.

Vernaculum ejus nomen ROLAND LASSI.

OSWALDUS SCHRECKENFUCHSIUS, Sphæram mundi, auctore Rabbi Abrahamo, Hispano, filio R. Haijæ & Arithmeticam Rabbi Eliæ Orientalis ex Hebraico in Latinum sermonem vertit; impres. Hebraicè & Latinè, Basileæ, in-4o. *

* Obiit 1579.

ONUS ECCLESIÆ, auctore ignoto; excus. in-fol. typis Joannis Weyssenburger 1524. [1]

[1] Georgius Calixtus operis sui de Conjugio Clericorum, pag. 439, de hoc scriptore ita loquitur: *Auctor libri qui* ONUS ECCLESIÆ *inscribitur*,

nempè Joannes Episcopus Chiemensis, Saltsburgensis Archiepiscopi Suffraganeus, sed quando vixerit non indicat.

ORDINAMENTUM Regale Hispaniæ. Compluti, apud Sebast Martinez 1565.

ORDINAMENTUM Regale novum regni Castellæ. Compluti, apud Andream Angulum 1567.

PAGANI PAGANINII, Licianensis, Diversi generis Scripta vario carminum genere. Florentiæ, in-4°. apud Georg. Marescotum 1565.*

* Floruit eodem seculo & eodem tempore Poëta Germanus, nomine *PETRUS PAGANUS*, Poëseos & Historiæ Professor in Academiâ Marpurgensi, qui obiit 29 Maii 1566. Cujus carmina latina varii generis tantam affinitatem habent, cum scriptis Pagani Paganinii, ut ejusdem Auctoris esse videantur. Scripta Petri Pagani, lepidâ hilaritare commendanda sunt.

PALMONII, Alphabetum seu Elementarium, HEBRAICUM jam primùm editum operâ Ambr. Frichii, publici literarum Hebræarum Professoris; in-8°. Parisiis, apud Martinum Juvenem 1567.

PAULI CLARANTIS, Interamnatis Nahartis, Epitome in librum de Paschatis Chronologia ejusdem auctoris, in-4°. Venetiis, 1576.

PASCHASII HAMELLII, Regii Mathematici, Commentarius in Archimedis Syracusani, præclari Mathematici, librum de numero arenæ. Lutetiæ, in 4°. apud Gul. Cavelat 1557.

PAULI FUSCHI, Episcopi Sarnensis, de Visitatione, & Regimine Ecclesiarum libri duo. Romæ, in-4°. apud Vincentium Accoltum 1581.

PAULUS ISRAELITA, scripsit de 613 Mosaicæ Sanctionis edictis. Ejusdem Philosophica, Prophetica ac Talmudistica pro Christiana veritate tuenda cum juniori Hebræorum Synagoga Disputatio. Ejusdem in cabalistarum, seu allegorizantium, eruditionem Isagogæ. Ejusdem de novem doctrinarum ordinibus & totius peripatetici dogmatis nexu Compendium, Conclusiones, atque Oratio; omnia hæc excusa Papiæ, in-4o. per Jacobum de Burgo Franco 1510. *

* Idem atque infrà PAULUS RICIUS.

PAULUS LEONIS, in L. qui Romæ §. duo fratres D. de verb. obligat. Ferrariæ, apud Franciscum Rubeum 1557. Idem in L. Gallum. Venetiis, apud Marcum de Maria 1563.

PAULI RICII, [1] Physici Cæsarei, in Apostolorum Symbolum elegantissimus, juxtà Peripateticorum morem, Dialogus; impres. Papiæ, in-4°. per Bernardinum de Garaldis 1517.*

[1] Paulus Ricius non debebat distingui à Paulo Israëlita, qui omninò idem est; undè Pantaleoni Paulus Ricius Medicus Israëlita dicitur. De eo àdhuc vivente loquitur Erasmus, scribens Bilibaldo Pirckeimero 28 Augusti 1525, immò & 14 Maii 1533 scribens Viglio Zuichemo.

* Paulus Ricius natus in Germaniâ, ex Judæo patre; ad fidem Christianam conversus, Philosophiam in Academiâ Papiensi professus est multâ cum laude, tum ab Imperatore Maximiliano II in Germaniam accitus, Medicis ejus aggregatus est. Doctrinâ, morum ingenuitate, modestiâ & probitate fuit commendandus; in variis operibus quæ edidit, multa Paradoxa, quale illud, *cœlos animatos esse:* decimo-sexto seculo floruit.

PETRI DE ALIACO, Cardinalis Cameracensis, de squaloribus Romanæ curiæ Libellus, ante annos centum & quinquaginta conscriptus; impressus, cum ejusdem de Aliaco altero libello de Reformatione Ecclesiæ, Basileæ, in-8°. apud Nicolaum Beylingerum 1551. [1]

[1] Malè hîc item *Petrus ab Aliaco* distinguitur à Petro de Aliaco, & pejùs adhuc Petrus de Aliaco Regis Caroli VI, Cœlestinorum Fundatoris, Confessarius appellatur, cum certum sit Cœlestinorum Fundatorem non fuisse Carolum VI, cui Petrus de Aliaco cœpit esse à Confessionibus, sed Carolum V, novem ante annis mortuum.

PETRUS AB ALIACO, Navarrici Gymnasii, quondam Archididascalus, nec non Regis Caroli Quinti[1], Cœlestinorum Parisiensium Fundatoris, Confessarius, scripsit Vitam beatiss. Patris D. Petri Cœlestini Quinti, Pontificis Maximi, Ordinis Cœlestinorum Institutoris eximii, qui summo tandem Pontificatui renunciavit. Parisiis, in-4°. apud Franciscum Stephanum 1539. [1]

[1] Nomen hoc, quod idem ac prius esse jam monui, plures alias mutationes passum est à Bælio notatas, quales sunt Petrus Alliacensis, Alliacus, Ailliacus, ab vel de Alliaco, Alyaco, &c. præter quas Gesnerus habet de Haliaco & Eliaco. Non ut multi falsò dixere Germanus fuit, sed Gallus, ex obscuro Picardiæ, propè Compendium vico, *Ailli*, dicto. Obiit 1425, æt. 76. V. multa de eo in notis ad Crucimanium, verbo PIERRE D'AILLY, Tom. II, pag. 245 & 246.

PETRI ANGELI [1] BARGÆI *, Historici & Poëtæ Regii, Syriados liber primus & secundus. Lutetiæ, in-fol. apud Mamertum Patissonium 1582. Præter Cynegetica, scripsit etiam Ixeutica seu de Aucupio Lib. I & carminum Libros V, in Bibliothecæ Gesneri Epitome nondùm adscript. impress. Florentiæ, in-8°. apud Juntas 1568.

[1] Non Angeli, scribendum erat, sed Angelii, quod nomen ejus familiæ fuit, vocabatur enim Italicè ANGELIO. Miror autem Historicum & Poëtam Regium dici, qui sub Regum Imperio non vixit, nec de titulis ejusmodi impetrandis cogitavit. Pro Regii legendum opinor egregii. Obiit 1596, ætatis 79.

* Bargæum (*Bargé*) Pagus Etruriæ, ubi natus Petrus Angelus, qui validè Petro Strozzi urbem Pisas obsidenti, cùm discipulis suis, pro libertate obstitit.

PETRI ANTONII ANSELMI, Commentaria in L. Celsum de Usucapionibus. Florentiæ, apud filios Torrentini 1564.

PETRUS ANTRAVANENSIS, Ordinis Fratrum Prædicatorum, edidit metro auream Summam, de fuga vitiorum nuncupatam, cùm omnibus quidem vitiorum osoribus perquàm utilem; tum concionatoribus, supra quæ dici potest, maximè ne-

cessariam; impressam Tolosæ, in-8o. apud Antonium Maurin & Gaston Recolene, anno Domini 1520. [1]

[1] Tolosanus erat. Summam, de quâ hîc agitur, Elegiaco metro scripsit; obiisse verò creditur anno circiter 1498.

PETRI APOLLONII COLLATII, Presbyteri Novariensis, excidii Hierosolimitani libri quatuor versibus hexametris. Parisiis, in-8o. Est etiam insertus in Bibliotheca Sanctorum Patrum. *

* Sacerdos Novariensis, in Ducatu Mediolanensi, decimo-quinto seculo Poëma hîc citatum composuit. Illum Elias *Dupin* Bibl. Eccles. optimorum poëtarum numero adscribit; multa de eo in Notis Bernardi Monetæ ad Bailletum, Tom. IV, pag. 288.

PETRI [1] AUREOLI, Ordinis Minorum, * Compendium Bibliæ totius, hoc est, Epitoma sacræ scripturæ juxta literalem sensum. Argentinæ, in-4o. excud Joan. Schottus 1514.

[1] Gallicè PIERRE D'ORIOL, à Patriâ Verberiâ ad Œsiam, Picardiæ fluvium, dictus Petrus de Verberiâ. Factus Aquensis Archiepiscopus. Compendium autem de quo hîc Verderius, non omisit Gesnerus, qui ex Trithemio id refert, inscriptum *Breviarium Bibliorum.*

* E Franciscanorum Familiâ fuit Petrus d'Oriol, factus Archiepiscopus Aquensis 1321. *Breviarium Bibliorum* an. 1341 scribebat, ut refert Dionysius Sammarthanus novæ *Galliæ Christianæ* Tom. I, pag. 321.

PETRUS BARROCIUS, Patricius Venetus, Episcopus Patavinus, scripsit de ratione benè moriendi Libros 3. Consolatorios. Officium ad deprecandam pestilentiam. Officium ad impetrandam Pluviam. Officium ad aëris serenitatem poscendam. Omnia hæc impressa Venetiis, in-8o. per Joan. Antonium de Sabio, anno Domini 1531. [1]

[1] Obiit Petrus Barozzius 10 Januarii 1507, ætat. 76.

PETRI DE BAYRO, Medici Taurinensis, Theoricæ Lectoris Ordinarii, Lixoperita [1] perpetuæ Quæstionis & annexorum solutio; de Nobilitate facultatis, utrùm Medicina & Philosophia sint nobiliores utroque jure, scilicet Civili & Canonico; & qui

Reipublicæ literariæ detrimento, & in illius memoriam mihi visum est Epitaphion, quod in ejus tumulo incisum est, adscribere. PETRO CIACONIO, PRESB. TOLETANO, IN QUO MULTIPLICIS DOCTRINÆ COPIA CUM VITÆ AC MORUM INTEGRITATE CERTABAT. QUI A GREGOR. XIII, PONT. MAX. SANCTOR. PATRUM LIBRIS SACRISQUE CANONI. ET SACROS. BIBLIIS PERPURGANDIS PRÆPOSITUS, IN EO MUNERE OBEUNDO, JUDICIO, FIDE, AC DILIGENTIA PRÆSTITIT. ECCLESIA S. JACOBI HISPANOR. QUI URBEM COLUNT, HÆRES AB EO INSTITUTA, MONUMENT. HOC POSUIT. VIXIT ANN. LVI. OBIIT ANNO M. D. LXXXI, VII CALEND. NOVEMB.

* P. Ciaconius Toleti natus, an. 1525, Presbyter, Romæ majorem ævi sui partem transegit, ubi præpositus fuit à Gregorio XIII Sanctorum Patrum Libris, Sacrisque Canonibus, & Sacro-sanctis Bibliis repurgandis; paucis contentus amicis & probatissimis, à communi hominum, præcipuè magnatum consortio semotus vivebat; Horatianum illud frequenter in ore habens:

Dulcis inexpertis cultura potentis amici,
Expertus metuit.

Obiit an. 1581, ætat. 56: — Nullæ hactenùs Ciaconii in Senecam notæ prodierunt & harum, quòd sciam, nemo præter Verderium meminit. V. de eo Mem. Niceron. Tom. XXXVI, pag. 180.

PETRI CIJAR, Ord. Sanctæ Mariæ de mercede redemptionis Captivorum, Tractatus de potestate Papæ & votorum commutatione in redemptionem Captivorum, ingeniosas decretorum ac Theologorum auctoritatibus argutissimè probatas quæstiones continens. Parisiis, in-4°. excud. Joannes de Gourmont 1506.

PETRI CIRVELLI, Darocensis, Theologi simul & Philosophi, Cursus quatuor Mathematicarum artium liberalium. Compluti, in-fol. apud Michaëlem de Eguia 1526. [1]

[1] Francisco Ximenio Cardinali carus, innotescere primùm cœpit Commentariis in Sphæram Joannis de Sacrobosco, Lutetiæ, 1498, non, ut malè Gesnerus & Simlerus, 1468 editis.

PETRI CORBELINI, Cenomani, de divino Missæ Sacrificio

cio opuſculum. Ejuſdem de hæreticorum confutatis Opinionibus Libellus, vana & futilia hæreſiarcharum refellens deliramenta. Toloſæ, in-4°. apud Euſtachium Mareſchal 1523.

PETRUS CORVESIUS, Edicta, ſeu Decreta veterum Imperatorum ac Juriſconſul. in tit. de pactis. ff. & C. nunc primùm in artem reduxit. Lugduni, in-8°. apud Jo. Torneſium 1552.

PET. COTEREAU, Schedulare Magiſtratuum, Magiſtratus Gallicos ad germanam juris civilis normam priſcis Romanorum Magiſtratibus conferens, ex opulentiſſ. juriſconſultorum ſcrinio depromptum, controverſiis forenſibus addictis oppidò quàm neceſſarium. Pariſiis, apud Galeotum à Prato 1525.

PETRUS DE CRUCE, Hiſpanus, Ord. Minorum, edidit opus * Antiminorica vocatum, adversùs Minoricam fratrum dictorum de Obſervantia. Venetiis, in-8°. per Simonem de Luere 1505.

* Hoc Anti omiſit Bailletus.

PETRI DAILLEFOT, aliàs Billerey, Salinenſis Canonici, Grammàtices Principia ſeu Fundamenta. Lugd. apud Anton. Volant 1562.

PETRUS DIACONUS, ſcripſit librum de viris illuſtribus montis Caſſini. [1]

[1] Vivebat adhuc 1140. Liber autem de quo hìc Verderius, tunc ineditus, multò poſt, anno ſcilicet 1666, Lutetiæ prodiit, Joannis Baptiſtæ Mari notis illuſtratus, in-8°.

PETRI DIESTHEMII Homulus, Comœdia lepida & pia in rem Chriſtiani hominis adprimè faciens. Coloniæ, in-8°. apud Gaſparem Gennepæum 1537.

PETRI DUODI, Franciſci filii, Patritii Veneti, Peripateticarum de Anima diſputationum Libri ſeptem. Venetiis, ex Typographia Dominici Guerrei 1537.

PETRI FLORES, Sermo ad ſacrum Senatum Cardinalium de eligendo Julii ſecundi ſucceſſore.

PETRI GALESINII, Protonotarii Apoſtolici, Martyrologium S. Romanæ Eccleſiæ uſui in ſingulos anni dies accommodatum, cum notationibus multiplici antiquitatis eccleſiaſticæ doctrinâ cumulatis. Venetiis, in-4°. apud Antonium de Antoniis 1578. Is ſingulari pietate & doctrinâ præditus nunc floret Mediolani, & ad publicam utilitatem natus, nunquam in præclariſſ. libris ſcribendis & univerſâ antiquitate eruendâ non vigilat, ita ut quamplurima opera editioni parata habeat, quorum catalogum ad quemdam meum amicum huc Lugdunum miſit, qui mihi ejus copiam fecit; huncque in hoc meum ſupplementum de verbo ad verbum tranſcripſi, hoc animo, ut, cognitis ejus viri tam dignis & laborioſis lucubrationibus, reperiantur qui editionem approperent. Et hujuſmodi eſt Catalogus. Conciliorum Volumina octo à Petro Galeſinio Canonibus tam Græcis, quàm Latinis edita; multis item partibus aucta: Notationibus præterea in quibus emendationis ratio conſentienſque Canonum diſciplina & antiquitatis ſplendor elucet præclarè illuſtrata. Commentarii in ſacros Bibliorum libros, ex locis quos & Latini & Græci Patres variis commentariis & concionibus explicarunt. Acceſſit omnis locorum editio ex ſeptuaginta interpretibus, Aquila, Theodotione, Symmacho, Luciano Martyre, Hebræo, Chaldæo, Arabicoque codice collecta. De Republica Catholica L. xx. quibus & Barbararum Gentium idola colentium, & Judæorum & Mahumetanorum, & Hæreticorum, & aliorum à doctrina Catholica quovis modo diffidentium impietate disjectâ, præclarè elucet forma ſacroſ. Cathol. Eccleſ. Romanæ. De divinis lectionibus Libri x. Chriſtiani orbis Theatrum, in quo Jeſu Chriſti Domini fides ad ſingulas Europæ, Aſiæ, Africæ provincias & urbes propagata ſpectatur. In literis politioribus diù verſatus, rerum etiam Eccleſiaſticarum ſtudia amplexus, ſacræ doctrinæ uſu literatè peritus, hæc ſcripſit, in lucemque edidit. Primò,

Sancti Gregorii Nysseni librum de Virginitate Latinè interpretatus est; quem Paulus Manutius, sumptibus Pontificiis, Romæ in lucem emisit, anno 1562, formâ quadratâ. Ejusdem Nysseni conciones de beata vita comparanda, & alias item de oratione Dominica convertit, Romæ itidem typis Manutianis impressas, formâ quadratâ. S. Eucherii opera, multis mendis aspersa, emendavit; quibus operibus epistolam, & doctam, & elegantem inscripsit. Omnia Romæ in lucem emissa, in-fol. amplo, anno 1563. Sulpitii Severi historiam correxit, Scholiis explicavit, notationibusque illustravit; quam Paulus etiam Manutius, impressione Romanâ, emisit, anno 1564. Theodoriti commentariis in Cantica Canticorum, epistolam luculentam, valdeque eruditam adscripsit, Romæ impressam, anno 1563. Aliam item libris Rhetoricæ Ecclesiasticæ, Augustini Valerii, Episcopi Veronensis, adjunxit; quæ Mediolani primùm, deindè Parisiis edita est. Sulpitio Severo, Dorothæi Episcopi Synopsim adjunxit, quam certis quoque annotationibus exornavit. Salviani Episcopi libros, de providentia Dei, antiquorum exemplarium auctoritate correxit; qui Romæ itidem editi sunt, in-fol. amplo, anno 1564. Catechismi Romani partem, præsertìm quæ ad Decalogum pertinet, Latinè, & splendidè exposuit. S. Barbaræ Virginis, & martyris vitam, à Damasceno & Arsenio Græcè scriptam, Latinè reddidit; quam deindè breviter explicatam, Surius retulit in volumen sextum de vitis Sanctorum. Sancti item Petronii, Episcopi Bononiensis, vitam, ex sacris monimentis collectam, certis lectionibus explicavit; quæ in libro officii de eodem sancto adscripta, Bononiæ prodiit in lucem. Synodos multas, præcipuè Mediolanenses, Vercellenses, Brixienses, Placentinas, & alias scripsit; quæ jampridem editæ sunt. Acta Ecclesiæ Mediolanensis, literis mandavit, & edidit. Mediolani, anno 1581. Tabulas diptychas Archiepiscoporum Sanctæ Ecclesiæ Mediolanensis, Episcoporum Vercellensium, Novariensium, Brixiensium, & aliorum composuit, atque emisit. Martyrologium Romanum, Latinis literis explicavit, notatio-

nibusque ornavit; quod primùm Mediolani, deindè Venetiis editum est, formâ quadratâ, anno 1578. Homiliarii Ambrosiani volumen in epistolam, benè longam, & actorum Ecclesiæ Mediolanensis plenam adscripsit, Antuerpiæ à Plantino editam. Sanctorum vitas, de quibus in Ecclesia Mediolanensi fit mentio, conscripsit, quæ in ejusdem Ecclesiæ Breviario, editæ sunt anno 1582. Alia præterea multa opera confecit, quæ Mediolani inprimis prolata sunt in lucem. Sancti Gregorii Nazianzeni Theologi opera à Petro Galesinio conversa, Commentariis Patrum Græcorum & notationibus suis illustrata. Sancti Basilii opera ab eodem Galesinio conversa; ejusdem in Isaïam Prophetam & Evangelistas, Commentarii. Multæ prætereà de moribus orationes, complures epistolæ plurimaque alia, quæ nunquam anteà in vulgus edita, jam summo studio ab eodem quæsita, in lucem exeunt; additis in extremo volumine notationibus, ex veterum Patrum sententia depromptis in eos præsertìm locos, quibus improba eorum, qui de Catholica fide malè sentiunt, temeritas maximè rejicitur. Sed hæc ipsa, atque adeò omnia, quibus ejus industriâ auctus Basilius est, atque ornatus, ex epistolis Translatoris faciliùs ipse cognosces. Theophylacti, Archiepisc. Bulgariæ, Commentarii in sacrosancta quatuor Evangelia, eodem Galesinio interprete. Lucubrationes item Patrum tam Latinorum, quàm Græcorum, ex variis eorum libris ab eodem adjunctæ ad S. Evangelii explicandi usum. His prætereà accesserunt notationes; quibus in primis vulgata editio defenditur. Pastorales libri ab eodem Latini emendati & Græci conversi. Ejusdem Bibliotheca Ecclesiastica, in qua, rejectis memoriæ damnatæ Auctoribus, omnes omnium temporum scriptores numerantur, atque explicantur; qui de divinis, sacris, ecclesiasticisque rebus aliquid vel Latinè, vel Græcè, vel Hebraïcè etiam, Syrè, Aramicè, Arabicève literis prodiderunt. Ejusdem item Præfationes & Monimenta præclara. Historiæ Ecclesiasticæ Catholicæ volumina quindecim ab eodem P. Galesinio contexta. Historia summorum Pontificum à Bartholomæo Platina conscripta, & à Galesinio multis locis

emendata, notationibusque diligenter aucta atque illustrata. De vitis Sanctorum, Tomi XII. primùm à Laurentio Surio contexti, deindè à Petro Galesinio aucti, luculentisque notationibus illustrati. De divinis Ecclesiæ Catholicæ Officiis, eorumque Ritibus & Cerimoniis, scriptorum & Latinorum & Græcorum libri à Petro Galesinio collecti; Notationibus item omni antiquitate refertis explicati. Epitome præterea librorum Rationalium, quos de divinis officiis Guliel. Durantius confecit, ab eodem enucleatè præscripta. P. Galesinii Philippicæ orationes de sempiterno contra Turcas bello; ad Sanctiss. Patrem Gregor. XIII, Pont. Opt. Max. & reliquos Christianæ Reipubl. Principes. Catechismus Romanus, Petri Galesinii commentariis dilucidè explicatus, quos è fontibus Patrum accuratè hausit. Catechismus Romanus Latinè, Græcè, Hebraïcè, Syrè, Arabicè, Æthiopicè, Illyricèque conscriptus ad universas Christianas nationes. Theatrum Pontificale, in quo Tabulæ spectantur summorum Pontificum Romanorum; ac præterea Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, Episcoporum qui omni tempore in universa Dei Ecclesia extiterunt, eodem P. Galesinio auctore. Thesaurus Latinæ Ecclesiasticæ elocutionis, ad graviter & Apostolico Pontificioque more scribendi usum è Pontificum Patrumque veterum monimentis ab eodem Galesinio collectus. M. Tullii Ciceronis opera; clarissimorum virorum exquisitâ industriâ & studio singulari emendata, Lucubrationibus item & eruditissimis explicata P. Galesinii commentariis; quibus cùm omnis antiquitas ratioque Reip. Rom. declaratur, tum Latinæ in primis elocutionis doctrina ad perpetuum rectè & dicendi, & scribendi usum exponitur, diligentiùs illustrata; Imper. Radulpho Austrio Cæs. Augusto dicata.

PETRI GALLISARDI, Araquæi, Pulicis Encomium, Physicâ ratione tractatum. Lugduni, in-8°. apud Jo. Tornæsium 1550. *

* Obiit 1577.

PETRI GAY, Regulæ Grammaticales. Parisiis 1510. Ejusdem Lilium Grammaticale.

PETRI GEMELLII, de obitu illustriss. Principis Ludovici Borbonii, Cardinalis, Oratio funebris. Parisiis, in-4°. apud Andr. Wechelum 1557. *

* Jumel Gallicè vocabatur.

PETRI JACOBI DE AURELIACO, Gallici juris civilis Doctoris, Practica libellorum cum additionibus; impressa Lugduni, in-4°. per Anton. Lambillon & Martinum Sarrazin 1492. *

* Obiit sub finem seculi 15.

PETRUS LAMONIUS, * Adolescens vixdum 15 annos natus, Poëma conscripsit cui titulus Martigius, seu Deploratio calamitatum Galliæ. Item Cliniades, sive altera calamitatum Galliæ Deploratio. Parisiis, in-4°. ex Typographia Dionysii à Prato 1570.

* Gallicè *Lamoignon*. Poëma hic citatum Romæ scriptum, vulgò cum Theodori à Beza carminibus editum, cujus auctor anno 1584 obiit, ætatis, ut communiter creditur, 29. Vid. Loisel, Dialog. pag. 700, & Bailleti, Tom. VI, pag. 82. Duplicem tribuunt originem nomini *la Moignon*. Alii volunt factum à voce Gallicâ *le Mognon*, Mancum designante; alii, inter quos Menagius, à voce *Amognes*, Ducatûs Nivernensis tractu quodam sic dicto, in quo septem aut octo Parœciæ ab Abbatiâ Cluniacensi pendent, quæ vox *Amognes* est corruptio vocis *Moine*. Lamoniorum familia ex hoc tractu oriunda est, quorum unus professione Advocatus, erat Ducissæ Biturigum à gerendis negotiis ineunte 16 seculo; ex eo nata est series tot Magistratuum illustrium, inter quos plurimi Senatûs Parisiensis Principes, Præsides infulati, & novissimè Galliæ Cancellarius.

PETRI LEONIS, Vercellensis, Orationes, Epistolæ, Epigrammata. Mediolani, in-4°.

PETRI DE LESNAUDIERE, Opusculum de Doctoribus & privilegiis eorum. Parisiis, in-8°. apud Franciscum Regnaud. *

* Vid. Biblioth. Gall. Verderii.

PETRI LIZETII, Juriſconſulti, dum ſequentem componeret librum, in ſupremo Francorum Conſiſtorio Regii Advocati, & poſteà Abbatis Commendatarii Sancti Victoris, ſummique Senatûs Pariſienſis Protopræſidis, De mobilibus Eccleſiæ Præceptionibus Tractatus ſex libros continens. Ejuſdem de ſacris utriuſque inſtrumenti libris in vulgare eloquium minimè vertendis, rudique plebi haudquaquam invulgandis, Dialogus inter Pantarchæum & Neoterum. Ejuſdem de Auriculari Confeſſione Lib. 1; de Monaſtico inſtituto Lib. 1; de hujuſce ſeculi cæcitate, ac circumventione Dialogus inter Spiritalem & Mundanum; quæ omnia excud. Lugd. in-4°. Sebaſt. Griphius 1552. [1]

[1] Obiit Petrus Lizetus 7 Junii 1554. Vid. multa de eo in notis ad Crucimanium verbo PIERRE LIZET, Tom. II, pag. 293.

PETRI MAMORIS, Notulæ de verborum naturis. Lugd. in-8°. per Claudium Nourry 1512. Ejuſdem Medulla Grammaticæ arboris. [1]

[1] Gallicè PIERRE MAMOUR vocabatur. Liber ejus in-4°. habetur, nullâ temporis neque loci appoſitâ notâ, Typis Gothicis excuſus, & inſcriptus *Flagellum Maleficorum, editum per eximium ſacræ Theologiæ Profeſſorem, Magiſtrum Petrum Mamoris, nationis Lemovicenſis, Canonicum Eccleſiæ beati Petri Xanctonenſis, Almæ Univerſitatis Pictavienſis Regentem egregium.* Dicatum eſt Ludovico de Rupe Cavardi, de *Rochechouart*, Santonum Epiſcopo circà 1470.

PETRI MANXIRON, Adoleſcentis Alverni, Caſuum quorumdam quibus mortis pœna imponitur, nonnullorum quibus quis liberatur; aliorum quibus infamiæ cauſâ irrogatur, congeries. Ejuſdem Epigrammata. Toloſæ, in-8°. excud. Guido Boudevillæus.

PETRI MARTINES, Toletani à Brea, in Philoſophia Magiſtri atque ſacræ Theologiæ Doctoris, in Seguntina Academiâ Primarii Profeſſoris, in tres libros Ariſtotelis de Anima Commentarii. His acceſſit individuus & inſeparabilis comes, Tractatus ejuſdem, quo ex peripatetica ſchola animæ noſtræ immortalitas

asseritur & probatur; excuf. Segunti, in-fol. apud Joannem Gatianum 1575. [1]

[1] Quæ urbs hîc *Seguntus* dicitur, vulgò *Siguenza*, est urbs Castellæ novæ.

PETRUS MARTRESIUS, J. C. scripsit ad L. veteribus de pactis ff. Ejusdem in aliquot Jureconsultorum locos notæ. Parisiis, in-8°. apud Jacob. Kerver.

PETRI DE MONTE, Veneti, Episcopi Brixiensis, Monarchia, in qua generalium Conciliorum materia de potestate & præstantia Romani Pontificis & Imperatoris discutitur ex proprio originali Felini Sandei transcripta, cum ejusdem Felini additiunculis quibusdam; impress. Romæ, in-16. apud Ant. Bladium 1537. [1]

[1] Non viderat hoc opus Gesnerus, sed extare audiverat.

PETRI NICOLAI EX CASTELLANIIS, Faventini, Opus de immortalitate animarum secundùm Platonem & Aristotelem. Faventiæ in-fol. excud. Jo. Maria ex Sermonettis, Cremonensis, 1525. Ejusdem Dilucidatio & in Aristotel. Analytica posteriora.

PETRUS PAULUS PEREDA, Setabensis, apud Valentinos Publicus Medicinæ Professor, in Michaëlis Joannis Paschalii methodum curandi scholia adjecit. Barcinonæ, in-8°. ex Typographia Petri Mali 1579.

PETRI PELLÆ, de Castro Mazziani, jur. utr. Doctoris, de Tortura Tractatus; in-4°. Romæ, 1584.

PETRUS PERALTA, in titulos D. hæred. instit. & de legat. secundo & tertio. Salmanticæ, apud Jo. Mariam Terranova 1561.

PETRI PITII, J. C. Repetitiones. Papiæ, apud Hieron. Bartholomeum 1565.

PETRI PLATEANI, Zuiccaviensis, Introductionis Grammaticæ

maticæ ad Theodorum filium Liber primus. Basileæ, in-8°. apud Jo. Frobenium 1538.

PETRI POMPONATII, [1] Mantuani, * Tractatus de Reactione. Ejusdem Quæstio de modo agendi primarum qualitatum, videlicet an agant immediatè per species spirituales; impr. Bononiæ, in-fol. per Bene. Hectorem 1515.

[1] Mantuæ natum 16 Septembris 1462 perhibet Lucas Gauricus in Natalitio ejus Themate, at perperam ait extremo senio confectum obiisse, quem ex Epistolâ decimâ Libri sexti Epistolarum Familiarium Latinarum Petri Bembi ante Calendas Apriles anni 1526 decessisse constat, anno ætatis, ut apparet, 64. *Il Peretto* vulgò dicebatur, id est *Petrulus*, propter brevem staturam; sed & *Petri Mantuani* nomine sæpè intelligitur. Multa reliquit opera quæ nemo legit, præter unum de Immortalitate animæ Libellum, quo Aristotelis opinionem explicat, in gratiam cujusdam summi Pontificis, *ut nimiùm audacter*, ait Postellus, Lib. 1, de Orbis Concordiâ, cap. 1, n°. 5, Leonem X non obscurè designans.

* Philosophiam profitebatur Bononiæ, ubi cuncta sua opera scripsit, inter quæ celebrem de Animæ Immortalitate Tractatum videre est, quam nec ex scripturâ, nec ex traditione probari posse contendit, qui prodiit Bononiæ, 1516, in-8°. & qui primùm validè impetitus ab Inquisitoribus, & Theologis Romanis, tantâ cum solertiâ à suo Auctore defensus est, ut denuò impressus sit anno 1519, authenticis cum approbationibus, V. de eo Mem. Nicer. Tom. XXV, pag. 339 & seq.

PETRI PONETI, Carmelitæ Iprensis, Propugnaculum Christiani dogmatis de vera & corporali præsentia corporis Christi in Sacramento Eucharistiæ. Antuerpiæ, in-12. apud Joannem Bellerum 1565.

PETRI DE PONTE, cæci Burgensis, Genovefeôn Libri 9 carmine. Parisiis, in-8°. apud Dionysium Roce 1512. [1] Ejusdem decem Æclogæ Hecatostichæ. Parisiis, apud Dionysium Roce.

[1] Pessimus Poëta pessimè Bucolica sua Æclogas inscripserat, ratus hanc vocem ἀπὸ τῶν αἰγῶν & τοῦ λόγου, quia ibi de Capris sermo est, deduci, at nescius Æclogas veram & antiquam inscriptionem esse non tantùm Bucolicorum carminum, verùm & Lyricorum, Satyricorum, &c. ἀπὸ τοῦ ἐκλέγειν quia selecta erant ad editionem Poëmatia.

PETRI POPILLONII, Illustriss. Annæ à Francia, Bor-

boniæ & Arverniæ Ducissæ à Consilio Primarii & Cancellarii, Epistola ad eamdem Dominam, Præfationis vice, in editiones consuetudinum Borbonensium. Parisiis, in-4°. apud Petrum Vidoveum.

PETRI RACHE, Praxis Causarum Civilium, Opus Prætoribus, Propratoribus, Consulibus, Proconsulibus, Magistratibus, reliquisque Justitiariis, non modò utile, sed & necessarium. Augustæ Taurinorum ex Typographia heredum Nicolai Bevilaquæ 1581.

PETRI RAMI, Liber de militia C. Julii Cæsaris. Francofurti, in-8°. apud Andr. Wechelum 1584. [1]

[1] Periit 26 Augusti in San-Bartholomæanâ cæde 1572, ætat. circiter 57. Vide notas ad verbum PIERRE DE LA RAMÉE, in Crucimanio, Tom. II, pag. 310 & 311.

PETRUS RANDERANUS, de Privilegiis Creditorum. Antuerpiæ, apud Jo. Bellerum 1560.

PETRUS RAULEDIUS, Flandrus, scripsit Commentaria in Aristot. libros de Interpretatione; præmisso ejusdem de simplicium intelligentia, libello luculentissimo. Parisiis, in-fol. in ædibus Jod. Badii 1519.

PETRUS REVEILLAUDI, Ordinis Minorum Regularis Observantiæ, Provinciæ Aquitanicæ Minister Provincialis, scripsit Exercitatorium cordis pii Christiani; in quo de circumspecta Missæ celebratione, de indumentorum ejus mysticâ significatione, ac ipsius humili & devotá auditione tractatur; impr. Tolosæ, in-8°. à Nicolao Vieillard.

PETRI RICHARDI, in almâ Parisiorum Universitate Artium & Theolog. Professoris, ac verbi divini Concionatoris, Doctrinale sanctæ ac providæ vitæ, quatuor memoratu digna continens, scilicet mortem duplicem, pœnas Inferni & Purgatorii, Judicium generale, Beatitudinem æternam, quadraginta

ſermonibus abſolutum. Pariſiis, in-4°. in Ædibus Jod. Badii 1519.[1]

[1] Erat Canonicus Divi Petri Trecenſis.

PETRI DE RIPPAYRIO, Curiæ Agennenſis Regis Conſiliarii, ſolennis Repetitio L. capitalium. ff. de pœn. deciſionem Cauſarum Criminalium continens. Toloſæ, in-8°. apud Guidon. Boudeville 1546.

PETRUS RIVANDER, in Academiâ Francofordianâ Græcæ linguæ Profeſſor, Plutarchi librum de liberis educandis ex Græco ſermone in Latinum vertit. Francofurti, in-8°. 1584.

PETRI RODULPHI A TOSSIGNANO, Conventualis Franciſcani in Gymnaſio D. Franciſci Bononiæ regentis, Dictionarium Pauperum ordine Alphabetico de Virtutibus & Vitiis. Bononiæ, in-8°. apud ſocietatem Typographiæ Bonon. 1580.[1]

[1] Alius fuit toto ſeculo prior Petrus de Toſſignano, vel de Tuxigano Medicus, de quo in Bibliothecâ Gallicâ Crucimanii, Tom. I, pag. 140 & 141. Vid. Etiam Tom. III, pag. 346, verbo CLAUDE GRIVEL.

PETRUS SAINCTE-FLEUR, Monſpelienſis, Hiſtoriarum rerum memorabilium lib. conſcripſit. Lugd. in-16. apud Bartholomæum Molinæum 1564.

PETRI SALII, de febre peſtilentiali Tractatus; & Curationes quorumdam particularium morborum, quorum tractatio ab ordinariis Practicis non habetur. Bononiæ in-4°. anno præſenti 1584.

PETRUS SALMERIUS, Ordinis Minorum, ſcripſit Poſtillam ſuper Epiſtolas & Evangelia Dominicalia. Extat manuſcripta Toloſæ, in Franciſcanorum Bibliotheca.

PETRI SEYNET, Inſtitutiones Rhetoricæ. Pariſiis, apud Thomam Brumenium 1551.

PETRUS NANNIUS, Alcmarianus, Leges Municipales

Civium Mechliniensium è lingua Theutonica in Latinam transtulit. Lovanii, in-4°. apud Martinum Rotarium 1552.*

* Alcmarii in Belgio natus, an. 1500, decem annis Humaniores Literas in Academiâ Lovaniensi professus est, tum Canonicus Atrebatensis factus; variis operibus excudendis studuit, in quibus Critices, Theologiæ, Juris & Matheseôn specimen dedit, vir alioquin in dicendo facundus. Obiit Lovanii, 21 Julii 1557, ætatis 57.

PETRI TOLETI, Actio Judicialis ad Senatum Lugdunensem in unguentarios pestilentes & nocturnos fures. Lugduni, 1567.

PETRI QUINQUERANI, Bellojocani, Episcopi Senecensis, Primarii Arelatensium, de laudibus Provinciæ Libri tres, & centum ejusdem de Annibale Hexametri. Parisiis, in fol. apud Lambertum Dodu 1551. [1]

[1] Obiit Parisiis, 18 Augusti 1550.

PETRI TATARETI, Artium & sacræ Theologiæ Doctoris, Commentaria sive (ut vocant) Reportata in quatuor libros Sententiarum, & Quodlibeta Jo. Duns Scoti, in tres priores libros, nusquam antehac typis excusa, atque annotationibus illustrata per Bonaventuram Manentum, Brixianum, Conventualem Franciscanum. Venetiis, in-fol. apud heredes Simonis Galignani 1583. [1]

[1] Vernaculè TATERET vocabatur, ut constat ex libro cujus hìc inscriptionem referam : *Tractatus de intensione & rarefactione, & condensatione formarum, utilis ad totam Physicam intelligendam, per Magistrum Petrum Tateret.* Apud Chevilerium in his minutiis accuratum vocatur *Petrus Tateretus;* apud Gesnerum, fol. 553 Bibliothecæ *Tartaretus*, qui tamen in Indice *Tataretus*, ut & apud Simlerum. Primus, ut puto, Rabelæsus in Ludicrâ suâ San-Victorinâ Bibliothecâ nomen hoc corrupit. Salmonius Macrinus, Rabelæsi amicus, *Tartaretum* cum eo, quàm *Tateretum*, aut *Tataretum*, maluit dicere, Hymnorum Selectorum pag. 76, his verbis :

Cùm Tartaretus, cumque Bricotius,
Sorbonicorum & turba sodalium,
Perplexa acutis syllogismis,
Socraticas temeraret aures.

PETRI TRICII, Albimani, de thesauro Ecclesiæ Tractatus.

PETRI TRUELLII, Bearnensis Philiatri, de Noutechnia, id est, de mentis in ediscendo artificio Liber; excusus Lugduni, in-8°. apud Jo. Patrasson 1580.

PETRI TURRELLI, Campani, & in supremo Galliarum Senatu Advocati, contra Hottomani Franco-Galliam Libellus; in-8°. Parisiis, apud Michaëlem de Roigny 1576. [1]

[1] Malè hunc confundit Jacobus Longus cum Petro Turrello Heduo, de quo fusè actum est in Crucimanio, voce PIERRE TUREAU vel TURREL. Tom. II, pag. 327 & 328.

PETRI VELLEI GUEVARÆ, Notæ in Topica Ciceronis. Hispali, apud Alphonsum Servianum 1573.

PETRI VERDAVENEI, Oratio de Prœmio, cum Explicatione quatuor quæstionum naturalium. Rhemis, in-8°. excud. Nicolaus Banetius 1557. Ejusdem tres, de tribus Philosophiæ partibus, aliæ Orationes, cum quinque discipulorum suorum Declamatiunculis, de Felicitate, & de Virtute; excusæ ibidem.

PET. WŒIRIOT, Lotharingi, Pinax Iconicum antiquorum ac variorum in sepulturis Rituum, ex Lilio Gregorio excerpta, picturisque juxta Hypographas exactâ arte elaboratis, effigiata ad Antiq. morum cognitionem, oculorum jucundam inspectionem & operosam manûs artificis imitationem. Lugd. apud Clementem Baldinum 1556. [1]

[1] Quæ datur hîc neque latina, neque accurata, libri inscriptio, sic erat concipienda: *Pinax Iconicus antiquorum, ac variorum in sepulturis Rituum ex Lilio Gregorio Gyraldo excerptus, picturisque juxta Hypographicas exactâ arte elaboratis effigiatus*, &c.

PET. A WEL. J. C. de usuris Tract. instructionem tam practicis quàm theoricis proponens, in qua quis olim & quis nunc sit usus usurarum, propriis historiis & legibus congruis apertissimè declaratur, præmissâ sufficienti refutatione argumentorum omnium quæ adversùs usuras civiles flecti consueverunt, quibus

expositio Tit. de usur. ex lib. 22. ff. adjuncta est & C. eodem mixtim. Coloniæ in-8°. apud hered. Bircmanni 1564.

PHILIBERTI PINGONII, Sabaudi Cusiacensis Baronis, Inclytorum Saxoniæ Sabaudiæque Principum, Arbor Gentilitia; excus. Augustæ Taurinorum, in-fol. apud heredes Nicol. Bevilaquæ 1581. Ejusdem Sindon Evangelica. Accesserunt Hymni aliquot, insignis Bulla Pontificia, elegans Epist. Francisci Adorni Jes. de peregrinatione memorabili; excus. ibidem, in-4°. [1]

[1] Obiit 1587, ætatis 58.

PHILIPP. ENGELBRECHT Egentinus, in A. Persii Satyras Commentarium scripsit. Basileæ, apud Pet. Pernam. [1]

[1] Non meminit ejus J. A. Fabricius, uti neque Philippi Valentini, quarto proximè loco memorandi.

PHILIPPI OLIVERII, Conjuratio Malignorum Spirituum, in corporibus hominum existentium. Venetiis, in-8°. anno 1567.

PHILIPPI PALATII, Trebiatis, de vera methodo quibuscunque vulneribus medendi, cum eo Medicamento quod aquâ simplici & frustulis de Cannabe, vel de Lino constat. Perusiæ, in-8°. excud. Valens Panitius Mantuanus.

PHILIPPUS PRÆPOSITUS PONCHERIUS, scripsit Commentaria in librum C. Plinii secundi de viris illustribus. Parisiis, in-4°. apud Joan. Tiletanum 1542. [1]

[1] Librum hunc de Illustribus Viris, hodiè non dubitatur esse Sexti Aurelii Victoris.

PHILIPPUS VALENTINUS, in Auli Persii Satyras Commentarium scripsit. Basileæ, apud Pernam.

PHILOTHEI JORDANI BRUNI, Nolani, Cantus Circæus ad eam memoriæ praxim ordinatus, quam ipse Judiciariam appellat. Parisiis, in-8°. Ægidius Gilles 1582. [1] Ejusdem de

Umbris Idearum, implicantibus artem Quærendi, Inveniendi, Judicandi, Ordinandi & Applicandi, ad internam scripturam, & non vulgares, per memoriam, operationes explicatis. Ad Henricum III, Sereniss. Gallorum Polonorumque Regem. Paris. in-8°. apud Ægidium Gourbinum 1582.

[1] Idem qui suprà JORDANUS BRUNUS, uno plus nomine hîc Philotheum κατ'ἀντίφρασιν se dicens.

PIERII VALERIANI, Bellunensis, Compendium in Sphæram. Romæ, in-8°. 1537. *

* Joannes Pierius Valerianus Bolzanus, natus Belluni in Marchiâ Tarvisianâ circà an. 1475. Humaniores Literas ab eruditis Magistris, Venetiis & Patavii edoctus. Ita profecit ut brevi famâ præcellenti gavisus sit. Romam accitus à Cardinale Julio Mediceo, ut nepotum suorum Hippolyti & Alexandri studiis & institutioni præesset, hoc negotio cum tantâ laude defunctus est, ut ad amplissimas dignitates eum Clemens VII è Mediceorum stirpe, voluerit evehere, sed Valerianus aulæ tumultum refugiens, & Archiepiscopatu Avenionensi recusato, Bellunum se recepit, ut ibi honesto fruens otio totum se literis daret. Obiit Patavii 1558, ætat. 83. Poëta & Rhetor amplissimus. Notissimus est Liber illius, *de Infelicitate Literatorum*. Alium edidit, curiosissimis disquisitionibus refertum, & politissimè elaboratum, cui titulus *pro sacerdotum barbis defensio*. Romæ 1531, in-8°. & Parisiis 1533 & 1558, in-8°. Vid. de eo Mem. Niceron. Tom. XXVI.

PII SECUNDI, [1] Pontificis Maximi, Commentarii rerum memorabil. quæ temporibus suis contigerunt, à Jo. Gobellino, Vicario Bonnen. jamdiù compositi, & à Francisco Band. Picolomeo, Archiepiscopo Senensi, ex vetusto originali recogniti. Ejusdem Pii, * dum Cardinalis esset, Responsio ad Martinum Mayer, pro defensione sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Romæ, ex Typographia Dominici Basæ 1584.

[1] Hos de rebus tempore Pii II, Pontificis Maximi gestis commentarios, à Pio ipso elucubratos, non à Joanne illo Gobellino, ut sibi & aliis Franciscus Bandinus persuasit, certissimum est. Gobellinus quidem, cum Pio à manû esset, potuit hoc opus describere; at Pii fœtum esse testes sunt omni exceptione majores, qui Pii vitam scripserunt Campanus & Platina. Quin & Campani 1 Epist. 1. judicium de his Commentariis perhonorificum legitur, quod dubitationem omnem tollit. Postrema editio Francofurti 1614

prodiit, aucta Jacobi Papiensis Epistolis, & Commentariorum ab anno 1464, ad 1469, Libris septem.

* Pius II, Corsini, Tractûs Senensis Oppidulo, dicto dein Pienza, natus 18 Octobris 1405 è Piccolomineorum familia, Cardinalis an. 1456 ad Supremum Pontificatum evectus 27 Augusti 1458, obiit Anconæ 14 Augusti 1464, ætatis 58. Opera illius excusa Helmstadii 1700. in-fol. Hic ipse est Pontifex qui Bullam *execrabilis* contra *ad futurum Concilium appellationes* promulgavit, quas ut juris cunctis debiti, Æneas Sylvius Piccolomineus, Basileensis Concilii à secretis, in eodem concilio tam strenuè propugnaverat.

PII V, Extravagantes Regulæ Cancellariæ. Coninbricæ, apud Jo. Barrerium 1568.

POLYBII MEGALOPOLITANI, Selecta de Legationibus, & alia, ex ejusdem libris non extantibus, nunc primùm in lucem edita. Græcè. ex Bibliotheca Fulvii Ursini. Antuerpiæ; in-8°. excud. Christoph. Plantinus 1582. *

[1] Fragmenta Polybii à Fulvio Ursino collecta, & latinè ab Isaaco Casaubono reddita, in pluribus græco-latinis Polybii editionibus prodierunt.

* Polybius Megalopoli obiit, 121, ante Christum natum, annis, ætat. 82.

POLYDOR. VERGILIUS, divi Jo. Chrysostomi Opusculum de perfecto Monacho, maloque Principe, seu comparationem regii potentatûs & divitiarum, ac præstantiæ, ad Monachum in verissima Christi Philosophia acquiescentem, latinitate donavit; impr. Parisiis, in-8°. apud Collegium Sorbonæ 1530. *

* Polydorus Virgilius Urbinas XVI seculi Scriptor celeber, styli diligentiâ & sermonis latini elegantiâ plus commendandus, quàm critices scientiâ, aut veritatis studio, unde illud distichon :

Virgilii duo sunt, alter Maro, tu, Polydore
Alter, tu Mendax, ille Poëta fuit.

Post varias peregrinationes, in Italiam redux, obiit an. 1555.

POMPEII ROCHII, J. C. de insignibus familiarum Libri duo. Lucæ, in-4°. apud Vincentium Busdragum 1576.

PONTI HEUTERI, Delfii, Res gestæ Regum, Ducum, Comitumque

Comitumque utriusque Burgundiæ, sex libris comprehensæ; fol. Antuerpiæ, apud Plantinum 1583. *

* Delfii in Belgio natus, obiit an. 1602. Prima illius Historiæ indicatur editio, Philippo II, Hispaniarum Regi, dicata, quæ prodiit an. 1584, non 1583, ut hic scribitur.

PONTIUS A QUADRAGINTA, Lorigena, Dictionariolum Juris Civilis ex IV libris Theophilinarum institutionum, in gratiam eorum qui Juribus sacris initiari volunt, concinnavit. Lugd. in-8°. apud Math. Bonhomme 1552.

PROCLI LYCII, [1] Diadochi, * Elementa Theologica & Physica quæ Franciscus Patricius de Græcis fecit Latina. Ferrariæ, in-4°. apud Dominicum Mamarellum 1583.

[1] Obiisse, Imperante Anastasio, creditur, sub initium seculi sexti.

* Nomen illius PROCLUS DIADOCHUS, in Lyciâ natus, Philosophus Græcus, Idololatriæ serviens, qui nonnulla contra Religionem Christianam scripsit; in Matheseôn cognitione & arte celeber, dicitur speculi ustorii ope, Vitaliani, Constantinopolim obsidentis, classem incendisse.

PORCHETUS DE SELVATICIS, Genuensis, scripsit librum cui titulus, Victoria Porcheti adversùs impios Hebræos, in quâ tum ex sacris literis, tum ex dictis Talmud. ac Cabalistarum, monstratur veritas Catholicæ fidei; ex Recognitione Aug. Justiniani, Ordinis Prædicatorii, Episcopi Nebiensis, excus. Parisiis, in fol. apud Ægidium de Gourmont 1520. [1]

[1] Porchetus Chartusianus Raimundi Martini Dominicani, qui fortè anno Christi 1290 adhuc vivebat, Librum, cui titulus *Pugio Fidei Christianæ*, passim exscripsit, ipse vicissim à Petro Galatino Franciscano exscriptus.

PTOLEMÆI GALLII, Cardinalis Comensis, Archiepiscopi Sipontini, Constitutiones & Decreta Provincialis Synodi Sipontinæ celebratæ, anno Domini 1567. Manfredoniæ; impress. Venetiis, in-4°. apud Juntas. [1]

[1] Obiit an. 1607, ætatis 82.

De PERSECUTIONE ANGLICANA Libellus, quo explicantur afflictiones, cruciatus & acerbissima martyria, quæ Angli

Catholici nunc ob fidem patiuntur. Romæ, in-8°. ex Typographia Gregorii Ferrarii 1582.

PHARMACOPŒA, seu de usitatorum medicamentorum componendorum ratione Liber, Collegii Medicorum Bergomensium operâ nunc primùm in lucem editus. Bergomi, in-4°. typis Comini Venturæ 1580.

PHILOSOPHORUM, quæ sunt apud Ciceronem, dicta & facta. Parisiis, in-16. 1515.

POETÆ Germani & exteri Historici Germaniæ, Jureconsulti recentiores, Medici, singulis distichis descripti à diversis auctoribus; in-8°. Gorlicii 1573.

PRIVILEGIA, Ordinis Sancti Lazari Hierosolimitani. Romæ, apud heredes Ant. Bladi 1566.

PRIVILEGIA, Auctoritates, Facultates, Indulgentiæque Fabricæ Basilicæ Sancti Petri de urbe, à compluribus Romanis Pontificibus concessæ & à Paulo III confirmatæ. Romæ, 1548.

PROMPTUARIUM, Argumentorum dialogicè ordinatorum, à duobus mutuò sibi obeuntibus per contrarias rationes, præsuppositis conclusionibus, tanquam Sagittariorum signaculis disputatum; impres. Coloniæ, in-4°. apud Petrum Quentel 1496. *

* Hic titulus valdè obscurus est.

QUI

QUINTINI LIGEOTI, Charliensis, ex parvo magnum fieri librum. Tolosæ, in-4°. ex offic. Guidon. Boudevillæi 1559.



RADULPHI, (ſivè, ut alii) Pandolphi de Columna, Carnutenſis, de Tranſlatione Imperii Libellus; impreſſus Baſileæ, in 8°. cum aliorum quibuſdam opuſculis, anno Domini 1559.

RADULPHUS DE MONTFIQUET, compilavit Tractatum de vera, reali atque mirabili exiſtentia totius Chriſti in ſanctiſſ. Altaris Sacramento, & de ejus ſalutaribus ac quaſi innumerabilibus Effectibus. Pariſiis, in-8°. apud de Marnef 1481. [1]

[1] Habetur & Gallicè apud Labbæum, pag. 356. Novæ Biblioth. Manuſcriptor. Vid. Biblioth. Gallicam in RAOUL DE MONTFIQUET.

RAINALDUS CORSUS, J. C. de privata Reconciliatione. Romæ, apud Anto. Bladum. [1]

[1] Corregii natus, multa ſcripſit tam Latinè quàm Italicè proſâ & verſu. Poſt mortem uxoris Sacerdos factus & Epiſcopus Strongylenſis, vulgò de *Strongoli*, quæ eſt urbs Calabriæ Citerioris, ibi obiit 1584.

RAPHAELIS MAFFEI, Veneti, Theolog. Ord. Servorum, Sermones 3. in gratiam eorum qui juxta Evangelia Miſſalis reformati concionantur; impreſſi cum divi Anto. de Padua Minoritæ ſermonib. Dominicalib. moraliſſimis ſuper Evangelia totius anni. Venetiis, in-8°. apud Jo. Anto. Bertanum 1574.

RAPHAELIS DE PARNASIO, Tractatus de proprio non habendo in Ordine Prædicatorum, impreſſus cum litera domini Petri de Palude; quòd Fratres Prædicatores habere poſſunt poſſeſſiones & reditus, & cum aliis tractatibus. Venetiis 1516. [1]

[1] Scribitur de *Pronaſio*, de *Pornaſio*, & de *Pornaxio*, & peſſimè hìc de *Parnaſio*. Pornaſium, videtur enim ſic frequentiùs ſcribi, Municipii nomen eſt in Tractu Genuenſi, undè à natali loco Raphaël de Pornaſio dictus eſt. Bibliotheca Dominicana, Tom. I, pag. 834, col. 2, mortem ejus collocat circà annum 1465.

RAYMUNDUS A VINEIS. Divæ Catharinæ Senensis, virginis sanctiss. Dialogi, in sex Tractatus distributi, divinam planè & admirabilem sapientiam ad spiritualis vitæ institutionem complectentes ante annos 183. per D. Raymundum à Vineis, Capuanum Theologum, ex Italico sermone in Latinum conversi. Ingolstadii, in-8°. apud Davidem Sartorium 1583.[1]

[1] Vulgò dicitur Raymundus de Capuâ Dominicanus. Catharinæ Senensis, anno 1380 mortuæ, fuit à Confessionibus, & 19 circiter post eam annis Norimbergæ longè à patriâ obiit.

* Vid. disquisitiones aliquot curiosas de Raymundo & Catharinâ, in Descriptione Historicâ & Criticâ Italiæ, HIERONYMI RICHARD, *Presbyteri Divionæi*, Tom. III, pag. 318. Paris, 1769.

RAYMUNDI PALASINI, Novem partium orationis Examen. Lugd. in-16 anno 1526.

RAYMUNDI DE SALGUES, Secreta Decretorum.

REGINALDI CLEUTINI, Abbatis Flaviniensis, de pugna navali Christianorum adversùs Turcas, inter Naupactum & Cephaleniam, Carmen. Lugduni, in-8°. apud Jacob. Roussin 1574.[1]

[1] Obiit senex, Novembri mense, Lugduni, 1574. Clutinius apud Thuanum & Sammarthanum scribitur, vernaculè DE CLUTIGNI convenientiùs.

REGINALDI DE LEVIORI CAMPO, Bibliorum Distinctiones, in quo ordine alphabetico ac optimâ methodo dispositi sunt omnes ferè loci communes sacrorum Bibliorum, qui passim tam in concionibus publicis & scholis, quàm à Theologis Animarum Rectoribus, tractari solent. Lugduni, in-8°. apud Joan. Stratium 1582.

REINERI REINECCII, Chronicon Hierosolymitanum; in-4°. Helmstadii 1584. *

* Steinhemii ad Emmeram in Diœcesi Paderbornensi natus, diù eximias literas in Academiis Francofurti & Helmstadii, cunctis plaudentibus, professus est. Plurima extant illius Opera, inter quæ *Historia-Julia*, edita 1594, 3 vol. in-fol. Liber rarus, & cognoscendis familiis utilissimus. Obiit 26 Aprilis 1595.

REMACLI ARDUENNÆ, Florenatis, Palamedes & alia Poëmata sacra. Parisiis, in-4°. apud Ægidium Gourmontium.[1] Ejusdem Amorum Libri tres. Parisiis, apud Jod. Badium 1513.

[1] Post versus pios, Lutetiæ an. 1512 editos, anno sequente ibidem amatorios tribus libris emisit, ut cuilibet gratus esset.

REMBERTI DODONÆI, Medici, de Sphæra sive de Astronomiæ & Geographiæ principiis Cosmographica Isagoge. Antuerpiæ, in-8°. in officina Christoph. Plantini 1584. *

* Vernaculè RAMBERTUS DODOENS, Mechliniensis, Imperatorum, Maximiliani II & Rodolphi II, Medicus; obiit 10 Martii 1585, ætat. 68.

RENATUS BOIVIN, Andegavensis, Sculptor & Chalcotypus, Illustrium Philosophorum & Poëtarum veterum 12. Effigies, ex antiquis tum marmoreis tum æneis signis, ad vivum expressit; excus. Lutetiæ, in-12. chartis 1566. *

* Vid. Biblioth. Gall. verbo RENÉ BOIVIN.

RESTAURUS CASTALDUS, J. C. de Perusia scripsit super instituta. Perusii, in ædibus Hieron. Francisc. Carthularii 1532.

RENATI GUILLONII, Vindocinensis, Tabulæ, monstrantes viam quâ itur rectà in Græciam, nimirùm paucis complectentes summam universæ literaturæ Græcorum. Parisiis, in-4°. apud Jo. Benenatum 1567. Ejusdem de Dialect. verborum & nominum Dialectos communes cum verbis habentium. Paris. in-4°. apud Andr. Wechelum 1561.*

* Vid. Biblioth. Gall. Verderii.

ΣΥΝΤΑΓΜΑΤΙΚΟΝ, Græcorum tam Canonicum quàm figuratum, Renato Guillonio auctore. Lutetiæ, CIↃ. IↃ. LXVIII. apud Jo. Benenatum. Ejusdem Gnomon, Opus pernecessarium volentibus rimari arcana Poëtarum omnium Latinorum, quantùm ad Quantitatem Syllabarum libertatesque poëmatis Latini attinet. Parisiis in-4°. apud Andr. Wechelum 1557.

RICARDI,[1] Episc. Armachani, Defensiones Curatorum * contra eos qui se dicunt privilegiatos. Lugd. 1496.

[1] Obiisse creditur anno 1359. Novissima libri *Defensorium Curatorum* inscripti editio prodiit Lutetiæ, apud Joannem Libert, 1625, in-8°.

* Archiepiscopus ille strenuè propugnavit jura Episcoporum, Curatorum & quorumlibet Pastorum Ordinariorum, contrà Mendicantium Monachorum susceptiones; obiit Avenione, ubi causam suam adversùs Mendicantes defensurus tunc degebat; contrà quos opus ediderat inscriptum *contrà Mendicantes validos*. Mors illius magna fuit lætitiæ causa immensæ Mendicantium familiæ, quæ, ut jocosè legitur Longueruanorum pag. 48, hâc occasione Missam potiùs *Gaudeamus quàm de requiem cantavit.*

RICHARDUS, quidam Cremonensis Episcopus, magnus historiarum Scriptor, citatur à Rodulpho de Columna in libro de translatione Imperii.

RICHARDI CROCI, Orationes duæ, altera à cura, quâ utilitatem laudemque Græcæ linguæ tractat, altera à tempore, quâ hortatus est Cantabrigienses, ne desertores essent ejusdem, Lutetiæ, in-4°. apud Simonem Colinæum 1520. [1]

[1] De eo Pitseus anno 1530, has tamen duas Croci Orationes silentio prætermittens.

RICHARDI DINOTHI, Normanni Constantinatis, Adversaria historica in Centurias, Quinquagenarias, Decurias, & Ἀτάκτους digesta. Basileæ, ex officina Petri Pernæ 1581. Ejusdem de rebus & factis memoralibus Loci communes historici, octo libris comprehensi, ibidemque excusi in-8°, Ejusdem Sententiæ historicorum.

RICHARDI GORRÆI, Parisiensis, in universam Philosophiam Tabulæ. Parisiis, in-8°. Ejusdem in P. Virgilii Maronis Bucolica Commentarii. Lugd. in-8°. apud Gulielmum Rovillium 1554.

RICHARDUS PAMPOLITANUS, * Anglo-Saxo Eremita, vir in divinis scripturis ac veteris illius solidæque Theologiæ eruditissimus, scripsit in Psalterium Davidicum Enarrationem, in Psalmum 20. Tractatum peculiarem, in aliquot

ſanctorum veteris Teſtamenti pia Cantica Exegeſin. In aliquot capita Job, Threnos Jeremiæ, Orationem Dominicam, Symbolum Apoſtolicum, & Symbolum Athanaſii, Enarrationes; de incendio amoris Opuſculum; de amore ſummo eodemque ſingulari Opuſculum aliud; de emendatione peccatoris alterum; omnia hæc impreſſa Coloniæ, in-fol. à Melchiore Noveſiano, anno ſalutis noſtræ 1536.

* *Hampolitanus* potiùs dici debuit ab Hampolo, Monachorum Cœnobio.

RICARDI SMYTHŒI, * Angli, Defenſio ſacri Epiſcoporum & Sacerdorum Cœlibatûs, contra impias & indoctas Petri Martyris Vermilii nugas & calumnias, quas ille Oxoniæ, in ſacerdotalium nuptiarum aſſertionem, temerè effutivit. Ejuſdem de Votis Monaſticis, contra eumdem Martyrem Libellus cum ſuccinctâ libelli cujuſdam Petri Poneti Angli refutatione. Lutetiæ Pariſiorum, in-8°. in officina Reginaldi Calderii 1550.

* Obiit Duaci, 9 Julii 1563, ætatis 63. Idem hoc anno 1550 adversùs eumdem Martyrem Vermilium edidit diatribam de hominis juſtificatione.

RICHARDI STANIHURSTI, Dublinienſis, de rebus in Hibernia geſtis Libri quatuor. Antuerpiæ, in-4°. apud Plantinum 1584. [1]

[1] Suis quatuor Libris ab anno 1168 incipiens, non ampliùs quàm triginta annorum Hiſtoriam complectitur.

RICARDI SUISETH, Anglici, Calculationes. Quæſtio inſuper de reactione juxta Ariſtotelis ſententiam & commentatoris; in-fol. Venetiis, apud Octavian. Scotum 1520. [1]

[1] Verum prænomen ejus erat Rugerus; qui Ricardum nominavêre, literam R, quam ſingularem invenerunt, ita ſunt interpretati, *Rugerum*, vel *Rogerum* per eam ſignificari neſcientes. Angli certè Scriptores omnes non aliter nuncupant. Cardanus, &, poſt eum, Julius Scaliger, malè Joannem. Familiæ nomen erat *Swinshed*, id eſt, *Suillum caput*. Nihil famoſo ejus Calculationum Libro, Ticini primùm 1498 edito in-fol. inanius. Eas meritò rident Joannes Picus, Ludovicus Vives, & Conradus Geſnerus. Nimiùm patienter laudavere Cardanus & Julius Scaliger, qui ſenem fleviſſe referunt,

quòd relegens quæ juvenis ſcripſerat, non intelligeret. De eo Pitſeus anno 1350.

RICOLDUS, ex Ordine Fratrum Prædicatorum, ſcripſit Græcè librum cujus titulus Confutatio legis à maledicto Mahumeto Sarracenis latæ; quem librum Bartholomæus Picernus de Monte arduo in Latinam linguam tranſtulit. Pariſiis, in-4°. excud. Henricus Stepahnus 1511. [1]

[1] Vulgò RICOLDUS DE MONTE CRUCIS. Etruſcus fuit, nec Græcè ſcripſit, ſed Latinè. Demetrius verò Cydonius medio ſeculo XIV Ricoldum, quem Ricardum vocavit, Græcè reddidit. Hinc è Græco Latinè reddidit Bartholomæus Picernus, qui tamen Ricoldum latinè ſcripſiſſe, non videtur ignoraſſe. Pocciantius, in Catalogo Florentinorum Scriptorum, dicit eum Florentiæ mortuum 31 Octobris 1309. Videatur Bibliotheca Dominicana, Tom. I, pag. 504, col. 2. in RICOLDO DE MONTE CRUCIS.

ROBERTI ARNESII, de Normanvilla, de juſtitia divina & humana, utriuſque origine ac progreſſu, virtute & laudibus juſtitiæ & legum omnium mundi Liber. Pariſiis, in-4°. apud Andr. Wechelum 1560.

ROBERTI BRITANNI, Methodus inſtituendorum puerorum ex Quintiliano. De inſtituenda item juventute ad honeſtatem Dialogus. Pariſiis, in-8°. apud Matthæum Davidem 1547. Ejuſdem de opt. ſtatu Reipublicæ Liber; huic adjuncta eſt verſibus ſcripta Gul. Langei Bellaii, Comitis ac Legati regii, Deploratio. Pariſiis, in-4°. Chriſt. Wechelus 1543. [1]

[1] Multas habemus ejus Epiſtolas, tàm Pariſiis, 1540, quàm Toloſæ, 1536 editas, pleraſque verborum abundè plenas, rerum inanes.

ROBERTI CAUBRAITH, Scoti, Quadripartitum in oppoſitiones, converſiones, hypotheticas, & Modales, omnem fermè difficultatem Dialecticam enodans; impr. Pariſiis, in-fol. apud Jod. Badium.

ROBERTI COENALIS, Præſulis Arboricenſis Theologi, origine Pariſienſis, Opus Quadripartitum ſuper compeſcenda hæreticorum petulantia; prima pars qua ratione modoque cum hæreticis colloquium habendum ſit, aperit. Secunda, ſub pacis ineundæ

ineundæ velamine, ab anonymo quodam oblatas traditiones exactiùs ventilandas profert in lucem. Tertia, certis quibusdam notis, hæreticum à catholico discernit. Quarta verò, quæ in coercendis hæreticis ratio observanda sit, selectis quibusdam sententiis, declarat. Parisiis, in-8°. apud Jacob. Kerver 1557. Ejusdem Traductio larvæ Sycophanticæ petulantissimæque impietatis Calvinicæ, in tres partita tomos. Parisiis, in-8°. apud Jacob. Kerver 1556.[1]

[1] V. utramque Bibliothecam Gallicam verbo ROBERT SENALIS, & præcipuè notas ad hunc articulum, in Crucimanio, Tom. II, pag. 392. Boni hujus Roberti liber inscriptus : *Traductio Larvæ Sycophanticæ, petulantissimæque impietatis Calvinicæ* joculari responso à Genevensibus exceptus est, brevi quidem, sed arguto admodùm & maligno, cui titulus : *Censura Decani & Facultatis Theologiæ Parisiensis in librum Reverendi Patris DD. Roberti Cœnalis, Arboricensium Episcopi, intitulatum* TRADUCTIO, *&c.*

ROBERTUS DE EUPOMODIO, Monachus Clarevallis; moralem libellum, vulgò Marc. Catoni adscriptum, commentatus est, & super singulis ejusdem distichis materiam dilatavit. Est manuscriptus in mea Bibliotheca.[1]

[1] De spissis admodùm scholiis, quibus non semel onerata prodiere Pseudo-Catonis illius disticha, videndus Naudæus, Mascurati sui pag. 635 & 636.

ROBERTI MESSIER, Ordinis Minorum, Sacræ Theolog. Doctoris Parisiensis, sermones super epistolas & Evangelia totius Quadragesimæ. Parisiis, in-8°. apud Joan. Andr. Boucard 1531.

ROBERTI TITII, Burgensis, locorum controversorum Libri decem; in quibus plurimi veterum scriptorum loci conferuntur, explicantur & emendantur multò aliter quàm hactenùs à quoquam factum sit. Florentiæ, in-4°. 1584.[1]

[1] Josephus Scaliger pluribus locis, in hoc Titii opere, acerbè reprehensus, acerbiorem multò contrà id *Animadversorum* Librum edidit; cui non minùs acrem triennio post Titius Responsionem opposuit. Quâ de re totâ videndus Scioppius, Scaligeri Hypobolimæi fol. 225 & sequentibus. Obiit Robertus Titius 1608. Vid. Mem. Niceron. verbo ROBERT TITI, Tom. XIII.

ROBERTI TURNERI, Devonii-Ingolstadiensis, Orationes 14. Commentationes in loca scripturæ, expressæ ad imitationem antiquorum Ecclesiæ Doctorum. Panegyrici duo, de duobus triumphis post natos homines clarissimis, illo, Romæ in translatione Gregorii Nazianzeni, hoc, Leodii in auguratione Ernesti, Ducis Bavariæ & Electoris jam Coloniensis; inumbrati ad formam antiquorum partim Declamatorum, partim Panegyricorum; in 8°. Ingolstadii 1584. *

* Devonii in Angliâ natus, patrias sedes Catholicæ fidei studio deseruit, & in Bavariam secessit, ubi primùm Theologiam Ingolstadii professus est, tum Guillelmo Duci factus à Consiliis, Academiam reliquit ut rebus politicis vacaret; sed gratiâ Principis perditâ, aulæ valedixit. Post modum Uratislaviensem Canonicatum adeptus est, & reliquo vitæ in Sacrarum Literarum interpretatione consumpto, obiit Graïaco in Stiriâ, 28 Novembris 1597, editis variis operibus, Sacram Scripturam, Theologiam & Historiam Ecclesiasticam spectantibus.

ROBERTI DE VALLE, Rothomagensis, Carnotensis Canonici, Compendium memorandorum, vires naturales & commoda comprehendens à Plinio data; valens nedùm ad secreta naturæ noscenda; sed ad usus quoque necessarios, corporisque & ingenii conservationem; impressum Parisiis, in-4°. per Durandum Gerlier, anno 1500.[1] Ejusdem Tractatus de dispositione ad benè beateque moriendum.

[1] Edidit Opusculum ad corrupti sermonis Latini emendationem, ubi se non Rothomagensem, sed Ruglensem dicit, Gallicè DE RUGLES, quod nomen est Oppidi Diœceseos Ebroïcensis ad Riselam, vulgò LA RILLE.

ROCHI DE HUERTA, Recopilatio notarum & scripturarum publicarum Hispaniæ. Salmanticæ, apud Jo. Juntam 1551.

RODERICI FERNANDI, à Sancta Ella, Artium & Sacræ Theologiæ Magistri, Dictionarium Ecclesiasticum, locupletatum & auctum ab Eustathio Moro Cervanteo, Cantabro; excusum Compluti, in-fol. apud Joan. Gratianum 1572.

ROGERII CHENNOE, Defensio privilegiatorum, seu

mendicantium contra Epiſcopum Armachanum. Lugduni, in-fol. 1496.

RUSTICUS PLACENTINUS. Cultura Ruſtici in quartam fen primi Canonis Avicennæ. [1]

[1] Petrus Antonius Ruſticus Placentinus Medicinam in Gymnaſio Ticinenſi profitebatur circà annum 1515.

REFORMATORIUM Vitæ morumque & honeſtatis clericorum ſaluberrimum; cum fraterna quadam reſipiſcendi à vitiis exhortatione & ad pœnitentiæ portum applicandi admonitione; cum expreſſione quorumdam ſignorum ruinæ & tribulationis Eccleſiæ. Baſileæ, per Michaelem Furter, in-16. 1444.

REMEDIA ſeptem contra amorem illicitum, præcipuè mulierum; & quinque incitamenta ad amorem Dei, à quodam Monacho Carthuſiano editum & excuſum. Pariſiis, à Jod. Badio 1521, in-8°.

REPETITIONES diverſorum in jure Canonico. Mediolani, apud Jo. Angelum 1510.

REPETITIONES, Doctorum. Lugduni, in-fol. Ragali.

Urbis ROMÆ Renovatio. Romæ, 1542.

SAMUELIS TABONIDIS, Hebræi Philoſophi, Summula libri quarti Meteorologicôn ex verbis Ariſtotelis & Averrois expoſitione compacta; interprete eximio artium & Medicinæ Doctore Magiſtro Jacob. Mantin, Medico Hebræo. Bononiæ, in-fol. apud Benedictum Hectoris 1523.

SANCTI CARRANCCA, de Miranda, Progymnaſmata Logicalia. Pariſ. in-4°. apud Jo. Parvum 1517. [1]

[1] Xanthum Mirandam vocat Sepulveda diſcipulus, & eum multis laudat

in Descriptione Collegii Hispanorum Bononiensis, pag. 69. (Floruit ineunte XVI seculo).

SCIPIO GENTILIS, Torquati Tassi Solymeidos Librum primum Latinis numeris expressit. Londini, in-4°. excud. Wolsius 1584. [1]

[1] Quatuor omninò Tassianæ Solymeïdos Libros numeris Latinis expressit, duos scilicet primos & duos ultimos. Obiit 7 Augusti, 1616. Vid. Mem. Niceron. Tom. XV.

SEBAST. COQUILLATUS SCIPIO, duas Demosthenis orationes in Philippum, unà cum locorum descriptione, quarum meminit Orator, Latinas fecit. Lugd. in-8°. apud Jacob. Berionum 1546. [1]

[1] Parùm notus, ac ne ipsi quidem J. A. Fabricio.

SEBASTIANI FOXII, * Morzilii Hispalensis, de Historiæ institutione Dialogus. Parisiis, in-8°. apud Martinum Juvenem 1557.

* Celeber XVI seculi Scriptor natus Hispali, 1528; in Hispaniâ & in Belgio variis studuit scientiis, & mox tantam operibus editis sibi conciliavit famam, ut à Philippo II, Hispaniarum Rege, designatus sit in præceptorem infelicis Dom. Caroli Infantis. Fox qui tum Lovanii degebat, navem conscendit, & trajiciens ad Oras Hispanicas, miserabili naufragio periit, florentissimâ vigens ætate.

SEBASTIANUS, Archiepiscopus Moguntinus, sacri Romani Imper. per Germaniam Archicancellarius & Princeps Elector, Constitutiones Concilii Provincialis Moguntini, sub Eodem sexta Maii 1549 celebrati, promulgavit. His accessit Institutio ad pietatem Christianam, secundùm doctrinam Catholicam, complectens Explicationem Symboli Apostolici, Orationis Dominicæ, Angelicæ Salutationis, Decalogi & septem Sacramentorum; omnia hæc excusa Parisiis, in-8°. apud Jacobum du Puys 1550.

SEBASTIANI PAPARELLÆ, à monte sancto, in Perusino Gymnasio medicinam profitentis, de Calido libri tres. Perusiæ, in-4°. ex officina Andreæ Brixiani 1573.

SEBAST. SAPIÆ, Genuensis, Oratio in funere Jasonis Maini, excellentiss. Jurisc. habita 7°. Calend. Maias 1519. Ticini cusa anno eodem. [1]

[1] Habita est hæc oratio 25 Aprilis, quarto & trigesimo die post obitum Jasonis, 22 Martii 1519, ætat. 84 mortui.

SEBAST. SCROFA, Claud. Galeni de Remediis parabilibus Libellum è Græco in Latinum transtulit. Parisiis, in-8°. ex officina Guliel. Merelii 1548.

SERVATII CLAVII, Montensis, Encheiridion divinarum consolationum. Coloniæ, in-8°. apud hered. Birckmanni 1575.

SFORTIÆ ODDI, Perusini, Tractatus de restitutione in integrum. Venetiis, in-fol. 1584.

SIBEGNII, Episcopi Modrusiensis, de Croatiæ desolatione Oratio ad Leon. X, Pont. Max. nonas Novemb. habita 1516; excud. in-4°. Parisiis Joannes Petit.

SIGISMUNDI, Imperatoris Bulla aurea. *

* Sigismundus ex Luxemburgorum stirpe Caroli IV, Romanorum Imperatoris, filius, Imperator electus an. 1410. Europam annis tribus continuis peragravit, extinguendi causâ Schismatis, quo tunc dividebatur Ecclesia; Concilia Basileense & Constantiense coadunavit, & ad scopum tandem pervenit optatum. Princeps præstantis staturæ, eximiarum amator artium, liberalitate insignis, doctos cujuslibet gentis caros habuit & protexit. Zuaini in Moraviâ, cùm bellum adversùs Hussitas gereret, 8 Decembris 1437, ætatis 78 obiit.

SILVESTRI PRIERATIS, Ord. Prædic. Theologiæ Profess. sacrique Palatii Apostolici Magistri, de Strigimagarum Dæmonumque mirandis, libri tres, unà cum praxi & ratione formandi processûs contra ipsas. Romæ, in-4°. in ædib. Pop. Romani 1575. [1]

[1] Obiit Romæ 1523, quo anno scripsit ipsi Erasmus Epistolam 664 editionis Lugduno-Batavæ. Bælius, Responsorum ad Provincialem Tom. I, c. 66.

SIMON. DE CREMONA, Augustinianus, scripsit Quæst-

tiones & Expositiones Sententiarum. Item Quæstionem de sanguine Christi, & de Indulgentiis Portiunculæ; quæ omnia adhuc servantur Romæ & Patavii, in Bibliothecis Ordinis.

SIMONIS FONTANI, Doct. Theologi, Franciscani, Parasceve ad Rhetorica, non illa quæ patronum armant ad Forum; sed quæ Ecclesiasten Christianum ad Suggestum. Parisiis, in-8°. apud Sebast. Nivellium 1578.

SIMON. LAMPRIDII, Mutinensis, in Jacobi Fabri calumniatorem Invectiva.

SIMONII MARINI, de altera argumentationis parte, sive Dialectica, liber. Parisiis, in-4°. apud Christian. Wechelum 1549.

SIMONIS SCHARDII,[1] Œconomia Pandectarum, septem tabulis expressa ad methodum Justinianæam Distinctiones Bartoli super totum codicem, in tabulas redactæ. Ejusdem Schardii feudales Distinctiones, ex præcipuis Feudistarum commentariis collectæ, & in tabulas redactæ. *

[1] Obiit 26 Maii 1573, ætatis 38 (natus in Saxoniâ, an. 1535) de eo inter Jurisconsultos Germaniæ Melchior Adamus, qui tamen silet de tabulis hic memoratis.

* Scientiâ Juris Publici præcipuè innotuit, quâ, Imperialis Cameræ Spirensis, dignitatem Assessoris adeptus erat.

SIMONIS STEVINII, Problematum Geometricorum lib. v. Antuerp. in-4°. apud Joan. Bellerum 1583. *

* Brugensis Mathematicus celeber; qui currus illos, velorum ope progredientes, quibus aliquandiù Batavi usi sunt, invenisse dicitur. Obiit an. 1633. Opera illius Belgico Idiomate scripta, in Latinam linguam versa sunt à Willebrod Snellio, in Academiâ Lugduno-Batavâ Matheseôn inclyto Professore, & excusa in-12. tom. fol.

SIMONIS VERREPÆI, Institutionum scholasticarum libri tres. Primus agit de qualitate, delectu & officio tum præceptorum tum discipulorum; ac de tota docendi ratione generatim. Secundus exhibet facilem instituendi in humanioribus literis Juventutem, donec idonea sit, quæ mittatur in Academiam.

Tertius oſtendit quâ ratione & modo ſit educanda Juventus in pietate & Chriſtiana, verâ ac Catholica religione. Antuerpiæ, in-8°. apud Joan. Bellerum 1573.

SIMPHORIANI CAMPEGII,[1] (vel Champerii*) Gallicum Pentaphamacum, Rhabarbaro, Agarico, Manna Terebinthina, & ſene Gallicis conſtans, cum Donati à Mutis, Medici Raguſini, epiſtolâ de Terebinthinæ Reſinæ facultatibus. Lugd. in-8°. apud Melchior. & Gaſpardum Trechſel 1534.

[1] Symphorianus Champerius, Lugdunenſis, ut nobiliorem ſe faceret, Cardinalis Laurentii Campegii, Bononienſis, Leonis X in Angliam Legati, familiæ ſe inſeruit, commentus uni è majoribus ſuis Chriſtiano Campegio, Equiti Allobrogi, duodecim fuiſſe liberos, quorum cùm duo Carolum, Ludovici IX, Gallorum Regis, fratrem, ad poſſeſſionem Neapolitani Regni proficiſcentem ſecuti fuiſſent, eo redeunte minor natu Bononiæ ſubſtitit, undè Bononienſes Campegii orti ſunt. Quam originem etſi manifeſtè fabuloſam, Cardinalis, ut veram benevolè ſuſcepit, & Symphorianum, qui exindè Campegium ſe dixit, libenter affinem ſuum agnovit. Vide quæ ſuprà notavimus, in Biblioth. Crucimanii, verbo SYMPHORIEN CHAMPIER, Tom. II, pag. 417 & 418.

* Articulus ſequens eumdem auctorem indicat, ideòque immeritò in duos diviſus eſt, cùm ex dictis Campegius & Champerius ſint ejuſdem hominis nomen.

SIMPHOR. CHAMPERII, Roſa Gallica Medicinæ, omnibus ferè ſanitatem affectantibus utilis & neceſſaria, quæ in ſe continet præcepta, auctoritates, atque ſententias memoratu dignas, ex Hippocratis, Galeni, Eraſiſtrati, Aſclepiadis, Dioſcoridis, Raſis, Haliabbatis, Iſaac, Avicennæ, multorumque aliorum clarorum virorum libris, in unum collectas; quæ ad medicam artem rectamque vivendi formam plurimùm conducunt, unà cum ſua pretioſa Margarita; de Medici atque ægri Officio; impreſſ. apud Nanceium anno 1512. Epiſtolæ Phyſicæ Campegii, Manardi & Coronæi de Tranſmutatione metallorum, ad regios Medicos Capellanum & Miletum. Defenſio Avicennæ; Laurent. Friſio auctore. Epiſtola Reſponſiva Campegii in Leonardum Friſium. Lugd. apud Bened. Bounyn.

SIXTUS OCTAVIANUS. Phaſelus Catulli, & ad eam,

quot extant, Parodiæ, cum annotationibus doctorum virorum, edita à Sixto Octaviano; excus. Eboraci, in-8°. apud Joannem Marcantium 1579 [1]

[1] Et nos olim parodiam ex illo Phaselo adolescentes lusimus, in Rhodantidem (vulgò Rose) scortum Divionense notissimum.

STANISLAUS SOCOLOVIUS, de veræ & falsæ Ecclesiæ discrimine libros tres, ex sacris scripturis vetustissimisque Patrum sententiis, concinnavit; quibus adjecta est pro dignoscendis & fugiendis falsis dogmatibus, ejusdem concio. Cracoviæ, in fol. in officina Lazari 1583.

STEPHANI CAROLI, Oratorium Artificium, tribus Demosthenis Olynthiacis Orationibus convertendis, & conscripto argumento, ac tum ipsis præcipuis sententiis, tum argumentationibus excerptis illustrandis, demonstratum. Bononiæ, in-4°. ex Typographia Joannis Rossii 1573.

STEPHANUS GRACILIS, Ptolemæi Mathematicæ Constructionis librum secundum Latinâ interpretatione donavit. Lutetiæ, in-8°. apud Gul. Cavellat 1556.

STEPH. LUSIGNANI, de Regio Cypri Semine, Lectoris sacræ Theolog. Ord. Præd. Catalogus Virorum Illustrium veter. & novi Testamenti, nec non omnium primitivæ Ecclesiæ cum successor. Pontificum in Ecclesia, Romana, Constantinop. Antioch. Alexandrina, Hierosolymitana ac in aliis, cum causis dissentionis Ecclesiæ Romanæ & Orientalis. Parisiis, in-8°. apud Gul. Nigrum 1580 [1]

[1] Vid. notas ad Crucimanium, verbo Etienne de Lusignan, Tom. I, pag. 183 & 184.

STEPHANI, Archiepisc. Antibarensis, Sermo habitus in materia fidei contra Turcarum persecutionem, ex solennitate gloriosi Apostoli & Evangelistæ Joannis, habitus Romæ in Ecclesia Lateranensi, anno Domini 1481, Pontificatûs Sixti IV anno decimo.

STEPHANUS

STEPHANUS DE SALAZAR, Monach. Carthusianus, sacræ Theol. Doctor, Genealogiam Jesu Christi Redemptor. nostri, secundùm Matthæum explicavit; cui adjectæ sunt morales quædam synopses, sive contuitus in usum Concionatorum. Accessit etiam Commentariolus in cap. 2. de adventu Magorum ejusdem D. Matth. cum considerationibus moralibus. Lugduni, in-8°. excud. Carolus Pesnot 1584. Ejusdem concio habita ad Capitulum generale sacri Ordinis Carthusiensis, qua explicat religionis vota. Lugd. in-8°. excud. Theobaldus Ancelin, anno eodem. [1]

[1] Granatensis, primùm Augustinianus, deindè Carthusianus, obiit 28 Januarii 1596.

STEPHANI WINTON, [1] ad Martin. Bucerum, de impudenti ejusdem Pseudologia, Conquestio. Coloniæ, in-4°. excud. Melchior Novesianus 1545.*

[1] De Stephano Gardinero, Wintoniensi Episcopo, videndus Pitseus, qui dicit eum obiisse anno 1555. Librum autem hîc memoratum non omisit Simlerus.

*Juris utriusque Doctor præclarus, & magnus Angliæ Cancellarius, subscripsit sententiæ, quâ æquum declarabatur divortium Henrici VIII, quam propugnavit scripto, cui titulus *de verâ & falsâ obedientiâ*; sed Catholicæ fidei adhærens, obstitit Novatorum erroribus, quos sub Reformationis nomine Anglicum Ministerium sub Edoardi VI nomine, introducere studebat, immò & introduxit; ideò Episcopus Wintoniensis in carcerem detrusus est, ex quo eductus, & in pristinas dignitates restitutus fuit, Mariâ regnante, an. 1553. Obiit 23 Octobris 1555.

SUFFRIDUS PETRUS, Leovardiensis Frisius, in Latinum ex Græco transtulit & justis Commentariis illustravit Athenagoræ, Atheniensis Philosophi, Apologiam vel legationem, vel potiùs supplicationem pro Christianis, ad Imperatores Antoninum & Commodum. Coloniæ, in-8°. apud hered. Arnoldi Birckmanni 1567. Martini Poloni, Archiepiscopi Consentini, Chronicon ad fidem veterum manuscriptorum codicum emendavit & auxit. Antuerpiæ, in-8°. excud. Christophorus Plantinus 1570. Ejusdem Suffridi Annotationes in Auctores præci-

puos veteres, de illustribus Ecclesiæ scriptoribus, Hieronymum, Gennadium, Isidorum Hispalensem, Honorium Sigebertam, & Henricum de Gandavo, perpetuâ Chronologiâ illustratæ. Coloniæ, apud Maternum Cholinum 1580. [1]

[1] Obiit Coloniæ 1597, ætatis circiter, 70.

SYLVII SPANNOCHII, J. U. Doct. ac Patricii Senensis, Quæstionum publicè tractatarum, ad titulum Digestorum, de novi operis nunciatione libri IX. Venetiis, in-4°. 1582.

SYMPOSII, Ænigmata. Paris. apud Jacob. Kerver 1537. [1]

[1] Bibliothecæ Germanicæ, Sermone Gallico scriptæ, & Amstelodami 1721 editæ, Tom. I, pag. 152 & 153 Christophorus Augustus Heumannus, Collegii Gottingensis Inspector, invenisse primus dicitur *Symposium*, non scriptoris nomen esse, sed inscriptionem libelli, quem, Hieronymo teste, Cœlius Firmianus Lactantius adolescentulus composuit. Quod certè si non verum, veri speciem habere, mihi quidem videtur.

SALMANTICENSIS, Academiæ Statuta. Salmanticæ, apud Jo. Mariam à terra nova 1561.

SCACORUM Ludi sive regiminis ac morum hominum & officiorum virorum Solatium. Manuscript. [1]

[1] Opus hoc sæpiùs editum, est Jacobi de Cessolis, Dominicani, viventis sub finem seculi XIII. Scribitur & de Cezolis, de Cessulis, de Sessolis, immò & Trithemius vocat eum Jacobum de Thessalonicâ. Vid. Biblioth. Gallicam Verderii, Tom. III, pag. 556, in fine literæ E, verbo *le Jeu des* ESCHETS, & litera I, verbo JEAN FERRON, in Bibliot. Crucimanii, Tom. I, p. 493.

SINGULARIA diversorum doctor. Lugd. in-fol.

STATUTA, & nova Reformatio. Romæ, 1519.

STATUTA Albingliæ.

STATUTA Alexandrina.

STATUTA, Angliæ, veteri sermone Britannico à Litelton. [1]

[1] Scribendum Littleton, nomen Angli, Statutorum illorum Scriptoris, qui vixit anno 1533 & Joannes vocabatur.

* Plures ex hâc Littletoniorum familiâ prodière variis temporibus, viri docti & celebres.

STATUTA Astensia.

STATUTA Bobacteriorum urbis Romæ, in-4°.

STATUTA Bobiensia.

STATUTA Collegii Bononiensis Hispanorum, cum testam. & rebus gestis Albornotii, Fundatoris.

STATUTA Studii Bononiensis.

STATUTA Brixiensia. Item Datiaria, Civilia & Criminalia Lacûs Bœnaci Brixiensis.

STATUTA Cadubrii.

STATUTA Ferrariensia.

STATUTA Florentiæ cum Glossis Alexandri non Imolensis, sed alterius.

STATUTA Forolivii.

STATUTA Genuensia. Item conventiones inter Januam & Savonam.

STATUTA Lodiensia.

STATUTA Lucensia.

STATUTA Mantuana.

STATUTA Mediolanensium.

STATUTA & Provisiones aliquot civitatis Modonæ.

STATUTA Mutinensia.

STATUTA Papiensia.

STATUTA Patavina. Item Scholæ & Artistarum, Patavin.

STATUTA Placentina.

STATUTA Reginensia.

STATUTA & Ordines Ripæ & Ripetæ Ro.

STATUTA Tridentina.

STATUTA Vicentina.

STATUTA SYNODALIA Venerabil. Parisiensium Episcoporum, Galonis Cardinalis, Odonis, & Willelmi. Parisiis, in-8°. apud Mich. Sonnium 1578.

* SUPPLEMENTUM Juris, Auctoris innominati.

SUPPLEMENTUM Temporum, Auctore anonymo; extat manuscrip. penes me.

SUPPLICATIO Statuum Franciæ ad Carolum Pulchrum, Franciæ Regem. Manuscr.

TAURINI CORBELINI, Lexoviaci, apologicum Opusculum, adversùs virulenta Lutheranæ hæreseos spicula, dialogicè compositum ac oratoris charactere resperssum; in quo siquidem Gallus veri Christicolæ personam agit, & Bohemus sacrilegi Lutheri vesaniam insulsus tuetur; impress. Parisiis.

TADÆI HAGECII, Doct. Medici, Aphorismorum Metoposcopicorum Libellus. Francof. in-8°. in officina Wecheliana 1584. Ejusdem Descriptio Cometæ, qui apparuit anno 1577. Adjecta est Spongia contra rimosas & fatuas cucurbitulas Hannibalis Raymundi, in-4°. Pragæ apud Georgium Melantrichium 1578.

THADÆI UGOLETI, Parmensis, Hypomnemata in undecim posteriores Plauti Comœdias & principium Rudentis. Parmæ, in-fol. excuderunt Octavianus Saladius & Franciscus Ugoletus 1511. [1]

[1] Hujus meminere cum elogio Angelus Politianus Miscellaneis, Pierius Valerianus, L. 2, *de Literator. Infelicit.*, & Philippus Labbeus, Novæ Bibliothecæ Manuscriptor. p. 233 ubi tamen eum, magno errore, cum Hugolino illo fatuo, itidem Parmensi, confundit, cujus ineditæ Popinariæ artis laudatio in Bibliothecarum Catalogis passim refertur, meritò, ab Angelo Decembrio, Politiæ suæ Literariæ cap. 61, irrisa. Superest inedita quoque Hugolini

ejusdem Philogenia Comœdia, vix interdùm Latina, ut apparet ex fragmentis, in Alberti de Eyb Margarita Poëtica editis. Eumdem, quem Labbeus, errorem erraverunt Reinesius & Bælius. Ille Epistolar. ad Daumium, pag. 167; hic in Lexico, voce QUINTILIEN, uterque ob malè intellectum Philelphum, qui Epistolâ libri quarti ultimâ, datâ pridiè Calend. Apriles 1441, non de Ugoleto nondùm forsitan nato, loquens, sed de Hugolino Parmensi, eum ornatissimum equitem auratum, ac Jurisconsultum nuncupat, quia videlicet Hugolinus primis ætatis suæ annis ingenii & eruditionis famam, pro temporibus illis, non mediocrem adeptus, Equestri propterea dignitate à Sigismundo, Imperatore, donatus fuerat, quam posteà gloriam, Angelo Decembrio teste, vix quadragenarius insaniâ perdidit. Multùm ab illo diversus Ugoletus honorificè apud Matthiam Corvinum, Pannoniorum Regem, vixit, cujus Bibliothecæ bonos Libros sedulò conquirebat, undè Tydeum, qui non alius est atque hic Thadeus, Procuratorem Regium appellat Marsilius Ficinus, sub finem Libri decimi Epistolarum, quod & Politianus, capite Miscellaneorum 23, disertè confirmat. Nunquam hic, ut Hugolinus, vel Equitem, vel Poëtam laureatum, vel Jurisconsultum se dixit, Grammatici titulo contentus. Vicinia nominum viros doctos, qui Hugolinum cum Ugoleto confuderunt, decepit, non attendentes, quamvis uterque Parmensis esset, Hugolinum merum esse prænomen, Ugoletum verò nomen familiæ, & Hugolini quidem familiam nesciri; Ugoleti verò, cui Thadæus prænomen erat, familiam proindè Ugoletam fuisse, nam fuere Angelus & Franciscus Ugoleti, Parmenses Typographi, Thadæi procul dubio agnati, quorum Franciscus hæc in Plautum Hypomnemata, Angelus, Francisci, ut videtur, pater, Quintiliani declamationes 1494. Ausonii Poëmata 1499, Calphurnii & Nemesiani Bucolica, non appositâ temporis notâ, omnia ex vetustis Thadæi codicibus expressa edidit. Thadæus post Matthiæ Regis annò 1490 mortui, obitum, in patriam reversus, tenui re, ut scribit Pierius, aliquandiù ibi victitavit, nec multò post, relictis variis, sed inchoatis tantùm, operibus, ad plures abiit.

THEBITH BENCORA, scripsit Arabicè Librum Imaginum Cœlestium, quem vidi Manuscr. in potestate Anto. Baudani.*

* *Thabet Ben Corrah, Ben Haroun, Al Sabi Al Harrani.* Illud est nomen Auctoris illius Arabis, ut legitur in Bibliothecâ Orientali Bartholomæi *d'Herbelot* littera T, in additamento, pag. 1015, col. 1, & addit: nomen magni Medici, præclari Mathematici & Philosophi celeberrimi. Hic ille est quem Europæi vocant THEBIT: erat Sabæus Religione; patria fuit Haran, urbs Mesopotamiæ, quæ est antiqua *Carra*, undè Abraham in Palestinam profectus est. Ibi natus an. Hegiræ 221, ibi obiit an 288. Khalifæ Motadhed, à quo in Astrologorum numero positus fuerat, ut fidus sibi comes esset, inprimis carus fuit; & cùm Thabet variis in scientiis versatissimus esset, frequenti illius colloquio Khalifa multùm delectabatur. Scripsit in Sphærica

Theodosii, & novam Euclidis versionem exaravit. Nonnulla protulit de Religione Sabæorum quam profitebatur, in quibus de præceptis, usibus, statutis, modo sepeliendi mortuos, de puro & impuro, de animalibus in sacrificio immolandis, de temporibus orationis apud Sabæos, egit. Secundùm nostrum computandi modum Thabet Ben Corrah natus an. 843. Obiit an. 910.

THEOBALDI AUGUILBERTI, Hyberniensis, Artium & Medicinæ Doctoris, Mensa Philosophica, compendiosè pertractans in primis quid in conviviis pro cibis & potibus sumendum est; deinde qui sermones in illis secundùm exigentiam personarum habendi sunt, & quæ Quæstiones discutiendæ, quæ insuper facetiæ & joci interserendi; impr. Parisiis, in-8°. apud Joan. Parvum, anno ab orbe redempto 1517. [1]

[1] Antiquissima omnium editio ea est quæ 1489 prodiit Heidelbergæ in-4°. Theobaldum autem Auguilbertum, vel rectiùs, ut puto, *Anguilbertum* Mensæ hujus Philosophicæ reverâ Scriptorem esse, non Michaelem Scotum, certo certiùs probavi Menagianorum, Tom. III, pag. 104 & seq. Posteriorem autem Thoma Cantipratano, qui 1280 non excessit, vixisse vel hinc apparet quod capite libri quarti, 29, cum scriptum esset *T. de Apibus*, deberetque singularis illa Litera de Thoma (scilicet Cantipratano) intelligi, de Tullio ridiculè intellecta est, undè ibi *Tullius de Apibus*, & corruptiùs adhuc Julius, cap. 36 & 40, legitur.

THEODORICUS CORTEHŒVIUS, Adagiorum omnium tam Græcorum quàm Latinorum aureum flumen ex D. Erasmi editione, sub certos rerum locos in compendium reduxit. Coloniæ, in-12. excud. Joannes Præl. 1533.

THEOD. BEZA, de Francicæ linguæ rectâ pronunciatione, in-8°. Genevæ, apud Eustathium Vignon 1584. Canticum Canticorum Salomonis, Latinis versibus expressum à Theod. Beza, in-8°. Genevæ 1584. [1]

[1] V. Crucimanium & Verderium in Bibliot. Gallicis, & notam ad illorum textum.

THEODORI GRAMINÆI *, Ruræmundani, sacræ scripturæ, Canonum ac Paternarum Traditionum studiosi, Mysticus Aquilo, sive Declaratio Vaticinii Jeremiæ; *ab Aquilone pandetur malum super omnes habitatores terræ*, qua ab annis

promulgationis præsentis Prophetiæ plus minùs 648 ante natum Christum, orbis vastatores, Ecclesiæ Dei hostes, à plaga mundi Aquilonari prorupisse, & in finem usque seculi prorupturos esse demonstratur. Item Epistola R. D. Willelmi Damasi Lindani, de eodem negotio. Coloniæ, in-8°. apud Ludovic. Alectorium 1575. Ejusdem Exhortatio de exequenda Calendarii correctione, quam S. D. N. Gregorius XIII, Pont. Max. edi, promulgari, & per Italiam cæterasque orbis Christiani partes, anno 1582, observari mandavit, ad sacram Cæsar. Majestatem, Imperii Electores ac Principes cæterosque status, in-4°. Dusseldorpii 1583.

* Vernaculè vocabatur GRAUMINE.

THEODORUS MARCILIUS, multis in locis emendavit adnotationibusque illustravit Martialis Epigrammata in Cæsaris Amphitheatrum & venationes. Lutetiæ, in-8°. apud Ægidium Beysium 1584. *

* Arnaldo-Villæus in Geldria, tam maturos in literarum studio progressus fecit, ut duodecim annos natus linguas græcam & latinam apprimè teneret, & jam eleganti stylo in utrâque scriberet; Lovanii, primo studiorum curriculo confecto, Parisios profectus, ibi variis in Collegiis humaniores Literas professus est, usquedùm Professor Eloquentiæ Regius renuntiaretur. Obiit Parisiis, 15 Martii 1617, ætat. 69. Vid. Mem. Niceron. Tom. XXVII.

THEODORUS PELTANUS, Victoris Antiocheni in Marcum, & Titi, Bostrorum Episcopi, in Evangelium Lucæ Commentarios, antehàc nunquam in lucem editos, latinitate donavit; quibus adjecit Dionysii Alexandrini Epistolam de Dominicæ Resurrectionis tempore deque Paschalis Jejunii termino. Ingolstadii, in-8°. apud Davidem Sartorium 1580. [1]

[1] Theodorus Antonius, Jesuita, Peltanus dictus à Peltâ Patriâ, Ditionis Leodiensis Pago. Augustæ obiit 1584.

THEOPHILI BRIXIANI, de vita solitaria & civili ad invictis. Principem Guidonem Ubaldum, Monferetrium, Urbini Ducem, Dialogus versibus hexametris contextus. Romæ, in-4°. in officina Radulphi Laliseau.

THOMAS BECONUS, Anthologiam Lactantii Firmiani elegantes ſententias, eaſque tam pietate, quàm doctrina illuſtres complectentem, in locos communes digeſſit. Lugd. in-8°. apud Clementem Baudinum 1558.

THOMÆ DOCCII, Senenſis, J. C. & Comitis S. Palatii, Conſilia vel Reſponſa acutiſſima & quotidiana. Venetiis, in-fol. 1584.

THOMÆ CORMERII (vel CORMIER) Alençonii, Rerum geſtarum Henrici II, Regis Galliæ, libri quinque. Pariſiis, in-4°. apud Sebaſt. Nivellium 1584.

THOMÆ FINTII, Flensburgenſis, Geometriæ rotundi lib. XIV; in-4°. Baſil. per Seb. Henric. Petri 1583.

THOMAS FORESTERIUS, Medicinæ Doctor, Abrincenſis Diœceſis oriundus, edidit & compilavit in civitate Rothomagenſi Tractatum cujus titulus: Regimen Pauperum contra Peſtilentiam, fluxum ventris dyſentericum, & tenaſmonem; impreſſ. Rothomagi, in-4°. anno Domini 1490.

THOMÆ GUICHARD, Rhodii, Oratio in Lucani Pharſaliam, celeberrimo ſcholaſticorum apud Tholoſates conventu perorata; impreſ. Tholoſæ à Joanne de Guerlins 1519.

THOMÆ JACOMELLI [1], Pinnarolenſis, Chriſtianæ veritatis Defenſoris, & hæreticæ pravitatis acerrimi Inſectatoris, Propugnaculum contra Franciſci Meddenſis calumnias & errores. Taurini, in-8°, excud. Martinus Cravotus 1559.

[1] E Monacho Dominicano, Tolonenſis an. 1565 Epiſcopus, obiit Toloni 1569.

THOMÆ ILLYRICI, Minoritæ, verbi Dei præconis Opuſcula quædam; videlicet quatuor epiſtolæ. Prima ad Adrianum VI. Secunda ad Illuſtr. Ducem Sabaudiæ. Tertia ad Lugdunenſes. Quarta ad Reverendiſſ. Epiſc. Valentiæ. Clypeus ſtatûs Papalis vel ſermo popularis de Eccleſiæ clavibus, & ſpecialis Tractatus

de

de potestate Summi Pont. contra Lutherum. Conclusiones quædam circa electionem Summi Pontif. Casus septem in quibus Sum. Pontifex est auferibilis de Papatu. Modus se habendi tempore Schismatis. Confutatio conclusionum quarumdam Lutheri. Invectiva in quosdam malos Christianos. Conditiones veri Prælati; impress. Taurini, in-4°. per Jo. Angelum de Sylva 1523.

THOMÆ MUFETTI, Londinatis, de jure & præstantia Chymicorum Medicamentorum Dialogus Apologeticus. Francofurti, in-8°. apud Wechelianos 1584.

THOMAS NELUS, Anglus, Commentarium Rabbi Davidis Kimhi in Haggæum & Malachiam, ex Hebraïco idiomate, in Latinum sermonem transtulit. Parisiis, in-4°. apud Mart. Juvenem 1557. *

* Creditur obiisse 1576.

THOMÆ PAZ, Canonici Pallantini, Parasceve ad sacram Liturgiam cum gratiarum actione. Lugd. in-16. apud Jacob. de Millis 1560.

THOMÆ RADINI THODISCHI, Placentini, Canonicæ Prædicatorii Ordinis vitæ, Sideralis abyssus; impr. Parif. in-4°. apud Hedmond. Fabri 1514. [1]

[1] Thomas Radinus, Dominicanus, an. 1527 mortuus, cæteris suis nominibus *Todischi* nomen adjungebat, quia, etsi Placentiæ natus, à Germanis, qui barbaro vocabulo Todischi appellantur; originem repetebat (etiam num hodiè Germani italicè *Tedesci* vocantur). Habetur in Bibliothecâ Dominicanâ pro eloquentissimo. Ego, quas in Lutherum & Melancthonem orationes Ciceronianâ facundiâ scripsisse dicitur, non vidi, sed affirmare non verebor, debere illas, si eodem quo Callipsychiam & Sideralem Abyssum stylo eas scripsit, Apuleïanam potiùs quàm Ciceronianam facundiam redolere.

THOMÆ TIGEOU, Andegavensis Doctoris Medici, Antimæologium quo demonstratur obstetricibus non esse tutò fidendum, de virginitate aut defloratione mulieris adultæ referentibus. Lugd. in-8°. excud. Petrus Roussinus 1574.

versibus expressum, quos ideò tantùm refero, quòd ad eos Mezeræus, in suo Gallicæ Historiæ Compendio, non dubitaverit digitum extendere:

> Postremò enituit pietas in morte puellæ,
> In cinerem cunctos dùm flamma resolveret artus,
> Illæsas cor habet venas, mirabile dictu,
> Nec sinceri animi temerant incendia sedem;
> Albaque tum visa est igni prodire columba
> Et petere æthereos, multis spectantibus, orbes.

VALENTINI NABODI, de calculatoria, numerorumque natura Sectiones quatuor. Coloniæ, in-8°. apud hered. Birckmanni 1556.

VALENTINI WEZELII, Prioris Monasterii in Riechenbach, Enchiridion piarum meditationum dulcissimæ vitæ & acerbissimæ Passionis Domini nostri Jesu Christi, quatuor Septenariis comprehensarum; impr. Argentorati, in-12. apud Nicol. Wyriot 1572.

UBERTI FOLIETÆ, de Philosophiæ & Juris Civilis inter se comparatione Libri tres. Romæ in ædibus Anton. Bladii 1555.* Ejusdem Opuscula nonnulla, videlicet de vitæ & studiorum ratione hominis sacris initiati, de ratione scribendæ historiæ, de causis magnitudinis Turcarum Imperii, Tyburtinum Hippoliti Card. Ferrariensis, Brumanus sive de laudibus urbis Neapolis, de nonnullis in quibus Plato ab Aristotele reprehenditur, de norma Polybiana, Oratio in festo die omnium Sanctorum. Romæ, in-4°. apud Vincentium Accoltum 1574. De linguæ Latinæ usu & præstantia Libri tres. Romæ, in-8°. excud. Joseph. de Angelis 1574. Clarorum Ligurum Elogia. Romæ, in-4°. apud Valentem Panitium 1575.

* Italicè OBERTO FOGLIETA, Sacerdos Genuensis, plurima latinè scripsit elegantissimo sermone, quorum præcipua, *Historia Genuensium*, in-fol. opus præcellens: *Historia rerum suo tempore in Europâ gestarum*, &c. Patriâ exul quod motuum quibus exagitata fuerat decimo-sexto seculo fuisset particeps, obiit Romæ 15 Septemb. 1581, ætatis 63. Vid. Mem. Niceron. Tom. XXI.

VENTIDII TAMBERLANIS *, Juris Dialogus ad L. in

quartam ff. ad L. Falcidiam. Romæ, in-4°. apud hered. Anton. Bladi 1582.

* Nomen suppositititium esse non dubito.

VETERIS VIGELLI, Speculum stultorum carmine. Paris. in-4°. excud. Jo. Parvus 1506. [1]

[1] Quidam *Nigelli* pro *Vigello* legunt, inter quos V. C. J. A. Fabricius, præeunte Jacobo Thomasio, cujus dissertationem de Nigello Wirekero, speculi stultorum auctore, laudat Bibliothecæ latinæ pag. (m) 277. Aliquot Editiones Gothicæ, nullâ neque temporis, neque loci notâ insignitæ, *Veteris Vigelli* titulum præferunt, quarum exemplum recentissima omnium Editio Walferbytana, quæ an. 1662 prodiit, secuta est. Ego *Nigellum* malo, non solùm cum Fabricio & Thomasio, sed etiam cum Pitseo, Reinesio, &c. Rectè Pitseus Nigellum an. 1200 collocat, Grandimontenses quidem Monachos & Carthusianos versiculis suis alicubi memorantem, de Franciscanis autem & Dominicanis, nondùm scilicet natis, planè mutum.

VETURII RUFI LYCCII, Grammatica; impress. Bononiæ, in-4°. per Benedictum Hectoris 1522. [1]

[1] Qui Veturius Rufus Lyccius, interpolato nomine, hîc vocatur, non alius, opinor, est quàm Parmensis quidam, vernaculè dictus *Luca Vitruvio de Rossi*, latinè verò *Lucius Vitruvius Roscius*, Grammaticæ, de quâ hic mentio, scriptor; item & Libelli *de docendi studendique ratione & puerorum moribus*, Basileæ, 1541 editi, simodò ipsius haberi debet, qui totus ex Baptistæ Guarini ejusdem argumenti opusculo corrasus est. Legitur Petri Aretini amica & familiaris Epistola 1 Septemb. 1537 ad eum, his verbis italicè inscripta: *A Frate Vitruvio de i Rossi*; tunc enim erat Augustinianus Canonicus, quod institutum videtur posteà deseruisse, nam in Epistola Julii Crotti ad Nicolaum Francum 1547, Mantuæ datâ, Italicèque eidem scriptâ, *Sfratato* dicitur, & prætereà *Infame*, *Asino*, *Trusfarello*, *Bestiaccia*, dignisque aliis consimilibus titulis honestatur. Porrò Philander, in ea quam scripsit Marci Vitruvii Pollionis vitâ, testatur, Vitruvium alicubi Veturii Rufi nomine nuncupari. Editio quidem Elzeviriana pro *Veturii* habet *Virtuvii*, sed in Tornæsiana, quæ 1552, Lugd. sub oculis Philandri prodiit, *Veturii* disertè expressum est, qui procul dubio is ipse est *Betrubus*, *Betruvius*, *Vitruvius Rufus*, totidem enim, immò pluribus modis nomen illud scriptum invenitur in fragmentis quibusdam Agrimensorum nondùm editis. Verùm hìc, quisquis sit vetustus scriptor, nihil ad hunc novitium seu Veturium, seu Vitruvium Rufum, Rossum, vel Roscium.

UGOLINUS, Prior Generalis totius Ordinis divi Augustini,

scripsit Quæstionum super libros Physicorum, libros VIII. Quæstiones super Prædicamenta & Periermenias, libris II. de Deo trino & uno, lib. I. Commentaria in Boethium de Philosophica consolatione; quæ omnia & alia ejusdem opera partim Bononiæ in Italia, partim Parisiis in bibliothecis Ordinis manuscripta asservantur. Floruit anno 1370. [1]

[1] Hunc Urbevetanum Augustiniani ab Urbano V, Pontifice Maximo, Episcopum Ariminensem factum & Patriarchæ Constantinopolitani titulo donatum referunt. At Spondanus accuratiorum scriptorum auctoritate fretus, Hugolinum hunc, cognomine Malabrancam, 80 antè annis ex Episcopo Ariminensi Patriarcham creatum tradit.

UGUETINI, Monachi, Visio continetur in libro trium virorum & trium spiritalium virginum, quo & insunt Hermæ Pastor, sive revelatio, ex antiqua interpretatione F. Roberti, Liber Sermonum Domini, & Visionum Hildegardis lib. 3. Elizabeth virgin. cœnobitæ Sconauciensis, visionum lib. 6. Mechtildis virginis spiritalis graciæ, seu revelationum lib. 5. Paris. 1513.

VERGINIUS DE BOCCATIIS à Cingulo J. C. primus in lucem edend. curavit Constitutionum Ægidianarum, seu Marchiæ Anconitanæ, Cap. ut minorum 25 lib. v. Commentaria in decem Glossas digesta. Venetiis, in-4°. apud Juntas 1576.

VICTORIS DE CARBEN, olim Judæi, nunc, Christi miseratione, Christiani, Libellus de vita & moribus Judæorum, capitib. XXXV. constans. Parisiis, in-4°. ex officina Henrici Stephani 1511.

VINCENTIUS DE CASTRONOVO, Ord. Prædicatorum olim Generalis Magister, edidit Constitutiones Fratrum dicti Ordinis cum suis declarationibus. Item Constitutiones Monialium Ordinis Prædicatorum, Regula & Privilegia Fratrum & Sororum de Pœnitentia B. Dominici, de instructione Officialium eorumdem fratrum, Formularium electionum, confirmationum & electionum Priorum, &c. Modus celebrandi Capitula

generalia & provincialia. Lugd. in-8°. apud Lud. Martinum 1515.[1]

[1] Vincentius Bandellus Castronovanus, Franciscanorum de Virginis Mariæ intemeratâ Conceptione opinionis validus oppugnator, Matthæi Bandelli cujus Historias Italicè scriptas, vulgò *Novellas*, habemus, Patruus, obiit 27 Augusti 1506, ætat. 70.

VINCENTII CAROCII, Tudertini, J. C. Tractatus locati & conducti, in quo de pensionibus, fructibus, caducitatibus, remissionibus, salariis & similibus, nova, quotidiana & practicabilis materia pertractatur. Venetiis, in-4°. apud Lucianum Pasinum 1584.

VINCENTII CICONIÆ, Veronensis, de novissimis septem Christi verbis sermones VI. de Christi suppliciis 1. de Christi sepulchro 1. Venetiis, in-8°. apud Andr. Arrivabenum 1563.

VINCENTII CIGAULD, Brivatensis, J. Utr. Licentiati, Consilium super pignoratione & alienatione justitiæ. Ejusdem Opus laudabile & aureum, Facta Principum, Prælatorum & Baronum, judicum & subditorum, nec non jurisdictionum eorumdem determinans, junctis infinitis Quæstionibus super Italico bello unà cum exceptionibus & casibus specialibus in actibus judiciariis exponendis; & consilio suo super alienatione & pignoratione justitiæ. Lugd. in-8°. apud Ludovicum Martinum 1516, deindeque Tolosæ.

VINCENTIUS MAINARDUS DE SANCTO GEMINIANO, Ordinis Prædicatorum, vitam & Officium ac Missam cum Cantu Sancti Antonini, Archiepiscopi Florentini, composuit. Parisiis, in-8°. apud Engelbertum de Marnef.*

* Obiit 1527.

VINCENTIUS OBSOPOEUS, Sancti Maximi centurias quatuor de Charitate è Græco in Latinum transtulit, & edidit: præterea aliquot Psalmos παραφραστικῶς carmine elegiaco tractavit. Haganoæ, in 8°. apud Jo. Secerium 1531.*

* Obiit 1538 vel 1539.

VINCENTII OREADINI, Perusini, Opusculum, in quo agit utrùm adjectio novarum literarum Italicæ linguæ aliquam utilitatem pepererit; impr. Perusiæ, in-4°. in ædibus Hieronymi Francisci Chartularii 1525.

VIRINUS PISO de Magistratibus Romanorum. Patavii, apud Anton. de Galasis 1563.

VITI PIZÆ, Siculi, in Patavino Gymnasio divi Antonii Baccalaurei, de divino, & humano intellectu, & de hominis sensu, ex Peripateticis Tractatus, in fine cujus quæsitum illud, an compositum suâ formâ sit præstantius, nobiliusque collocetur. Patavii, in-4°. apud Jo. Bapt. Amycum 1553.

ULDARICI BINDER, Epiphaniæ Medicorum tres, videlicèt, Speculum videndi urinas hominum; Clavis aperiendi portas pulsuum; Berillus discernendi causas & differentias febrium; in-4°. 1506. locus ubi excusus fuerit desideratur in toto libro.

ULRICI FABRICII, Confluentini Jureconsf. Processus judiciarius. Basileæ, in-8°.

ULRICI, illustriss. Principis, Ducis à Witemberg. & Teck. &c. Comitis Montisbelligardi, Epistola ad Gubernatores civitatis Bisuntinæ, in qua, Christiani cujusdam negotii, in Montebelligardo habiti, veritas compertissima ostenditur; impress. in Germania, anno Domini 1524.

WERNERI, Abbatis S. Blasii, Deflorationes Patrum super Evangelia de tempore per anni circulum. Basileæ, in-fol. 1494.

WOLFANGI JACOBII, Wessenbrunensis, Boii, & Georgii Trybii Stoffensis Poëmata sacra, de augustissimo Eucharistiæ Sacramento; in-4°. Ingolstadii 1584. Ejusdem Wolf. Jacobi Wessembrunii Poëma sacrum, in die Purificationis Sanctiss. Dei genitr. Mariæ, scriptum B. Virginis congregationis nomine; in-4°. Ingolstadii excud. David. Sartorius 1584.

WOLFANGI HUNGEN, J. C. in Caroli Bovilli vocum Gallicarum

Gallicarum tabulas Notæ. Argentorati, in-8°. apud Bernardum Jobin 1583.

VENETORUM Statuta. Venet. apud Cominum de Tridino 1563.

USELLENSIS Diœcesana Synodus prima & secunda. Calari, apud Vincent. Simbenium 1566.

ZACHARIAS FERRERIUS, Subasiensis, Vicentinus Abbas; Acta Conciliorum celebratissimorum Constantiensis & Basiliensis concinnavit, Summariumque breve Constantiensi addidit, Basilienseque Præambulo illustravit, & edenda curavit. Mediolani, in-fol. per Gothardum Ponticum 1511. Ejusdem Apologia sacri Pisani Concilii moderni; impress. Pisis, in-fol. à Palladio Bellone 1511.

ZACHARIÆ FERRERII, Vicentini, Pontificis Gardien. Faventiæ & Vallis Hamonis Gubernatoris, de Reformatione Ecclesiæ Suasoria oratio ad beatiss. Patrem Hadrianum VI, Pont. Max. Venetiis, in-8°. anno 1522.



BIBLIOTHECA,

SIVE

ANTIQUITATES
URBIS CONSTANTINOPOLITANÆ.

BIBLIOTHECA,

SIVE

ANTIQUITATES

URBIS CONSTANTINOPOLITANÆ.

AD LECTOREM

Bernardi Monetæ, Academiæ Gallicæ Socii, in Bibliothecam, ſive Antiquitates Urbis Conſtantinopolitanæ, quales ab Antonio Verderio hìc exhibentur,

MONITUM.

Has Conſtantinopoleos Antiquitates, proximèque ſubjunctos codicum Græcorum Catalogos, non primus, ut paſsìm creditur, vulgavit Antonius Verderius. Graviter itaque falluntur celebres ſcriptores, Antonius Poſſevinus, Leo Allatius, Petrus Lambecius, aliique id quidquid eſt, operæ Verderio ſecuriùs tribuentes; non facturi ſi collectionem illam, ſeptem ante annis Argentorati, apud Nicolaum Wyriot 1578, minori formâ, quam vocant in-4°. editam, Joanni Hartungo nimiùm hìc laudato deberi noviſſent, quod clarè apparet ex hoc Georgii Calaminii præfixo ibi ad Lectorem Epigrammate.

En operum nudam, tibi, lector amice, tabellam,
  Auctorum titulos quæ tibi mille refert,
Quos Conſtantini tenet urbs, ubi nunc ſedet orbis
  Terror, & inviſi dira propago Scythæ.
Nil ibi ſunt artes, pietas nihil, omnia ſunt Mars,
  Omnia Barbaries, Tartareuſque furor.
Ora Chriſtigenis Deus illam reddat ut oram,
  Scriptores genti reſtituatque ſuæ.
Magnus id Hartungus, Graïæ facundia linguæ,

Quo legis hæc operum nomina dante, rogat:
Multa scit, & vidit: te discere plura sed optat,
Quæ passim invidiâ secula nostra tegunt.

Quæ scripta reliquerint Hartungus & Calaminius, hic anno 1595, ille 1579 mortuus, docebit in Philosophorum Germanorum vitis Melchior Adamus. Malè omninò Verderius Hartungi nomen hîc suppressit, nimiùm verò bonâ fide Argentoratensis editionis errata omnia, quamlibet fœda, retinuit, quæ nos, pro officio nostro, quàm diligentissimè potuimus, emendare conati sumus.





BIBLIOTHECA,

SIVE

ANTIQUITATES

URBIS CONSTANTINOPOLITANÆ. [1]

RUBRICA.

CONSTANTINUS ille Magnus posuit Porphyream Columnam in Foro Dulciario, sive Placentario, & supra pilam ipsius [2]. Cùm autem occupaverunt Veneti Constantinopolim è manibus Imperatoris Alexii Ducæ, consumpsit ignis, & exussit Porphyream Columnellam [3]. Michael verò primus Palæologorum iterùm accepit ipsam urbem è manibus Latinorum [4]. Filius autem ipsius Manuel renovavit columnam [5], & apparet usque in hodiernum diem. Scripsit verò in circumferentiâ, & suprà, Epigramma, quemadmodùm apparet & ipsum suprà, hoc modo:

Divinum opus corruptum tempore Renovat Pius Imperator.

[1] *Bibliotheca, sive Antiquitates, &c*] Titulus malè conceptus. Aliud enim

Bibliotheca, aliud Antiquitates. Quod autem subjungitur Porphyream Columnam à Constantino in Foro Dulciario, sive Placentario positam fuisse, stare non potest, docente Petro Gillio, Lib. 3. de Topographiâ Constantinopoleos, c. 3. Forum in quo columna illa posita fuit, non Placentarium, sed Placotum, πλακωτὸν dictum, ex eo quòd latis & planis lapidibus, quos Græci πλάκας vocant constratum esset.

[2] *Et suprà pilam ipsius*]. Œdipo hîc opus est qui *, per pilam, Constantini statuam intelligat columnæ illi tereti impositam ; nisi fortè vox *statuam* omissa, supplenda sit hoc modo : *& suprà pilam, ipsius statuam.*

* Aliquid adjiciemus, quo discutiantur tenebræ quibus hîc involutus videtur Bernardus Moneta. In Constantinopoleos brevi notitiâ, pag. 100, Libri, cui titulus : *Thomæ Smithi Opuscula, ex itinere ipsius Turcico præcipuè enata. Rotterodami, 1716, in-8°.* hæc leguntur ; Columna *Constantiniana* in Gallinæ foro adhuc eminet, sed ne tota compages rimis fatiscat, inque terram labatur, ejus commissuras ænei orbiculi constringunt. In scapo enim sunt octo saxa Porphyretica sibi invicem commissa, quorum crustæ ab incendiis nigricant & exeduntur. Hanc è veteri Româ huc advehi curavit *Constantinus M.* in cujus summitate suî ipsius statuam, ex ære conflatam, collocavit, post à longo tempore disjectam.

[3] *Cum autem occupaverunt Veneti Constantinopolim è manibus Imperatoris Alexii Ducæ*]. Non Alexii Ducæ, sed Alexii Comneni tempore, totis centum antè annis, statuam fulmine ac ventorum turbine penitùs dirutam fuisse, & columnam tribus supremis Spondylis imminutam notat ex probatis Auctoribus, idem Gillius. *Ibidem.*

[4] *Iterùm accepit*]. Meliùs unâ voce dixisset *recepit*, sed mitto vitia sermonis ; frequentia verò contrà Orthographiam peccata passìm emendavi.

[5] *Filius autem ipsius Manuel renovavit columnam*]. Si quis Manuel Imperator columnam Porphyream, sub Alexio Comneno, fulmine, ac ventorum impetu deformatam restituit, non alium fuisse quàm Manuelem Comnenum, Alexii Nepotem oportet, centum & ampliùs annis priùsquàm nasceretur Manuel Palæologus, qui juvenis, longè antè Michaelem, patrem, mortuus, ad imperium non pervenit ; Manuel verò alter Palæologus, qui Imperator fuit, non Michaelem, sed Joannem habuit patrem. Columnæ Porphyreæ instaurationem Manueli Comneno rectè tribuit Sponius, itineris sui, Tom. I, pag. 297 qui & Tomo III, pag. 102 & 103 Inscriptionem Græcam refert superstitem hoc disticho ïambico constantem :

Τὸ θεῖον ἔργον ἐνθάδε χρόνῳ φθαρὲν
Καινοῖ Μανουὴλ εὐσεβὴς αὐτοκράτωρ.

Ubi tamen Τὸ χρόνῳ φθαρὲν mihi videtur parùm convenire columnæ non temporis injuriâ labefactæ, sed de cœlo, ut dictum est, tactæ & turbinibus percussæ.

RUBRICA,

RUBRICA.

In quodam marmore dicitur esse Juliani Apostatæ sepulchrum; habet verò & literas Elegion sic [1]: (Desunt verba aliquot).

EX TERRA PERSIDE, OPERE IMPERFECTO, MOVENS EXERCITUM
JULIANUS, SORTITUS EST SEPULCHRUM, UTRUMQUE
REX ET BONUS, ET BELLATOR FORTIS.

[1] *Habet verò & literas Elegion sic*]. Notatur ad oram libri deesse hîc aliquid. Ego quæ latinè hic referuntur, suspicor græcè sic fuisse concepta: Ἔν τινι μαρμάρῳ λέγεται εἶναι Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου τάφος· Ἔχει δὲ καὶ τούτου τὰ γράμματα ἐλεγεῖον ὧδε. Postrema hæc verba Ἔχει δὲ τὰ γράμματα, non *habet verò & literas*, reddi oportuit, sed *habent verò & hujus* (sepulchri nempè) *Literæ Elegeion hoc modo*; nam ἔχει γράμματα hîc more Græcorum sumitur, apud quos neutrum plurale singulari gaudere nemo nescit. Elegion autem, Elegeion, Elegidion immò & Elegidarium, non semper de Metro Elegiaco intelligi, verùm & de quovis minuto carmine dubitari non potest, benè ad Persi Sat. 1. observante Casaubono, duos hexametros versus Sardanapali tumulo inscriptos, ἐλεγεῖον à Dione Chrysostomo appellari. Distichi Græci, quod non comparet, loco, meum hoc κατὰ πόδα Latinæ versionis effictum subjicio.

Περσίδος ἐκ γαίης, πρὶν ἀνύσσειν, ἀναστὰς
Ἰουλιανὸς στρατιὴν, ἔνθ' ἔλλαχεν ἐνθάδε τύμβον,
Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής.

Id est:

Julianus rapidi jacet ultrà Tigridis undam,
Rex pariter bonus, & bellator strenuus idem.

RUBRICA.

Sub regno Valentis, Procopius quidam, sobrinus Juliani, occupavit Byzantium; proditus à familiaribus, & ligatus cruribus, ad duas arbores sursùm levatus, disruptus est miser. Eversa sunt autem tunc & mœnia urbis Chalcedonis, quòd cives ipsius cum Procopio conspirassent, suisque rebus favissent: quibus mœnibus eversis, inventa est Tabula in fundamentis ipsorum mœniorum, cui hæc inscripta fuere.

AT QUANDO NYMPHÆ [1] TEMPLUM JUXTA OPPIDUM
DELECTANTES CONSTITUENT JUXTA PULCHRAS ET BENE CORONATAS VIAS,

ET PARIETEM JUXTA BALNEAS ; MULTI GEMITUS TRISTISQUE POTENTIA ERIT.

TUNC ENIM INFINITA GENERA DIVERSORUM HOMINUM EX MULTIS COLLECTORUM,
PRÆDAS AGENTIA FEROCITER MALAM ADJICIENTIA POTENTIAM,
VADUM ISTRI CIMMERII TRANSEUNTIA CUM CUSPIDE FERRI,
SCYTHIAM PERDENT REGIONEM, ET MYSIÆ TERRAM :
THRACIAM PERCURRENT CUM FIDUCIA FEROCIENTI,
IPSIUS VITÆ SUSTENTATIONISQUE FINEM ET FATUM ATTRAHANT, SIVE HAUSERINT.

[1] *At quando Nymphæ*]. Græci Oraculi quod Ammianus Marcellinus, Socrates Scholasticus, Georgius Cedrenus, Joannes Zonaras & Nicephorus Callistus referunt, quanquam non iisdem omnes verbis, pessima hîc interpretatio exhibetur. Ego Græcos versus è Socrate, ubi emendatiores mihi videntur, adducam, unâ exceptâ voce *μαιμαίροντα*, pro quâ libentiùs lego *μαργαίνοντα*.

Ἀλλ' ὅτε δὴ Νύμφαι δροσεραὶ κατὰ ἄστυ χορείην
Τερπόμεναι στήσονται, ἐϋστεφέας κατ' ἀγυιὰς,
Καὶ τεῖχος λουτροῖο πολύστονον ἔσσεται ἄλκαρ.
Δὴ τότε μυρία φῦλα πολυσπερέων ἀνθρώπων
Ἄγρια, μαργαίνοντα, κακὴν ἐπιειμένα ἀλκὴν,
Ἴστρου καλλιρόοιο πόρον διαβάντα σὺν αἰχμῇ
Καὶ Σκυθικὴν ὀλέσει χώρην, καὶ Μυσίδα γαῖαν,
Θρηικίης δ' ἐπιβάντα σὺν ἐλπίσι μαινομένῃσι,
Αὐτοῦ καὶ βιότοιο τέλος καὶ πότμον ἐπίσπει.

Latinis versibus reddidit Henricus Valesius, quos superiori interpretationi placet opponere.

Tempore quo liquidas agitabunt Urbe choreas
Lætaque subsilient hilares per compita Nymphæ,
Ac funesta dabit murus munimina Thermis;
Tunc populi innumeri, variis è gentibus orti,
Immites animis, & sævo robore freti,
Trajicient armis Istri speciosa fluenta,
Vastabuntque Agros Mœsos, atque arva Scytharum;
Ast ubi Threïciam attigerint majora parantes,
Hîc illos Fatum & Martis violentia sistet.

RUBRICA.

Phocas Tyrannus insurgens, cepit vivum Mauritium Imperatorem, Constantiamque Reginam ipsius[1], & quinque liberos masculos, & tres filias, & sustulit primùm Tyrannus pueros, deindè uxorem, postremò ipsum Mauritium; & sepelierunt simul omnes in uno sepulchro, posteà inscripserunt suprà Elegion, & posuerunt suprà in Tabulâ, quæ videtur in hodiernum usque diem, sic: (Nicephorus Callistus scribit historiam hanc lib. 18, cap. 41 historiæ Ecclesiasticæ, & Suidas, in Collectaneis, sed hic paulò aliter. Non vocatur etiam Constantia, sed Constantina apud Niceph.)

Epigramma in Mauritium, conjugem & liberos cæsos.

O EGO MILLE MODIS[2] REGUM MISERANDA DUORUM
MAURITII CONJUNX, FILIA TIBERII;
EDOCUI REGINA SATIS, FŒCUNDAQUE MATER,
QUAM SINT MULTORUM COMMODA MAGNA DUCUM.
MILITIS INFIDI JACEO, POPULIQUE FURORE,
ET MECUM CONJUNX, PROGENIESQUE JACET.
NÆ MISERÆ NIOBES EGO SUM VITALE CADAVER,
PLURANE CISSÆIS, PLURA JOCASTA TULIT?
ESTO JURE PATER: CUR PIGNORA PARVA NEGANTUR,
HUMANI PRORSUS NESCIA TURBA DOLI.
NON JAM ROMA MEIS CARPES A FRONDIBUS UMBRAM.
ERUTA THREICIO STIRPS AQUILONE JACET.

[1] *Constantiamque Reginam ipsius*]. Ipsius uxorem dicere voluit.

[2] *O ego mille modis*]. Non inelegans quidem est Joannis Langi carmen è Græco, sed Græcum ipsum multò elegantius, quod tamen nec à Poëtâ Christiano profectum, nec Christianæ, qualis fuit Constantinà, principi videtur convenire.

RUBRICA.

In Hippodromo lapis quadrangularis est, in cujus superiore parte Brenzo est[1]. Dicunt multi, quemadmodùm & apparet

veritas, quòd Magnus Theodosius Imperator ex Troïade tulerit per mare, cui infusum est hoc Epigramma, quod etiam nunc apparet: (Quædam in textu Græco legi non possunt, & barbara sunt vocabula).

COLUMNAM QUADRILATEREM, PONDUS TERRÆ SEMPER OPPOSITUM,
SOLUS EXCITARE THEODOSIUS REX AUSUS EST: PROCLUS.....
(Desiderantur aliquot verba in græco).

In ejus columnæ vertice est Magnes attrahens ferrum, qui excitatus est de integro à Constantino, cognominato Porphyrogeneta, filiò Leonis sapientis, postquàm turbine dejectus esset; eam columnam posteà exornavit filius ejus Romanus (Hæc non de verbo ad verbum, ut cætera sunt de Græco translata, sed per summam tantùm explicata).

Iambi sunt.

HOC QUADRILATERE MIRACULUM
TEMPORE CORRUPTUM, NUNC CONSTANTINUS DOMINUS
CUJUS FILIUS ROMANUS, GLORIÆ SUCCESSOR,
RESTAURAVIT IDEM, UT SIT MELIUS QUAM VETUS SPECTACULUM,
(Versus hic mancus videtur in Græco).
ETENIM COLOSSUS ADMIRATIO ERAT IN RHODO;
ET NUNC HOC ÆS, SIVE FERRUM EST MAGNO MIRACULO, HOC LOCO.

[1] *In Hippodromo lapis quadrangularis est, in cujus superiore parte Brenzo est*]. *Bronzo* scribi oportuit, quod Italicum verbum est, à Teutonico *Braun* oriundum, latinè *æs*. Barbaras illas rubricas, undè hauserit Hartungus nescio, nec ipse indicat, temerè mutila & corruptissima epigrammata indè referens, quæ aliundè sana & integra repetere facilè potuisset. Apud Gillium quippè 2 de Topographiâ Constantinopoleos xI. & emendatius 4. Antholog. 17. tetrastichum de columnâ quam Theodosii jussu, præfectus Urbis Proclus in Hippodromo erigi jussit, legitur his verbis:

Κίονα τετράπλευρον ἀεὶ χθονὶ κείμενον ἄχθος,
Μοῦνος ἀναστῆσαι Θευδόσιος βασιλεὺς
Τολμήσας Πρόκλῳ ἐπεκέκλετο, καὶ τόσος ἔστη
Κίων ἠελίοις ἐν τριακοντα δύο.

Quos ego versus Latinis Elegiacis non posse commodè reddi sentiens, ïambicis quinque trimetris sic expressi

Quadram columnam strata quæ semper solo
Jacuisset, excitare solus ausus est
Theudosius Imperator, id mandans Proclo.
Hic jussa peragit : tanta mox intra duos
Columna surgit atque tricenos dies.

Quod addit Hartungus de Magnete quem in columnæ vertice positum, & indè turbinibus dejectum Constantinus Porphyrogeneta restituerit, itemque de columnâ eâdem, quam Romanus, Constantini Porphyrogenetæ filius, instauraverit, mera sunt somnia hominis, columnam utramque, Porphyream inquam Constantini teretem, & marmoream Theodosii quadrilateram cum Colosso, qui est in Hippodromo confundentis. Ïambos in Colossi hujus basi incisos ex Libro 2; Gillii de Topog. C. P. cap. 12, hîc repetam, & multifariam vitiatos restituam.

Τὸ τετράπλευρον θαῦμα τῶν μετaρσίων
Χρόνῳ φθαρὲν, νῦν δεσπότης Κωνσταντῖνος
(Οὗ Ῥωμανὸς παῖς) δόξα τῆς σκηπτουχίας,
Κρεῖττον νεουργεῖ τῆς πάλαι θεωρίας.
Ὁ γὰρ κολοσσὸς θάμβος ἦν ἐν τῇ Ῥόδῳ,
Καὶ χαλκὸς οὗτος θάμβος ἐστὶν ἐνθάδε.

Voces Κωνσταντῖνος & Ῥωμανὸς penultima correpta, ut inveni, ita reliqui, ejusmodi licentiam solis Græcis, præsertìm recentioribus, familiarem in hâc meâ interpretatione usurpare non ausus, quæ talis est....

Molem hanc stupendam, nubila inter conditam,
Quadrilateram, ætas longa quam corruperat,
Nunc Imperator ille, Romani Pater,
Ille, ille Constantinus, Imperî decus,
Renovat, vetustis æmulam laboribus;
Nam quale Rhodiis æreus miraculum
Fuit colossus, tale jam nobis hic est.

RUBRICÆ SUMMA.

Quomodò, imperante Joanne Comneno Porphyrogeneta, Michael Ducas exercitum duxerit Romanum in Persas, ibique feliciter bellum gesserit, cujus uxor, Martha nomine, erudita in Mathematicis & Philosophiâ, viro absente diutiùs, Monacha

MONITUM.

Codices infrà recensendi, quamvis sub variis titulis à Verderio relati, sub unâ tamen numerorum serie hîc notantur, quò faciliùs illorum mutua relatio dignoscatur, & inutiles vitentur repetitiones.

Ex Catalogo Librorum hinc indè extantium, à Grammatico exhibito, continenti Libros 174. (Sunt tantùm 173).

LIBER [1] sancti & justi Lazari, qui quatuor diebus sepultus fuit apud inferos, & quemadmodùm excitavit illum Christus, explicantur libri quatuor, quos videntes Apostoli, tres eorum absconderunt, unusque inventus est, estque primus in urbe Româ, ut audivi ex Cardinale S. Crucis.

[1] Libri hujus non sine risu Ittigius meminit, pag. 32 Dissert. de Patribus Apostolicis; & sanè talis scripti mentio in memoriam reducit fabellam lepidam à Joanne Baptistâ Gello, in Dialogis, Etrusce, *I Capricci del Bottaio* inscriptis, narratam de Lazaro, qui ab amicis rogatus Historiam rerum, quas in mortuorum regione viderat, respondit se ea omnia scripto signato mandasse; addit autem Gellus nihil in eo, postquàm Codex apertus fuit, præter Chartam puram inventum. Qui autem hîc *Cardinalis Sanctæ Crucis* indicatur, is est Prosper Sancta-Crucius Romanus, qui anno 1565, Cardinalis à Pio IV effectus, obiit 1589, ætat. 76.

Menandri [2] Comœdiæ integræ 24, explicatæ à Michaele Psello. (Extant quædam, sed non omnes).

[2] Allatius Dissertatione de Psellis, locum hunc ex Hartungo, quem Verderium putat, producens, non immeritò exclamat : *O Thesauros!* nam verè thesauri sunt, sed tam altè defossi, ut nemo hactenùs effoderit, vel unquam sit effossurus.

Dionis

Dionis [3] Hiſtoria, in cujus medio deſiderantur folia quatuor. (Extat, ſed non integra).

[3] Felices nos, ſi Dionis Hiſtoriam foliis tantùm quatuor imminutam haberemus. Sed hoc, ut & quod præceſſit de Menandri integris 24 Comœdiis, ejuſdem planè eſt αἰνίγματος.

Procli, [4] Patriarchæ Conſtantinopolitani, Hiſtoria de Græcâ Theologiâ.

[4] Titulum hunc corruptiſſimum Petrus Lambecius Libro 1. Commentarior. de Bibliothecâ Cæſareâ Vindobonenſi, pag. 147 emendare volens: *Scribendum erat*, inquit, *Procli Diadochi Libri ſex de Platonicâ Theologiâ. In Codice Verderii pro* τῦ Διαδόχου *perperam ſcriptum fuit* πατριάρχου, *&* Ἑλληνικῆς *pro* Πλατωνικῆς. Addit prodiiſſe ſex illos Libros G. L. Æmilio Porto interp. in-fol. Hamburgi, & eorumdem extare veterem Latinam tranſlationem Viterbii à Monacho Dominicano Guillelmo de Mœrbeka 18 Mai 1268 abſolutam. Optimè quidem Lambecius, ſi modò attendiſſet Procli Diadochi opus, de quo hîc agitur, à Guillelmo de Mœrbeka tranſlatum, non eſſe Πρόκλου βιβλία ϛ' περὶ Πλατωνικῆς Θεολογίας, ſed Στοιχείωσιν Θεολογικὴν, ſive, ut illius Monachi latinitate utar, *Elementationem Theologicam*. Illam autem Στοιχείωσιν, ex Græco Arabicè ab Anonymo redditam, ex Arabico latinè à Guillelmo verſam, indicat Bibliothecæ Dominicanæ, Tom. I, pag. 390. Sodalitii ſui non parvum decus Jacobus Echardus.

Hiſtoricon [5] De Michaelis Pſelli.

[5] D. Litera *Dominum* græcè Κύριον notat. De hoc autem Michaëlis Pſelli, circà annum 1080 mortui, opere, videndi Allatius de Pſellis, & Voſſius, de Hiſtoricis Græcis, qui ambo ad Verderium remittunt.

* Michaël Pſellus XI ſeculo vixit, imperante Conſtantino Ducâ; cujus filio Michaëli Parapinacio, in Literarum cognitione inſtituendo, præpoſitus fuit.

Hiſtoricon [6] Andriottæ de terrâ ipſorum.

[6] Qui ſermo, aut potiùs quæ infantia? Intelligitur hîc Andrœtæ Hiſtoria de patriâ ſuâ. Codex Cæſareus habet Ἱστορικὸν Ἀνδριότου περὶ τῆς γῆς αὐτῶν πατρίδος, ubi rectè Lambecius legit Ἱστορικον Ἀνδριότου περὶ της γης αυτου πατριδος. I. E. Hiſtoria Andrœtæ, de patriâ ſuâ. Is eſt Andrœtas Tenedius Peripli Propontidos Scriptor, cujus meminit Apollonii Scholiaſtes, ad 2. Argon. 159.

Hiſtoria [7] D. Nicetæ Coniatæ. (Extat).

[7] Scribendum erat Choniatæ, Sed Librarius vulgi uſum ſecutus ſcribentis

Cona pro *Chona*, olim *Colossæ*, scripsit per K. Vocabatur Historicus ille Nicetas Acominatus, dictus, à Patriâ, Nicetas Choniates.

* Phryx natione, gravia apud Imperatores Græcos officia gessit. Urbe C. P. à Gallis expugnatâ an. 1204, Nicæam secessit ubi mortuus est 1206. Historia illius, ab an. 1118 ad 1205 protenditur.

Sanctissimi [8] Domini Eustathii, Thessalonicensis Metropolitani, Explicatio in Homerum. (Extat)

[8] Eustathius, Archiepiscopus Thessalonicensis, patriâ Constantinopolitanus, ad extremum penè duo-decimum seculum pervenit. *Sanctissimi* titulo propter Archiepiscopatum hîc ornatur. Ejus in Homerum Commentarii Romæ prodierunt 1550 tribus aut quatuor volum. in-fol. & Basileæ; 1560, duobus.

Theodorethi, [9] Episcopi Syri, Historia Ecclesiastica, quæ dicitur Dei amantium. (Extat).

[9] Quibus Θεοδώρητος placet, ac videtur ὄνομα κύριον, ii falluntur pronuntiatione τῦ η per ι à recentioribus Græcis invectâ, quæ impedire non debet quominus scribatur Θεοδώρητος, verum ei nomen à matre inditum, quæ per 13 annos sterilis puerum enixa, Θεόδωρον, quasi à Deo precibus suis concessum, nuncupavit, ut Theodoretus ipse narrat, cap. 13. Historiæ hîc memoratæ, Asceticæ dictæ, non Ecclesiasticæ; inscribitur enim φιλόθεος ἱστορία, sive ἀσκητικὴ πολιτεία. Malè autem in his Catalogis *Episcopi Syri* ubiquè scribitur, pro *Cyri*, quamvis enim Theodoretus, Antiochiæ natus, Syriæ Metropoli, & Cyri, quæ & ipsa Syriæ Urbs, esset Episcopus, nunquam tamen Episcopus Syrus, sed Episcopus Cyri semper dictus est.

* In Concilio Generali IV Chalcedonensi celeberrimus, ad an. 470 vixit, ætat. 84.

Euripides [10] totus. (Extat).

[10] Id est, quidquid superest Euripidis.

Paralelli [11] S. Joannis Damasceni. (Extat).

[11] *Paralleli* scribendum erat, nempè *loci Paralleli*. Opus tamen quod Græcè primus in suâ Damasceni Editione, anno 1712, vir doctus Michael Lequienus, Dominicanus, exhibuit, inscribitur ἱερὰ παράλληλα, subaudiendo ῥήματα. Obiit Damascenus circà 760.

Liber [12] Philosophicus, sive Logica ipsius Damasceni, cujus initium est: Deum nemo vidit unquam.

[12] Κεφάλαια φιλοσοφικὰ, habentur Tom. I, Editionis Lequienianæ.

Galeni [13] Medicinale ad Hippocratem.

[13] Lambecius Inscriptionem Græcam Codicis Cæsarei hanc refert Γατρεσόφιον Γαληνῦ καὶ Ἱπποκράτους.

Medicinale [14]. (Extat).

Medicinale [15] Menetii Sapientis de constructione hominis.

[15] Scribendum *Meleni*, cujus in Bibliothecâ Cæsareâ Γατρεσόφιον habetur Κεφαλαίοις 217 comprehensum.

Liber [16] Medicinalis diversas materias continens.

Medicinale [17] Pauli Nicæi, Discipuli Hippocratis.

[17] Pauli Medici Liber, de Fracturis, Græcè scriptus, refertur à Gesnero, qui nescire se dicit an sit alterius quàm Æginetæ. Ego credo eumdem esse atque hic Nicæus.

Medicinale [18] Domini Michaelis Pselli.

[18] Videndus Allatius de Psellis.

Philomenis [19] Comœdiæ.

[19] Scribendum *Philemonis*, cujus, ut & Menandri, vix Comœdiarum supersunt aliquot Fragmenta, nedum Comœdiæ integræ.

* Philemo ille coævus fuit Menandri, 300 circiter annis antè Christum natum, floruit; senex 97 ætat. ann. mortuus præ nimio risu quòd Asinum ficus avidè depascentem videret. Fuit & alter Philemo præcedentis filius & Poëta Comicus, ut pater. Sic Quintilianus Lib. Instit. X de primo Philemone. « Philemon qui ut pravis sui temporis judiciis Menandro sæpè prælatus » est, ita consensu omnium meruit credi secundus. »

Liber [20] Philosophicus Domini Nicephori & Presbyteri Blemidæ.

[20] Is est qui ab adolescentiâ Monachus, accedente ætate Presbyter, Latinorum sententiæ adhæsit de Processione Spiritûs-Sancti, contrà Græcos, delatamque sibi anno 1255 Patriarchæ Constantinopolitani dignitatem recusavit. Meliùs Blemmides, vel Blemmida, scribitur. Malè interdùm, etiam doctiores, Blemmydam nonnulli scribunt. Varii de scriptis ejus Philosophicis Codices manuscripti in Bibliothecâ Regiâ.

Alius [21] liber ejusdem Nicephori Blemidæ, qui vocatur Synopsis in Philosophiam.

Liber [22] Philosophicus Domini Georgii Pachymeræ, qui est Epitome in Metaphysica Aristotelis capitum 13.

[22] Sub finem seculi decimi tertii claruit. Vide infrà cod. 397.

Aristophanis [23] Comœdiæ totum subjectum. j. integræ. (Extant x saltem).

[23] Aristophanes 400 circiter antè Christum annis, Comœdias plus 70 scripsit, omnes, exceptis undecim, amissas. Editiones non recenseo, contentus indicare ultimam, quæ Græcè & Latinè anno 1710 Amstelodami cum omnibus, tam veteribus quàm novis scholiis emendatissima prodiit, Ludolphi Kusteri operâ, Rei Litterariæ sex post annis immaturè prærepti.

Hermogenis [24] Rhetoris omnia Opera.

[24] Nempè quæ extant, de quibus videndus J. A. Fabricius, Biblioth. Græcæ L. 4, c. 31, pag. 428. Obiit Hermogenes circà annum Christi 200.

Origenis [25] liber Philocalia, & ipsius libri contra Celsum.

[25] De Origenis, anno salutis 253, æt. 70 mortui, scriptis, videndus idem accuratissimus vir Fabricius, Biblioth. Græcæ L. 5, c. 1, pag. 216.

Historia [26] vetus de bello Mahumet, quomodò bellum gesserit, Romanosque vicerit.

[26] Non erat vetus admodùm Historia, si, ut puto, Mahumetes, de quo hîc agitur, Mahumetes II est, qui Romanos, id est, Byzantinos, vicit, Romanos dictos propter Constantinopolim, quæ nova Roma vocabatur.

Historia [27] Constantini Manassæ, ab orbis initio, usque ad regnum domini Nicephori Betanatæ, & incipit à creatione mundi.

[27] Constantini Manassæ Chronicon, versibus politicis, ab orbe condito, ad Alexii Comneni initia productum, id est, ad annum Christi 1081. Græcè primùm cum Latinâ Leunclavii versione Lugduni Batavorum prodiit in-4°. deindè inter Historiæ Byzantinæ Scriptores, Parisiis 1655, in-fol. Vivebat Constantinus circà annum Christi 1150.

Manuelis [28] Moschopuli Grammatica, & habet etiam novem alios libellos.

[28] De Moschopulis duobus, utroque Grammatico, dixi ex Fabricio ad Bailletum, Tom. II, pag. 590 & 602. Moschopulus apud recentiores Græcos significat Moschi filium, πῦλος enim & πῶλος in fine nominum diminutionem notat. Plura exempla Cangius voce ΠΟΥΛΟΣ affert in Glossario Græco barbaro.

Liber [29] Philoſophicus Michaelis Pſelli in Philoſophica Ariſtotelis.

[29] Suprà cod. 5.

Aſtronomicus [30] liber Iſaaci Syri, Epiſcopi magnæ civitatis Ninivæ.

[30] Anno circiter 560 vivebat, ſed cùm Aſtronomica non tractaverit, Iſaaco alteri octo ſeculis juniori, nempè Iſaaco Argyro Monacho, quem malè ſeculo undecimo Gerardus Joannes Voſſius collocat, liber, de quo hîc, procul dubio tribuendus eſt.

Aliud [31] Aſtronomicum ſcriptum Magni Sacellani magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ.

[31] Ο' *μέγας Σακελλάριος* vel *Σακελλάριος* erat, id eſt, dignitate illâ ornabatur Libri illius Scriptor, ſed quod ſcriptoris fuerit nomen neſcitur.

Aliud [32] aſtronomicum Joannis Glycæ.

[32] Idem hic atque Joannes Glyceus, ſive Glycas, Protopſaltes Rhodi, qui librum muſicum ſcripſit, cujus mentio apud Labbeum, pag. 181 novæ Biblioth. Manuſcriptor. Idem etiam, ut puto, atque Joannes Glyceus, Patriarcha, cujus Grammatica quædam Opera ibidem pag. 105 memorantur. Hunc denique ipſum opinor eſſe Joannem illum Glycam, curſûs publici Logothetam, qui per quatuor annos, ab anno ſcilicet 1315 ad 1319, Patriarcha Conſtantinopolitanus fuit.

Aſtronomicum [33] Marci Eugenici, Metropolitani Epheſii.

[33] Marcus Eugenicus, Archiepiſcopus Epheſius, pertinax, anno 1439, opinionis de Sancti-Spiritûs ex patre ſolo proceſſione defenſor (in Concilio Florentino) Conſtantinopolim reverſus eſt, ubi anno 1447 obiit, quanquam ſunt qui multò priùs obiiſſe ſcripſerint. Opuſcula quædam ejus contra Latinos memorat Labbeus pluribus locis Bibliothecæ ſuperiùs adductæ, ſed de *Aſtronomico* verbum nullum.

Aſtronomicum [34] Michaelis Pſelli.

[34] Suprà cod. 5.

Aſtronomicon [35] quod appellatur Exapterygon.

[35] Georgius Acropolita, qui anno 1220 natus, obiit 1282. Hiſtoriæ ſuæ, c. 32 Theodorum Hexapterygum puero ſibi Magiſtrum in Mathematicis datum refert, undè colligo Librum de quo hîc agitur, Theodori illius Hexapterygi eſſe, adeòque non Ἑξαπτέρυγον ſed Ἑξαπτερύγου ſcribi oportuiſſe.

Historicum [36] Georgii Gemistæ.

[36] Gemistes & Gemistus, sed priori nomine rariùs dictus est, immò & sæpiùs vocabatur Pletho. Quamvis enim, ut benè J. A. Fabricius observat, Gemistus à γεμίζω & Pletho à πλήθω eamdem plenitudinis significationem præ se ferrent, malebat tamen vocari Pletho, quòd hæc vox ad Platonis, cui se similem optabat, alluderet. Arimini 1462, vel paulò post, obiisse dicitur centenario proprior. Historicum Plethonis opus aliud hactenùs non prodiit, quàm quod, de Græcorum gestis post pugnam ad Mantineam, duobus Libris digessit, nam quod de Peloponneso habetur, merè Chorographicum est. De Plethone plura qui volet, adeat Leonis Allatii dissertationem de Georgiis, & elegantem non minùs quàm accuratam eruditissimi viri Joannis Boivinii narrationem, pag. 775, Tom. II, Gallicè inscripti: *Mémoires de Littérature l'Académie des Belles-Lettres, in-4°. Paris*, 1717.

* Fuit ille unus ex doctis Græcis, qui post Constantinopolim à Turcis expugnatam, an. 1453, in Italiam fugère; Pletho Florentiæ à Mediceis honorificentissimè acceptus, illorum beneficiis, quamdiù vixit, gavisus est.

Astronomicum [37] Michaelis Glycæ.

[37] Ejusdem cujus & Annales habemus ab orbe condito ad annum salutis 1118, & qui ad 1150, vixisse creditur. Falli qui Siculum eum dicunt notavit suprà laudatus Boivinius, non Siceliotam, sed Sicydiotam dicendum censens, undè credibile est non alium esse quàm Michaelem illum Sicydiotam, Siciditem, vel Sicidotem, cujus Historiam Græcam Romæ Gesnerus ait in Bibliothecâ Vaticanâ reperiri.

Actiones [38] VIII. Synodi Florentinæ.

[38] Id est Acta Octavæ Synodi Generalis quæ incepit Ferrariæ 1438, undè 1439 translata, exitum 1442 Florentiæ habuit.

Liber [39] Thomæ Theacini, quem scripsit contra Græcos.

[39] Facilè videbunt absonam hanc vocem *Theacini* ex Græco τȣ̃ Ἀκίνȣ, vel τȣ̃ Ἀκυίνȣ malè intellecto prodiisse, quicumque non nescient Thomæ Aquinatis opus contrà Græcos à Demetrio Dydone Græcè versum fuisse. Videatur Biblioth. Dominic. Tom. I, pag. 346.

Macharii [40] Metropolitæ Anciræ Liber contra Latinos.

[40] J. A. Fabricius, Tom. VII, Bibliothecæ suæ Græcæ, pag. 496, Allatii quasi ἀπηχὲς testimonia subjungit ex Opere de Occidentalis & Orientalis Ecclesiæ consensu petita, ubi Macarius tanquam Auctor, siquis alius, nugax, ineptus, delirus, uno verbo Sycophanta, immisericorditer vapulat. Vivebat adhuc sub finem sæculi decimi-quarti, nec enim ad decimum quintum pervenit.

Nili, [41] Archiepiscopi Thessalonicæ, contra Latinos.

[41] Nilus Cabasilas, Archiepiscopus Thessalonicensis, Nicolai Cabasilæ Avunculus, circà 1340 & 1350, contra Latinos multa scripsit, de quibus tam editis, quàm non editis, videndus Allatius, Tractatu de Nilis.

De [42] legibus Matthæi Blastari.

[42] Matthæus Blastares, Hieromonachus medio circiter seculo decimo-quarto vivebat. Syntagma ejus continens collectionem Canonum & legum, Literarum ordine dispositam, prodiit Græcè & Latinè Oxonii, operâ Guillelmi Beveregii, 1672; Pandectarum Canonum Tom. II.

Aliud [43] de legibus Joannis Zonaræ.

[43] Hoc Zonaræ, qui 1118 vivebat, opus Græcè & Latinè, versionibus prioribus emendatis, idem qui suprà Beveregius ibidem edidit.

Aliud [44] Harmenopuli Constantini.

[44] Constantinus Harmenopulus, Constantinopoli natus, circà 1320, obiisse anno ætatis circiter 63 creditur. Opus ejus hîc memoratum prodiit Græcè cum Latinâ Leunclavii versione, in Marquardi Freheri jure Græco-Romano Francof. 1596, in-fol.

Aliud, [45] sexaginta libri Justiniani Magi.

[45] Quod hîc dicitur de sexaginta Libris Justiniani, omninò intelligendum de sexaginta Libris Basilicorum, in quibus Leonis Philosophi, dein Constantini Porphyrogenetæ auctoritate 300 penè & 50 post Justinianum annis, jus totum Justinianeum, demptis, immutatis & additis quibusdam inclusum fuit, vel de Basilicorum illorum Synopsi. Hæc quidem integra extat, prodiitque Græcè & Latinè Basileæ, in-fol. 1575. Leunclavio interprete; Basilica verò Fabrotus Græcè quoque & Latinè, sed pluribus locis mutila, edidit, septem voluminib. in-fol.

Aliud [46] de Legibus, Tadepheta, dictum explicatio Joannis, Metropolitæ Euchaitarum Mapropadis.

[46] Lego cum Lambecio: *Aliud de Legibus τὰ τέχια dictum, explicatio Joannis Metropolitæ Euchaitorum Mauropodis*; & intelligo de Legibus Divinis, id est, de Decalogo, cujus explicationem Joannes, Archiepiscopus Euchaitensis, cognomento Mabropus, sive Mauropus, versu scripsit. Euchaita, numero plurali, urbs est Hellesponti, Provinciæ Asiæ Minoris. Joannes ille Mauropus, id est, μελάνπους, Euchaitorum Metropolita, anno 1092 adhuc superstes, ïambographus erat non inelegans. Poëmatia ejus, Matthæus Bustus Etonensis Græcè cum notis Etonæ, 1610, edidit, in-4°.

Aliud [47] de Legibus Imperatoris Leonis Sapientis, Tyberii Romani Senioris Lacapeni, & aliorum multorum Imperatorum, & alia multa differentia complectitur.

[47] Tiberii nomen Leonis nomini malè postponitur, si quidem Tiberius Tertius anno 705 mortuus, Leonis imperium annis 180 præcessit. Volumen autem hîc designatum, illa ipsamet Ecloga est, seu Synopsis Basilicorum, de quâ modò dixi.

Aliud [48] de Legibus Michaelis, Præfecti atque Judicis, ad Imperatorem Michaelem Ducam, filium Constantini Regis, Duca dicti.

[48] Et hæc alia Synopsis est Basilicorum, cujus titulus ποίημα νομικὸν, ἤτοι πραγματικὸν, anno 3 Imperii Michaelis Ducæ, Christi 1073 compositum, Latinè à Leunclavio versum, & Tomo II. juris Græco-Romani à Marquardo Frehero, 1596 editum, in-fol.

Aliud [49] de Legibus antiquum & magnum Scriptum.

[49] Videntur hîc designari Basilica.

Zachariæ [50] Rhetoris liber.

[50] Zacharias, dictus modò Rhetor, ut hîc & Evagrii 2 Historiæ Ecclesiast. 2, modò Scholasticus, quod idem est, ut in fronte disputationis de mundi opificio Græcè & Latinè Parisiis, 1619, in-4°. à Joanne Tarino editæ, fuit Archiepiscopus Mitylenes. Priùs autem Historiam Ecclesiasticam scripserat ab exordio Marciani 450, ad Anastasii Principatum 491. Malæ in eâ fidei, & negligentiæ ab Evagrio, & Nicephoro Callisto non semel postulatus; hujus Historiæ ut superstitis mentio fit infrà cod. 404.

Lexicon [51] Rhetoricum juxtà Alphabetum Joannis Tzetzæ.

[51] Et Cangio & ipsi J. A. Fabricio, qui toties & tam sedulò de Lexicis egit, Rhetoricum hoc ignotum fuit.

Historia [52] Michaelis Glycæ, & incipit à creatione mundi.

[52] Dixi suprà Glycæ Historiam ab orbe condito ad annum 1118 deduci. Hanc Græcè & Latinè, primus integram cum notis, & recognitâ Leunclavii versione, Parisiis edidit 1660 Philippus Labbeus.

Sanctissimi [53] Metropolitæ Thessalonicensis Gregorii Palamæ liber contra Latinos.

[53] Vivebat medio seculo decimo-quarto. Multa ejus adversùs Latinos scripta

ſcripta enumerat J. A. Fabricius, Tom. X, Biblioth. Græcæ, pag. 461.

Germani [54] Patriarchæ Conſtantinopolitani Liber contra Latinos.

[54] Non primi qui obiit 740, ſed ſecundi quingentis poſt annis Conſtantinopolitani Patriarchæ, de quo Allatius, pag. 712, de utriuſque Eccleſiæ conſenſu.

Sibyllæ [55] Erithreæ omnia oracula. (Extant, ſed non omnia).

[55] Sibyllina Oracula quæcumque reperire potuit, ex veteribus codicibus aucta, renovata & notis illuſtrata, Græcè & Latinè, Pariſiis 1599 edidit Joannes Opſopæus Brettanus, in-8°.

Kiullius [56] Polideukei.

[56] Scribendum fuit Ἰούλιος Πολυδεύκης, nam Κ παρέλκει: fuère qui renaſcentium in Italiâ Literarum tempore, Latinè pro *Polluçe*, Polydeucem ſcriberent, inter quos Ambroſius ille Camaldulenſis Epiſtolarum nuper editarum Libro 15 paſſim.

Liber [57] Barlaam & Joſaphat, ſive Joaſaph.

[57] Nos de hac Fabuloſâ Hiſtoriâ fusè ad Verderii Biblioth. Gallicam verbo BARLAAM, Tom. III, p. 206.

Dionyſii [58] Areopagitæ cum Scholiis.

[58] Dionyſii, falsò Areopagitæ olim exiſtimati, opera primoribus quatuor à Chriſto ſeculis fuiſſe ignota, peritiores hodiè non dubitant. Scholia quæ in eâ Maximus, anno 662, mortuus, & Georgius Pachymeres, qui, an. 1308, adhuc vivebat, ſcripſerunt, editiones varias, tam Græcas, quàm Græco-Latinas recenſet J. A. Fabricius, Tomi octavi Bibl. Græcæ, pag. 758.

Explicatio [59] S. Cyrilli, Archiepiſcopi Alexandriæ, in Sanctum Hierotheon Areopagitam.

[59] Opus hoc, ſi modò exſtitit, ſuppoſititium àgnoſcitur, nec enim Cyrillus Dionyſii ſcripta vidit unquam, nedùm Hierothei, qui nullus fuit, & quem ſibi Dionyſius Præceptorem confinxit.

* Non extat, nec Hierotheus fuit Præceptor Dionyſii Areopagitæ.

Myſtica [60] Philoſophia cum explicatione Michaelis Pſelli.

[60] Librum hunc Pſelli non alium puto eſſe, quàm expoſitionem in Oracula Chaldaïca, Græcè & Latinè cum Sibyllinis ab Obſopæo editam.

Ll

Lycophronis [61] omnia.

[61] Lycophronis, præter Alexandram, sivè Cassandram nihil ad nos pervenit. Vivebat 220, antè Christum, annis.

* Lycophron ille Grammaticus & Poëta Græcus, in scriptis suis ita obscurus ut tenebrosi nomen sortitus sit, sub Ptolemæo Philadelpho vixit, qui ad solium Ægypti pervenit an. mundi 3719, & ideò vixit 100 circiter annis ante tempus à Monetâ hîc notatum. Lycophronis Alexandra præstanter edita est Oxonii 1697, in-fol. curante Christophoro Pottero, Academiæ Oxoniensis Procancellario.

Aurea [62] dicta atque carmina Gregorii Theologi Nazianzeni.

[62] Gregorii, quòd Gregorii Episcopi Nazianzeni filius esset, dicti quoque Nazianzeni, anno salutis 391, ætatis suæ 91 mortui, Græco-Latina operum editio ultima prodiit 1630 Parisiis, 2 vol. in-fol. Aliam emendatiorem jamdiù promissam flagitamus. De Gregorii Carminibus, infrà cod. 289.

Ejusdem [63] Gregorii Oratio, cujus initium: Resurrectionis dies.

Ejusdem [64] triginta Orationes, nondùm cognitæ.

Liturgia, [65] sive Missa explicata Cabasalæ Bulgariæ S. Archiepiscopi.

[65] Credo legendum: *Liturgia, sive Missa explicata, Cabasila Bulgari S. Archiepiscopi*, ut explicatio illa Liturgiæ intelligatur esse Nicolai Cabasilæ, Bulgari, qui anno 1350 Archiepiscopus Thessalonicensis erat. Inscribitur Ἑρμηνεία κεφαλαιώδης εἰς τὴν θείαν λειτουργίαν, nec semel Græcè & Latinè prodiit.

Alia [66] Liturgia explicata Simeonis Dialogi Metropolitani Thessalonicen. (Extat).

[66] Simeonis hujus, anno 1429 secundùm calculum Latinorum mortui, Liturgiam primus Jacobus Goarus Græcè integram cum Jacobi Pontani interpretatione Latinâ edidit Euchologii sui, pag. 212. Cur autem Dialogi nomen huic Simeoni detur, non video, nisi propter ipsius Διάλογον κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων, quemadmodùm Romanus Pontifex Gregorius I, Græcis ὁ Διάλογος dictus est, tùm ob Dialogos suos Græcè à Zachariâ, Romano item Pontifice, redditos, tùm ut à pluribus aliis illustribus Gregoriis distingueretur.

Ejusdem [67] Simeonis septem Mysteria sive Sacramenta Ecclesiæ; prætereà duodecim articuli fidei. (Extat).

[67] De his & aliis Simeonis hujus Operibus, tàm editis quàm non editis, videndi Allatius de Simeonibus, & J. A. Fabricius, Tom. I, Bibliot. Græcæ, pag. 326.

Nicetæ [68] Metropolitæ Eracliæ Explicatio in Job.

[68] Nicetas Heracleæ Ponti in Thraciâ, circa 1077, Archiepiscopus, Catenam Græcorum Patrum in Jobum edidit, quæ Latinè primùm Paulo Comitolo Jesuitâ interprete, Lugduni 1586 prodiit, Olympiodoro Diacono Alexandrino malè tributa, Londini posteà 1637 auctori suo Nicetæ restituta, meliore adjunctâ Patricii Junii Latinâ interpretatione.

Ejusdem [69] Nicetæ Explicatio in Psalterium David.

[69] Tota collectio prodiit cum versione & notis Balthasaris Corderii, Jesuitæ; Antwerpiæ, in-fol. 1643, tribus vol.

Ejusdem [70] Explicatio in Acta Apostolorum, in Epistolas Pauli Apostoli, Joannis, Jacobi & Petri.

[70] Hæc explicatio, & quæcumque ex sequentibus ejusdem Nicetæ explicationibus prodierunt, Latinè tantùm prodierunt.

Ejusdem [71] in duodecim Prophetas.

Ejusdem [72] in quatuor Evangelia.

Ejusdem [73] Explicatio in Ecclesiasten, & in Canticum Canticorum.

Ejusdem [74] Nicetæ Explicatio in Homilias Gregorii Nazianzeni, ubi initium : Resurrectionis dies.

Theodoreti, [75] Episcopi Syri, in locos dubios scripturæ sacræ.

[75] Operum Theodoreti Editionem Græcè-Latinam Parisiis Jacobus Sirmondus & Fronto-Ducæus, Jesuitæ virtute & doctrinâ clarissimi, 4 vol. in-fol. dedère 1642, in quâ desunt quæ hîc titulo tenùs producuntur, Explicatio in Ecclesiastem, Explicatio in Esaïam, in quatuor Evangelia, & in Epistolas Jacobi, Judæ & Petri. Obiit anno salutis, circiter 457, æt. 64.

Ejusdem [76] in duodecim Prophetas Interpretatio.

Ejusdem [77] Interpretatio in Psalterium.

Ejusdem [78] Explicatio in Acta Apostolorum, in Epistolas Pauli Apostoli, Jacobi, Judæ & Petri.

Ejusdem [79] Explicatio in quatuor Evangelia.

Ejusdem [80] Explicatio in Prophetam Isaïam.

Ejusdem [81] explicatio in Ecclesiasten.

Sancti [82] patris nostri Joan. Chrysostomi Interpretatio Actuum Apostolorum, Epistolarum omnium Pauli, Jacobi, Joannis, Judæ & Petri. (Extat præter quam in Catholicas Epistolas).

[82] Antiochiæ natus 354, obiit 14 Septembr. 407, ætat. 60 Comanæ cùm Cucusâ Armeniæ Oppido Pithyontem transferretur, tribus post annis, ex quo Constantinopoli in exilium pulsus fuerat. Prodiit Parisiis XIII vol. in-fol. amplissima operum illius & accuratissima editio Græco-Latina, curante Domno Bernardo Montfalcone, Benedictino.

Ejusdem [83] Chrysostomi Explicatio in quatuor Evangelia. (Extat pars tantùm).

Ejusdem [84] Orationes contra Judæos.

Ejusdem [85] Orationes contra Armenios. (Extat).

Ejusdem [86] quatuor Margaritæ.

Ejusdem [87] Explicatio in Hexaëmeron, hoc est, in opus sex dierum.

Ejusdem [88] Explicatio in Psalterium David.

Ejusdem [89] Explicatio in Ecclesiasten & Canticum Canticorum.

Actiones [90] sanctæ primæ Œcumenicæ Synodi Nicenæ habitæ, imperante Sancto & Apostolis æquali, Magno Constantino.

[90] Anno Salutis 325, Episcoporum 318.

Actiones [91] sanctæ secundæ Œcumenicæ Synodi Constantinopolitanæ, imperante Theodosio magno.

[91] An. Sal. 381.

Actiones [92] sanctæ tertiæ & Œcumenicæ Synodi Ephesinæ, imperante Theodosio parvo, sivè minore.

[92] An. Sal. 431.

Actiones [93] sanctæ quartæ & Œcumenicæ Synodi Chalcedonensis sub Martiano.

[93] An. Sal. 451.

Actiones [94] sanctæ quintæ & Œcumenicæ Synodi Constantinopolitanæ sub Justiniano Magno.

[94] An. Sal. 553.

Actiones [95] sanctæ sextæ Œcumenicæ Constantinopolitanæ, sub Constantino Pogonato sive Barbato.

[95] An. Sal. 680 & 681.

Actiones [96] sanctæ septimæ Œcumenicæ Synodi Nicenæ, sub Constantino & Ireno.

[96] An. Salut. 787.

Actiones [97] Synodi Topicæ sive Provincialis Constantinopolitanæ sub Macedone Imperatore & Photio Patriarcha. (Extat Græco-Latina).

[97] Hæc est Synodus verè Topica & Provincialis, falsò Œcumenica dicta, quâ Photius in Patriarchatum restitutus, & verbum *filioque* de Symbolo expunctum, an. Salutis 879.

Joannis [98] Zonaræ Explicatio in Octoëchon Joannis Damasceni.

[98] Cantus Græcorum Ecclesiasticus dividitur in tonos octo, quos vocant ἤχους, quatuor simplices, & quatuor obliquos, undè cùm Joannes Damascenus multos tam prosâ quàm versu Hymnos composuerit, ad aliquem ex octo iis tonis, sive ἤχοις accommodatos, in eorum Canticorum Collectionem, quæ ὀκτώηχος dicta est, expositionem Zonaras scripsit, quadringentis ferè post Damasceni tempora annis.

Sabini [99] monachi Epitome omnium Synodorum universalium & provincialium.

[99] Socrates pluribus Ecclesiasticæ suæ Historiæ Locis meminit Sabini Macedonianæ Sectæ, in Urbe Thraciæ Heracleâ, sub Theodosio juniore, anno 425, Episcopi, qui Collectionem Actorum Synodalium composuerat. Sed non debet Collectio hæc cum opere hîc memorato confundi, quod aliud non est quàm mera Sabinianæ Collectionis à quopiam Monacho confecta Epitome, ut ipsamet arguunt inconditа tituli malè concepti verba.

Cyrilli [100] monachi Epitome & Explicatio in Imperiales Leges.

[100] Cyrillus hic fuit unus è Basilicorum Scholiastis.

Theodori [101] Balsamonis Commentatio in omnes Canones

Apoſtolorum & provincialium Synodorum, prætereà & univerſalium.

[101] Theodorus Balſamo, Patriarcha Antiochenus, ad initium uſquè ſeculi decimi-tertii pervenit, Zonaræ, contrà quàm multi credunt, octoginta & ampliùs annis ſuperſtes.

Catecheſis, [102] ſive inſtitutio ſtudiorum. (Extat).

[102] Opus ejuſdem Balſamonis, ut & ſequens.

Nomocanonon [103] totum. (Extat).

[103] *Nomocanon totus* legi debet, *Nomocanion totum*.

Andreæ, [104] Archiepiſcopi Cæſareæ Cappadociæ, Commentatio, ſivè explicatio in Apocalypſin Joannis Theologi.

[104] Ad quinti ſeculi finem, & fortè initium ſequentis pervenit. Vid. Supplementum Verderianum, Bibl. Geſner. hâc ipſâ voce.

Thalalæi [105] Epitome & Explicatio in Imperiales Leges.

[105] Thalleleus ſcribitur in inſcriptione Procemii Pandectarum datâ XVII Cal. Jan. 5335 undè ſequitur nec eum, nec æquales ejus Theodorum & Dorotheum Commentarios & Gloſſas in Baſilicâ, circà annum 910, ſub Conſtantino Porphyrogenetæ ſcribere potuiſſe, quod tamen refert Jacobus Gothofredus, Bibliothecæ Juris Romani, cap. 6. Sed ex eorum Juriſconſultorum in Juſtinianeum Jus Commentariis, pleraque Βασιλικῶν textui fuiſſe poſtmodùm inſerta, ut 13 obſervat. 33 notavit Cujacius. Dicitur quoquè Thalleleus Pandectas & Codicem Juſtiniani Græcè tranſtuliſſe, ſed eam tranſlationem, ſi modò unquam fuerit, non puto extare, niſi ea ſit intelligenda è quâ Baſilicorum corpus formatum eſt.

Hermopolitæ [106] Explicatio & Epitome in Imperiales Leges.

[106] Theodorus Hermopolita ſub initium duo-decimi ſeculi ſcripſit excerptorum Libros 10 ex Baſilicis, nondùm editos.

Apocalypſis [107] Andreæ.

[107] Suprà cod. 104.

Cyrilli, [108] Archiepiſcopi Alexandriæ, Lexicon ſecundùm Alphabetum.

[108] Lexicon Alphabeticum, de quo hîc agitur, Cyrilli cujuſdam Alexandrini Grammatici, nec non fortaſsè Monachi, potiùs eſſe crediderim, quàm Archiepiſcopi, anno 444 mortui, inter Græcos Patres nobilis, cui Lexicon

illud ideò facilè tributum est, quòd Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας nomen codices præferrent, nec Alexandrinus alter Cyrillus Scriptis suis clarior, quàm Archiepiscopus occurreret. Biblicum quoque Lexicon ineditum quod vulgò Cyrillo tribuitur, malebat Isaacus Vossius Origeni tribuere.

Magnum [109] Etymologicum.

[109] Cujus quatuor Editiones hactenùs prodiere, tres Venetæ, una Heidelbergensis Sylburgiana, cæteris præferenda.

Suidæ [110] Lexicon.

[110] Videnda quæ diligenter post Kusterum collegit de Suida J. A. Fabricius extremo Bibliothecæ suæ Græcæ, Tomo IX.

Cabi [111] Polydori Lexicon. (Extat).

[111] Nota hîc ad oram apposita monet extare. Verius tamen est titulum solum extare, nec alibi quàm in hoc Catalogo.

Hermogenis [112] Rhetoris Liber cum scholiis ipsius.

[112] Veteres Scholiastas Græcos plures habuit Hermogenes, quorum plerique interciderunt. Supersunt quidam editi, ut Sorianus, Sopater, Marcellinus in Librum de Statibus, & Anonymi Christiani in reliquâ ineditorum nomina refert J. A. Fabricius. Bibl. Gr. L. 4, c. 31, pag. 432.

Georgii [113] Zegabeni Explicatio in Psalterium.

[113] Quando vixerit hic Georgius, non indicat in Georgiis Allatius, qui & Georgianam illam Psalterii explicationem alibi non vidisse quàm in hoc Catalogo profitetur, ideòque dubitat an non legendum sit *Euthymii Zegabini*, cujus in Psalmos Commentarius notus est.

* Nobis verisimillimum videtur Verderium hîc errasse, & Georgium eumdem esse cum Euthimio Zegabino, vel Zigabino, Monacho Græco ex Militiâ S. Basilii, qui, ineunte duo-decimo seculo, scribebat.

Novellæ [114] omnium Imperatorum.

[114] De Justiniani & sequentium Imperatorum Novellis & earum Editionibus videndus Jacobus Gothofredus, Biblioth. Juris Romani, cap. 5 & 6.

Canones [115] Ecclesiastici omnes.

[115] Habentur Græcè & Latinè in Bibliothecâ Canonicâ Henrici Justelli, Parisiis, 1661, in-fol. Tom. II.

Historia [116] Ecclesiastica Theodoreti, Episcopi Syri, quæ vocatur Tomus.

[116] Prodiit 1673 Paris. in-fol. Græcè cum Latinâ Henrici Valesii interpretatione, & notis. Quòd autem Historia Ecclesiastica Theodoreti apud recentiores Græcos vocetur Τόμος, alibi legisse non memini. Sed illi fortassè Gennadium secuti, credebant Historiam eam decem Libris constitisse, quorum posterioribus quinque amissis, priores quinque superstites, quasi partem avulsam ideò *Tomum* vocabant.

Constantini [117] Lascaris Bizantii Grammatica.

[117] De Constantino Lascari diximus ad Bailletum, pag. 605, Tomi II, ubi notavimus Henricum Stephanum, Dialogi *de benè instituendis Græcæ linguæ studiis*, pag. 42. Constantini Lascaris Grammaticam Jano Lascari tribuisse, quem enim *Lascarim*, de Constantino loquens, ait *magni apud Budæum fuisse*, is fuit unicè Janus. Sed non semel duo Lascares confunduntur. Ita Jani de veris Literarum Græcarum causis & formis Libellum J. A. Fabricius, pag. 39, Tomi VII. Biblioth. Græcæ, Constantino tribuit, quem attentior ibidem, pag. 40, Jano restituit.

* Nihilominùs Grammatica etiamnum hodiè Constantino Lascari tribuitur, qui anno 1454 è Græciâ in Italiam secessit, ubi honorificè à Principibus viris exceptus, percelebrem egit vitam.

Theodori [118] Gazæ Grammatica, sectiones 4.

[118] Et hic fuit unus Græcorum illustrium, qui, expugnatâ à Barbaris Constantinopoli, in Italiam aufugère; Thessalonicæ natus, obiit Romæ 1475, ætatis 80.

* Quartus Grammaticæ Theodori Liber ità obscurus est, ut Melchior Volmarius, præfatione in Demetrii Chalcondylæ Grammaticam dixerit, quartum illum Librum Græcis ipsis, etiam ejusdem Ordinis hominibus, visum esse Δηλίου κολυμβητοῦ δεόμενον, designans Constantinum Lascarim, lib. 2 mentem suam eâ de re hoc adagio testatum.

Homeri [119] Ilias.

Joannis [120] Papæ veteris Romæ Explicatio in Evangelia Dominicalia totius anni.

[120] Is est Joannes I, tertio Pontificatûs anno, in carcere Ravennæ mortuus 27 Maii 526, sed ea scripta eò magis spuria quòd è spuriis Latinis Græcè reddita.

Sancti

Sancti [121] Epiphanii, Archiepiscopi Constantii Cypri, Pavarium.

[121] Anno 402, vel initio sequentis, Epiphanium obiisse docet Henricus Valesius, ad 6. Socratis 14. Quòd autem Epiphanius, & infrà Gregorius Nyssenus, aliique dicuntur Archiepiscopi, quàmvis Episcopi tantùm essent, ac vix adhuc innotuisset Archiepiscopi nomen, sciendum familiare id esse Græcis recentioribus, ut honoris causâ Episcopos antiquos virtute & doctrinâ illustres plerùmque Archiepiscopos nominent, quod semel observasse sufficiat.

Leonis, [122] Philosophi & Regis Orientalis, Laudationes vitæ sancti & justi Lazari.

[122] Zonaras, Lib. 3. Annalium scribit ab hoc Leone, qui anno 911 obiit, Basilicam erectam, ubi Constantinopoli Lazari corpus conditum sit. Massilienses id sibi vindicant, sed utrobique nihil certi.

Patria [123] Constantinopolitana, & de sanctâ Sophiâ, sive Historia de Urbe Constantinopolitanâ. Et vita Alexandri, Regis Macedoniæ.

[123] Codini παρεκβολαὶ περὶ τῶν πατρίων τῆς Κωνσταντινουπόλεως, item Liber περὶ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ τῆς ἁγίας Σοφίας hîc designantur. Vita autem Alexandri undè accesserit, nescio.

Joannes [124] Zonaras contra Latinos.

[124] Græcè & Latinè primus edidit Joan. Baptista Cotelerius, Ecclesiæ Græcæ Monumentorum, Tom. III.

Gregorii, [125] Archiepiscopi Nissæ, in Hexaëmeron.

[125] Gregorius, Episcopus Nyssenus, obiisse scribitur circà 396.

Augustini, [126] Episcopi Hipponis, Enchiridion Græcè versum à Demetrio Sydone.

[126] Demetrius ὁ κυδώνης sub finem decimi-quarti seculi mortuus, multa de Latino, quædam etiam ex Italico in Græcum vertit. Malè Sydon hîc scribitur. Græci Codices Manuscripti vocant eum ἀκλίτως τὸν κυδώνη; undè Cydonius non debet scribi, quasi natus in eâ Cretæ Urbe foret, quæ Cydon, vel Cydonia dicitur, quandoquidem Volaterranus Thessalonicensem, Allatius Byzantinum facit.

Theodosii [127] Grammatica Synopsis, sive Epitome in octo partes orationis.

[127] Theodosius, Alexandrinus Grammaticus, Cangio videtur sub Comnenis vixisse, sub Alexio videlicet, vel sub filii ejus Joannis initium, cum Joannes Tzetzes, quem anno 1170 vixisse constat, suis in Hesiodum Scholiis Theodosium nominet.

Homerocento [128] piissimæ Imperatricis Eudociæ.

[128] Vulgò Græcè Ὁμηρόκεντρα, quæ Zonaras quidem, Tom. Annal. 3., & Tzetzes 10, Chil. 306, Eudociæ, Theodosii Junioris uxori, adscribunt, sed quæ auctoritate Regii Codicis 2977, Eudociæ Constantini Ducæ, & posteà Romani Diogenis conjugi, 600 & ampliùs annis posteriori, tribuuntur.

Rufini, [129] Presbyteri magnæ Ecclesiæ, Historia Ecclesiastica, incipiens ab imperio Constantis Chlori.

[129] Rufinus, sub initium quinti seculi (410) mortuus, Historiæ Ecclesiasticæ Eusebii Latinè à se redditæ, & in novem Libros redactæ, duos adjecerat, decimum & undecimum; Græcè posteà, ut hîc apparet, translatos à Gelasio nempè & Cyrillo, ut Cod. 89 testatur Photius, illo Cæsareæ Palæstinæ, hoc Hierosolymorum Episcopo, Gelasii Avunculo.

* Forsan quis existimaret Rufinum Magnæ Ecclesiæ C. P. fuisse Presbyterum, & erraret; Rufinus enim natus Concordiæ, in Urbe olim ad sinus Adriatici oram occidentalem sita, fuit Presbyter Ecclesiæ Aquileïensis, deinde in Syriam, ut cum Hieronymo hîc viveret, secessit. Ibi multa ab Arianis passus, tandem tranquilliori vitæ redditus, ad Solymam sedem fixit, ubi studiis indefessam navavit operam; notissima est illius cum Hieronymo rixa, ob quædam Origenis Opera, è Græco in Latinum conversa, quæ eò processit, ut Rufinus, Romæ damnatus, è Syriâ in Siciliam recesserit, ubi mortuus est an. 410.

Porphyrii [130] in decem Categorias Aristotelis.

[130] Obiit Porphyrius (Athenarum Scholæ decus) an. Christi circiter 305. Ejus in Categorias Aristotelis Εἰσαγωγὴ prodiit Græcè in-4°. Parisiis, 1543; Græcè verò & Latinè, Julio Pacio interprete; præfixa Editioni Aristotelis Duvallianæ, in-fol.

Michaëlis [131] Pselli in quinque voces Aristotelis, (vel Porphyrii).

[131] Opusculum hoc Pselli Græcè & Latinè, Venetiis 1532, cum aliis è Græco non absimilis argumenti versionibus, Jacobo Foscareno, Patricio Veneto, interprete, prodiit in-8°.

Topographica [132] Strabonis.

Topographica [133] Claudii Ptolemæi.

Explicatio [134] valdè utilis in Topographica Strabonis, & Ptolemæi à Michaële Psello scripta.

[134] Explicationem hanc, quam nemo vidit, memorat, hujus unius Catalogi fide, Allatius de Psellis.

Orationes [135] historicæ valdè pulchræ Joannis Zonaræ.

[135] Videatur J. A. Fabricius, Tom. I, Biblioth. Græcæ, pag. 241, ubi de Zonarâ.

Simeonis [136] Metaphrastæ Liber Dioptra.

[136] Allatius Diatribæ de Symeonibus, pag. 136, Dioptram hanc fatetur ignotam sibi esse.

* Hic est notus Metaphrastes, Byzantinus, qui decimo seculo Vitas Sanctorum prolixiori quamvis ornato stylo descripsit, undè ipsi nomen Metaphrastes.

Nicephori [137] Blemidæ in Psalterium Commentaria.

[137] Scripsit exegesim in Psalmos cujus Apospasmatia, in Bibliothecâ Vindobonensi servari ait J. A. Fabricius, Bibl. Græcæ, Tomi VI, p. 342. Eam ex Bibliothecâ Scoraliensi profert Alexander Barvœtius, apud Labbeum, p. 186. Biblioth. Novæ Manuscriptor.

Sapientissimi [138] & pientissimi Imperatoris Joannis Cantacuzeni contra Machometh Apologiæ quatuor.

[138] Apologias illas quatuor Græcè & Latinè 1543, Rodolpho Gualthero Tigurino interprete, Joannes Oporinus edidit Basileæ cum Alcorano. Scripsit autem eas ille ipse Joannes Cantacuzenus, qui per plures annos Constantinopolitanus Imperator, posteà Josephi Christoduli assumpto nomine, Monasterium ingressus est, ubi Annales de rebus Andronico Palæologo juniore, & à se gestis, prædicatasque Apologias composuit, vitâ ultrà 1375 Christi annum productâ.

Joannis [139] Damasceni Orationes contra Judæos.

[139] Scribendum fuit *Joannis Cantacuzeni*, cujus orationes contrà Judæos, editioni, teste Simlero, paratas circà 1555 habebat Oporinus, sed & Labbeus, pag. 184 Novæ Biblioth. Manuscriptor. Christoduli Monachi, quod nomen assumpserat Cantacuzenus, extare sermones novem contrà Judæos in Biblio-

thecâ Scorialensi refert ex Alexandro Barvœtio. Nihil autem unquam Damascenus contrà Judæos scripsisse memoratur.

Dogmatica [140] Panoplia contra Judæos.

[140] Euthymii Zygabeni, qui temporibus Alexii Comneni an. 1118 mortui scribebat, πανοπλία δογματικὴ adversùs omnis generis Hæreticos edita Græcè, in-fol. Tergobusti, primariâ Valachiæ Urbe 1710. Latinè autem 1555, itidem in-fol. Venetiis, Francisco Zeno Veronensi interprete, & deindè alibi. Caput 8 hujus Panopliæ pugnat contrà Judæos. Extat & Dogmatica Panoplia Nicetæ Choniatæ, p. 326 Palæographiæ Græcæ V. C. Bernardi Montfalconis è codice Baluziano memorata, sed quam hîc designari non puto.

Michaëlis [141] Pselli Explicatio in Arithmetica.

[141] Et hoc quoquè Pselli opus non noverat Allatius.

Leonis [142] Philosophi & Imperatoris de Ordinatione militum.

[142] Vulgò *Leonis Tactica*, quæ Græcè & Latinè prodierunt 1613 Lugduni Batavorum, Joanne Meursio interprete. Diversos titulos exhibent diversi codices, quâ de re videndus J. A. Fabricius, Tomi VI, Biblioth. Græcæ, pag. 368, &c.

Liber [143] dictus paradisus.

[143] Παράδεισος. Liber est sic inscriptus, continens Dicta sanctorum Patrum, qui & Γεροντικὸν dicitur. Ejusmodi Gerontica Manuscrip. inquit Cangius, Glossarii Græco-barbari p. 247. Verbo Γεροντικὸν servant complura Bibliotheca Regia & Colbertina Παραδείσου seu βίβλου τῶν ἁγίων γερόντων titulum interdùm præferentia. Nec solùm prosa, verùm & carmine; habemus enim Joannis, cognomento Geometræ, decimo circiter seculo viventis, Παράδεισον tetrastichis 99 constantem, Græcè & Latinè Typis Federici Morelli interpretis editum, quo Patrum illorum ἀποφθέγματα καὶ κατορθώματα, præclara scilicet Dicta & Facta referuntur. Quod autem dixi Joannem Geometram decimo circiter seculo vixisse, non tam mea est, quàm Francisci Combefisii in Bibliothecâ Concionatoriâ opinio, cui non repugnat quod pag. 181. Bibl. Coislinianæ ad calcem orationis hujus Geometræ de Annunciat. Deiparæ legitur, Philadelphiam urbem an. 1390 à Turcis captam : nemo enim non videt meram esse Librarii annotationem, tempus, quo describebat orationem, apponentis.

Joannis [144] Evorotæ liber inscriptus Patericon.

[144] Pro *Evorota* legendum *Eucratæ*, nempè Joannis Moschi cognomento Eucratæ qui Λειμῶνα seu Λειμωνάριον scripsit, alias νέον παράδεισον, immò & πατερικὸν dictum; nam πατερικὸν exponitur liber dicta & facta patrum continens. Obiit Joannes ille an. 620.

Liber [145] Maris.

[145] Brevis eſt libellus, Græcè primùm 1591 Lugduni Batavorum in-8o. à Bonaventurâ Vulcanio editus, ſex deindè poſt annis eâdem formâ Lutetiæ Græcè & Latinè, Federico Morello interprete, hoc titulo Γρηγορίου τοῦ Κυπρίου σοφωτάτου, καὶ λογιωτάτου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἐγκώμιον εἰς τὴν θάλασσαν, ἤτοι εἰς τὴν τοῦ καθόλου τοῦ ὕδατος φύσιν, id eſt, Gregorii Cyprii, ſapientiſſimi & eruditiſſimi Patriarchæ Conſtantinopolitani, Laudatio Maris, ſivè univerſæ aquarum naturæ. Gregorii autem nomen tum primùm ſumpſit, cum Patriarchatum quo à 1283, ad 1289, potitus erat, abdicare coactus, Monachum profeſſus eſt, Georgius anteà dictus.

Georgii [146] Gemiſtæ Hiſtoria. (Deſiderantur aliqua hujus tituli).

[146] Suprà cod. 36.

Hiſtoria [147] Georgii, Monachi Lacapeni.

[147] Georgii Lacapeni, Laccapeni, vel Lecapeni, (poſtremo enim hoc modo ſæpiùs ſcribitur,) Opera quædam extant Grammatica tam edita quàm inedita. Hiſtoria verò, quæ hîc refertur, planè ignota eſt. Videatur Allatius de Georgiis, qui hunc æqualem Palamæ facit, medio nempe viventem ſeculo decimo-quarto.

Hiſtoria [148] Joannis Curopalati Scitizæ uſque ad imperium Iſaaci Comneni.

[148] Duæ fuerunt partes Hiſtoriæ Joannis Curopalatæ Scylitzæ (ità enim ſcribendum fuit). Prima pars à Nicephori Logothetæ obitu, ſivè an. 811, ad imperium Iſaaci Comneni an. 1057, inchoatum, pertingebat. Hanc Georgius Cedrenus exſcripſit, faſſus in limine operis ſe à compendio Hiſtoriarum Joannis Protoveſtiarii, cognomento Thraceſii, plurima mutuatum. Joannes autem ille Thraceſius non alius eſt quàm Joannes Scylitza Curopalates. Hujus enim accuratè diſtinguenda ſunt nomina. Scylitza vel Scylitzes à familiâ, Protoveſtiarius, magnus Vigiliæ Drungarius, & Curopalates à dignitatibus, Thraceſius à patriâ dictus eſt. Rariùs quidem Thraceſius, ſed tamen à Cedreno loco ſuprà notato, & à Zonara in Iſaaco Comneno ità vocatus eſt, nempè quia in eâ imperii provinciâ natus erat, quæ tum temporis τὸ Θρακησίων θέμα, olim Aſia-Minor dicebatur; de quâ nominis mutatione videndus Conſtantinus Porphyrogenneta περὶ Θεμάτων cap. 3.

Hiſtoria [149] Comnenorum cujus titulus eſt: Comnena hiſtoremata.

[149] Quæ Comnenorum Hiſtoria hîc deſignetur, cùm à pluribus Joanne

Scylitza, Nicephoro Bryennio, Annâ Comnenâ, Joanne Cinnamo, Nicetâ Choniate particulatìm scripta sit, divinare non possum.

Epistolæ [150] Isidori Pelusiotæ numero mille & duæ.

[150] *Pro mille & duæ*, Lambecius ex Codice Cæsareo, ubi χιλιάδες δύο corrigit *millia duo*. Nos in ultimâ editione Parisiensi, quæ est anni 1638, habemus Epistolas 2092; de ampliori autem Epistolarum Isidori numero videnda quæ diligenter collegit J. A. Fabricius Bibliot. Græcæ, Tom. IX, p. 253, &c.

* Isidorus Damietæ natus, dictus Pelusiota quòd in Eremum Pelusii vicinum secessisset, Joannis Chrysostomi Discipulorum doctissimus & notissimus pietate & doctrinâ. Obiit 4 Februarii 440.

Prognostica [151] Solis & Lunæ & syderum & aëris & ventorum & nebularum omnium.

[151] Videntur ea ipsa quæ Philippus Labbeus p. 122. Novæ Bibl. Manuscrip. refert uno volumine collecta, sereni aëris prognostica ex diversis auctoribus, Arato, Africano, &c.

Hippocratis [152] in libros Resolutionis quatuor quos Galenus explicat, & in Galeni explicationem Michaël Psellus.

[152] Latinam hanc inscriptionem emendat Lambecius è Græcâ Codicis Cæsarei, quæ sic habet: Τοῦ Ἱπποκράτους εἰς τὰ ἀναλυτικὰ δυνατίσταρα, ὃ ἐξηγεῖται αὐτὸ ὁ Γαληνός. Sed talis operis nec vola nec vestigium in ullis Scriptorum vel Hippocratis vel Galeni Catalogis.

Medicinale [153] Xenonis.

[153] Venerat in mentem legere Zenonis; nam fuit Zeno Medicus è Sectâ Herophili, Ἰατρὸς Ἡροφίλειος, de quo Menagius ad Laertium VII. 35. Lambecius mavult Xenocratis, & intelligit Aphrodisiensem de quo accuratè J. A. Fabricius, p. 68, Tom. II, Biblioth. Græcæ.

Dogmatica [154] Panoplia contra Sarracenos Joannis Metropolitani, Eucharitarum Mabropadis.

[154] Rursùs hìc Dogmaticam Euthymii Zygabeni Panopliam revoco, cujus titulum 28 contra Sarracenos Græcè & Latinè plus semel prodiisse notat J. A. Fabricius, p. 464, Tomi VII, Bibl. Græcæ. Nullum autem tale opus scripsit unquam Joannes vel Mabropus, vel Mauropus, de quo suprà cod. 46.

Sophoclis [155] omnia.

[155] Id est *omnia quæ supersunt*, ut suprà de Euripide cod. 10.

Appollinarii [156] Explicatio in Psalterium, carmine heroico.

[156] Apollinari-patri debetur Poëtica quam habemus, Psalmorum Metaphrasis. Is enim fuit, ut disertè indicat Socrates 3. Historiæ Eccles. 16. qui totum Vetus Testamentum, cujus pars non minima sunt psalmi, Græco carmine reddidit. Græcè & Latinè non semel prodierunt, latinè quidem, prosâ tantùm, interprete parùm noto Nicolao Gulonio, Joannis Aurati Genero. Appollinaris obiit vergente seculo quarto.

* Circà an. 380 Episcopus Laodicæensis, qui, Appollinaristarum Sectæ caput, huic nomen suum dedit.

Eustathii, [157] Metropolitani Thessalonicensis, in Platonem & Aristotelem.

[157] Malè hîc opinor scribitur Eustathii, pro Eustratii. Eustratius quidem circa annum 1120 sub Joanne Comneno Archiepiscopus, non Thessalonicensis, sed Nicænus, Commentarios scripsit in secundum librum Analyticorum posteriorum Aristotelis, & in Ethica ejusdem ad Nicomachum, sed nullos, quòd sciam, in Platonem. Eustathius autem, Archiepiscopus Thessalonicensis, in neutrum quicquam commentatus est.

Irenæi [158] sapientissimi Explicatio in Philosophiam valdè pulchra.

[158] Qui non videtur Irenæus ille, sive Pacatus, de quo Suidas in Εἰρηναῖος & Πάκατος.

Isidori [159] Hispani de Theologia Etymologicon.

[159] Isidorus Hispalensis, an. 636 mortuus, Theologicorum Vocabulorum etyma tribus Originum suarum libris, sexto, septimo & octavo proposuit; quos, ut hîc apparet, Græci linguâ suâ verterunt.

Joannes [160] Chinax interpretatus. (Extat).

[160] Chinax mendum est typographicum pro *Climax*. Joannes enim Scholasticus dictus & Sinaïta (quod in abbatem Montis Sinaï electus fuisset) Syrus in Palæstinâ natus, obiit 30 Martii 605, ætatis 80. Librum scripsit cui titulus κλῖμαξ, Latinè *Scala*, quia 30 in eo gradus constituit, quibus ad cœlum ascenditur. Joannis Climaci Opera Græcè Parisiis, in fol. 1633 cum Latinâ Interpretatione & notis Matthæi Raderi prodierunt.

Eusebii [161] Pamphili Historia Ecclesiastica de Martyribus.

[161] Eusebii liber de Martyribus Palæstinæ Græcè & Latinè ad calcem libri Ecclesiasticæ Historiæ octavi reperitur. Fortè autem hîc legendum *Eusebii*

Pamphili Historia Ecclesiastica & de Martyribus, ut intelligantur Historiæ Ecclesiasticæ libri decem, & unà cum eis liber de Martyribus Palæstinæ.

Ejusdem [162] de demonstratione Evangelicâ.

[162] Librum suum Eusebius non Περὶ ἀποδείξεως Εὐαγγελικῆς sed ἀπόδειξιν Εὐαγγελικὴν inscripsit, cujus decem tantùm libri è viginti supersunt.

Sancti [163] Hieronymi de Theologiâ.

[163] Hieronymum hunc non dubito, Theologum Græcum ætatis incertæ illum esse, cujus Opuscula duo Federicus Morellus edidit, unum *de effectu Baptismi & notis Christiani*, Parisiis 1598. Alterum *Christiani cum Judæo dialogum* ibidem 1612: utrumque Græcè & Latinè 8. Quæ opuscula rursùs à Daumio edita novæ luci reddidit V. C. J. A. Fabricius, pag. 377, &c. Tom. VIII. Bibl. Græcæ.

Damasi [164] Papæ Rom. de sancta Trinitate. (Extat Latinè).

[164] Videantur Damasi Opera, Romæ à Martio Milesio Sarazanio collecta, & curâ Federici Ubaldini, in-4°. edita 1638, rursùsque Parisiis 1672, in-8°.

Liber [165] in quo disputant Græci & Latini de Purgatorio igne. (Extat).

[165] Dissensio inter Græcos & Latinos de Purgatorio nunquam fuit magni momenti, sed quæstio potiùs de nomine quàm de re.

Cyrilli [166] Alexandrini duodecim Capita, qui scripsit contra Nestorium impium, & XII. capita contraria Theodoreti, & XII. Apologiæ Cyrilli contra Theodoretum. (E Græco in Latinum translat. à D. Lamberto Grutero Cæ. Majest. Concionatore.)

[166] Extant Græcè & Latinè hæc omnia; duodecim nempè contrà Nestorium Capita, Tomo Cyrilli Operum septimo Editionis Parisinæ 1638. Duodecim horum Capitum ἀνατροπὴ, id est, eversio Tomo quarto Theodoreti Operum Editionis itidem Parisinæ 1642; eorumdem rursùs capitum à Theodoreto reprehensorum Defensio eodem Cyrilli Tom. VII.

Liturgiæ [167] sancti Apostoli Jacobi, fratris Domini.

[167] Una sola Jacobi Minoris Liturgia profertur; ideòque vel *Liturgia* legi debet, vel, si legatur *Liturgiæ*, intelligendum erit, alias ejusmodi Liturgias Petri nimirùm, Matthæi, Marci, &c. eo codice comprehensas fuisse, non eas quidem ita dictas, quòd Apostolos vel Apostolicos viros habeant auctores, sed quòd in eorum honorem conditæ fuerint.

Liber

Liber [168] Sancti Hierothei, sivè Dionysii Areopagitæ, Episcopi Atheniensis, Theologicus, Hierarchia & mystica Theologia.

[168] De Dionysio Pseudareopagitâ, & de præceptore ipsius Hierotheo, qui nunquam fuit, nos suprà codd. 58 & 59.

Æsopus [169] totus, sivè fabulæ ipsius.

Æsopus [169] totus, id est, 149 Fabularum Collectio, qualem nobis eam dedit Maximus Planudes, Constantinopolitanus, qui 1370 non creditur excessisse.

* Alii censent Planudem adhuc decimo-quinto seculo vixisse.

Historia [170] conscripta à Muso Persa.

[170] Historia Fabulosa est ex earum numero quæ vulgò Romanenses vocantur. Diversis autem aliis nominibus, & diversis linguis edita prodiit, ut suprà fusè ad Verderii Biblioth. Gallicam notavi. De Syntipa & Muso Persa consuli poterit Index Alphabeticus Auctorum quibus Cangius in Glossario suo Græco-Barbaro usus est, voce *Syntipas* ubi Μῶσος, id est, Moyses ὁ Πέρσης, conscripsisse dicitur Historiam Cyri, Persarum Regis, & legitimi illius filii, hujusque Præceptoris Syntipæ, octo item Regis philosophorum, malæque & impudicæ ejus uxoris.

Euclides [171] totus.

[171] Elementorum, nempe Geometriæ, Libri 15; quorum tamen duos postremos sunt qui tribuant Hypsicli Alexandrino. Vivebat Euclides Geometra 280 ante Christum annis.

S. [172] Cyrilli Alexandrini Liber qui Thesaurus inscribitur. (Extat).

[172] Habetur Græco-Latinè, interprete Bonaventurâ Vulcanio, Editionis Cyrilli supra laudatæ Tomo quinto, Thesaurus de Sanctâ & Consubstantiali Trinitate in libros 35 divisus, quo amplior non est Coislinianus Codex, quamvis divisus in λόγους, vel libros 40, uterque multùm ab eo Cyrilli Thesauro diversus, quem Georgius Trapezuntius latinâ suâ interpretatione miserè decurtatum ad 14 libros redegerat.

Grammatica [173] Gregorii, Theologi Nazianzeni.

[173] Grammatica hæc, quæ & infra cod. 230, Gregorio Theologo tribuitur, Gregorii Pardi est, Corinthi Archiepiscopi, qui vulgò indè nominatur Corinthus, non Theologi Nazianzeni, cui librum adscripsit ineptus Librarius, quòd Gregorium alium non nosset.

Catalogus Librorum Reverendissimi Domini Patriarchæ Constantinopolitani, continens libros quinquaginta quinque (sunt tantùm 51).

Job [174] explicatus commentariis collectis ex multis à Niceta, Metropolitano Hieracliæ, & habet etiam interpretationen picturis figurisque cum coloribus lazureo & aureo toto vividè adjectam.

[174] Idem qui supra cod. 68.

Georgii [175] Cedreni Historia Chronica à creatione mundi. (Extat Græca & Latina).

[175] Georgius Cedrenus in eâ Historiæ suæ parte quæ ab orbe condito ad annum Christi circiter 300 perducitur, Georgium Syncellum exscribit, à 300 ad 811. Theophanem, à 811 ad 1057 ubi definit; Joannem Scylitzam, qui ultra pergens ad 1081 usque progressus est.

Theodoreti [176] Episcopi Syri, Explicatio XII. Prophetarum, Principium in Esaïam Prophetam, Micheam, Eliam, Miseum, Malachiam, Aggæum, Hieremiam, Danielem & reliquos. Habet etiam Prophetas XII. explicatos cum lazuro & aureo per picturas. (*In papyro Bombycinâ*).

[176] Commentarii Theodoreti in 12 Prophetas Minores prodierunt Græcè Parisiis 1642, tertio ejus Operum Tomo cum Latinâ Petri Gillii versione. Hîc autem in titulo quem producit Hartungus, corruptissimo, Ezechielem pro *Eliam*, & Amosum vel Oseam pro Misæum legi debere, facilè quivis conjiciet.

Historia [177] Nicetæ Chroniatæ.

[177] Ut suprà cod. 7. *Coniatas* pro *Choniates*, ita hic malè *Chroniates*. Choniates autem idem est ac Colossensis, nam Κολοσσαὶ, Urbs Phrygiæ, posteà Χῶναι dicta est. Nicetæ Acominati Choniatæ, anno circiter 1220 mortui, Historiæ Byzantinæ ab anno 1118 ad 1206 perductæ Libri 21 cum latinâ Hieronymi Wolfii interpretatione Parisiis, 1647, Typis Regiis editi.

Sanctiſſ. [178] Metropolitæ Heracliæ Domini Nicetæ Explicatio in quatuor Evangelia ex multis collecta.

178 De eo ſuprà cod. 68.

Ejuſdem [179] Nicetæ Explicatio in Pſalterium David.

Joannis [180] Chryſoſtomi, Conſtantinopolitani Epiſcopi, Explicatio in Evangelium ſecundùm Matthæum.

180 Suprà cod. 82.

Ejuſdem [181] Orationes Panegyricæ ſeptuaginta.

Ejuſdem [182] Explicatio in Opus ſex dierum; primus liber & ſecundus.

Sanctiſſimi [183] Metropolitani Domini Nicetæ Heracliæ Explicatio in Acta Apoſtolorum, & in Epiſtolas Pauli Apoſtoli & præterea Jacobi, Joannis & Judæ.

183 Suprà cod. 68.

Sanctiſſimi [184] Metropolitæ Theſſalonicenſis Domini Symeonis Dialogi, ſeptem Sacramenta Eccleſiæ. (*In chartâ Bibacinâ*).

184 Suprà cod. 66.

Poſterior [185] liber ſivè ſecundus, Parallela Joannis Damaſceni. (*In chartâ Bibacinâ*).

185 Quid ſint ἱερὰ Damaſceni παράλληλα paucis ad cod. XI dixi. Nunc ut hæc verba paulò confuſiora *poſterior liber ſive ſecundus, Parallela Joannis*, &c. intelligantur, ſciendum auctoris mentem initio fuiſſe Parallela ſua in tres libros dividere, quorum primus de Deo & rebus divinis, ſecundus de rerum humanarum ſtatu & conditione, tertius de virtutibus & vitiis tractaret: poſteà mutato conſilio, eadem argumenta certis titulis, ordine alphabetico diſpoſitis, complecti maluiſſe: hæc igitur verba *poſterior liber ſive ſecundus*, non ita debere accipi, quaſi ſecundus tantùm Parallelorum liber in codice hîc exhibito continerentur, ſed hoc potiùs ſenſu, nempe in eo codice haberi Parallela eo poſteriori ordine digeſta, quem Damaſcenus, ut commodiorem priori prætulerat. Notandum quoquè *Chartam Bibacinam* hîc & inferiùs pro Bombycina, barbarè dici.

Georgii [186] Metropolitæ Nicomediæ Orationes Panegyricæ valdè pulchræ.

[186] Monachus hic, idemque posteà Chartophylax, & demùm Nicomediæ Archiepiscopus, Photii Patriarchæ, cujus XI ad eum habemus Epistolas, amicus, ideoque circà 880 vivens, malè infrà cod. 291 Gregorius nominatus.

De [187] legibus magnum Volumen habens explicationes trium Doctorum explicantium Canones, & Leges Imperiales, initium Joannis Zonaræ Monachi, deinde Theodori Balzamonis, Patriarchæ Antiocheni, postremò Matthæi Blastaris. (*In chartâ Bombycinâ*).

[187] De Zonarâ suprè cod. 43. & 98. De eodem & Theodoro Balsamone cod. 101. De Matthæo Blastare cod. 42.

Sabini [188] Monachi Epitome omnium Synodorum, & appellatur liber de communibus magnus Nomocanon. (*In chartâ Bebrainâ*). (Extant in Pauli Epistolas tantùm; cætera non.)

[188] Suprà cod. 99 Chartam Bebraïnam interpretor ex telâ fibrinâ confectam; tela autem fibrina conficitur ex pelle fibri, quem Latino-barbari *Bebrum* dixêre; voce Juvenalis veteri scholiastæ ad Sat. 12 non ignotâ, undè nostrum BIÉVRE.

Euclides [189] explicatus. (*In chartâ Bibacinâ*).

[189] Suprà cod. 171.

Sancti [190] Joannis Chrysostomi Explicatio in Acta Apostolorum, & in Epistolas Pauli, Jacobi, Joannis, Judæ, &c.

[190] Suprà cod. 82.

Ejusdem [191] aliud volumen ejusdem materiæ. (*In aliâ chartâ*).

S. Joannis [192] Damasceni Liber Philosophicus, qui inscribitur Logica Joannis Damasceni, cujus initium: Deum nemo vidit unquam, &c. (*In chartâ Bebrainâ*).

[192] Supra cod. 12.

Orationes [193] multæ Gregorii Theologi, principium : Reſurrectionis dies. (*In chartâ Bebrainâ*).

[193] Suprà cod. 62.

Actiones [194] ſanctæ, ſextæ & Œcumenicæ Synodi Conſtantinopolitanæ ſub Conſtantino Pogonato.

[194] Suprà cod. 95.

Theodoreti, [195] Epiſcopi Syri, Explicatio in Pſalterium David.

[195] Suprà cod. 75.

Symeonis [196] Metaphraſtis Libri XII ſex menſes complectentes, Septembrem, Octobrem, Novembrem, Decembrem, Januarium & Februarium.

[196] Magnis ſub Leone Sapiente & Conſtantino, Leonis Filio, dignitatibus conſpicuus, ut primi à Secretis, Patricii, & Logothetæ, non tantùm τοῦ δρόμου ſed τῶν δημοσίων πραγμάτων, ut qui eodem quo apud nos Cancellarius, munere fungeretur, non longè à 980 adhuc in vivis erat. Sanctorum vitas in duodecim libros digeſtas ſcripſit, quarum prima pars ſex menſes à Septembre, more Græcorum, ad Februarium, altera totidem à Martio ad Auguſtum continebat.

Matthæi [197] Lex, liber continens omnes canones Synodorum, itemque totum Nomocanonem.

[197] Suprà cod. 42.

Duodecim [198] Menſes, September. cum ſeq. (*In chartâ Bibacinâ*).

[198] Hæc ſunt Græcorum Μηναῖα.

Pſalteria [199] octodecim, aureis literis. (*In chartâ Bibacinâ*).

[199] Pſalteria hæc octodecim, Pſalterium interpretor in octodecim partes, quæ dicebantur καθίσματα, diviſum, quemadmodùm partem Evangelii quam legit Sacerdos, Evangelium appellamus.

Liber [200] magnus, September, October, &c. (*In chartâ Bebrainâ*).

[200] Liber qui duodecim menſes, ut apparet, continebat.

Alius [201] Liber ſex menſium, in quo Martius, Aprilis, Maius, Junius, Julius, Auguſtus. (*In chartâ Bebrainâ*).

[201] Hic dimidio minor priore.

Totius [202] anni menſium XII. Collectaneum. (*In chartâ Bebrainâ*).

[202] Opinor eſſe id quod græci Συναξάριον vocant, compendiariam ſcilicet vitæ cujuſque Sancti expoſitionem.

Legale [203] trium Imperatorum Baſilii, Conſtantini, Leonis.

[203] Novellæ ſcilicet Baſilii qui anno 886 obiit, Leonis qui 911 & Conſtantini qui 959.

Pſalterium [204] explicatum Joannis Chryſoſtomi. (*In chartâ Bebrainâ*).

[204] Pſalterium illud Chryſoſtomi magnâ ſui parte mutilum, vix Græcè dimidium habetur.

Evangelia [205] XXIV. cum aureis literis. (*In chartâ Bebrainâ*).

[205] Nempe, ut modò diximus, Evangelii particulæ.

Inſtitutiones [206] Judæorum. (*In chartâ Bebrainâ*).

[206] Quibus ſcilicet informati Judæi, Chriſtianæ Religionis veritatem percipiant, ſed earum auctor non indicatur, neque forſan germanus hic eſt tituli ſenſus, nam inſtitutiones Judæorum propriè ſunt eæ per quas Judæi puidquid eos ſcire convenit, docentur.

Domini [207] Theodori Pauperis Explicatio in interpretationem libri Joannis Damaſc. qui Octoëcho vocatur.

[207] Nempe Κυροῦ Θεοδώρου qui primò πρόδρομος, deindè propter egeſtatem πτωχοπρόδρομος dictus eſt. Ejus in Damaſceni ὀκτώηχον ἐξήγησις, quamvis hactenùs inedita, medio tamen circiter ſeculo duodecimo, quo tempore vivebat Ptochoqrodromus, innuit Octoëchum Damaſceno tributam fuiſſe, quam ei Allatius, & eruditi alii abjudicant.

Panegyricum [208] totius anni. (*In chartâ Bebrainâ*).

[208] Πανηγυρικὸν apud Græcos recentiores, Collectio eſt Concionum diebus feſtis totius anni haberi ſolitarum, non uno tantùm volumine, ſed pluribus, iiſque ſpiſſis, comprehenſarum, & à variis undecumque ſcriptoribus, quales plurimos nominat Allatius, excerptarum.

Nicephori, [209] Monachi & Presbyteri Blemidæ, Interpretatio in Psalterium David. (*In chartâ Bebrainâ*).

[209] Hujus Nicephori, de quo suprà codd. 20 & 137 ἐξήγησις in Psalmos non est edita, neque extare integra creditur.

Explicatio [210] in Opus sex dierum Gregorii, Archiep. Nissæ. (*In chartâ Bibacinâ*).

[210] Suprà cod. 125 ubi notavi Gregorium Nyssenum καλοχερητικῶς Archiepiscopum dici.

Historia [211] Chronica Domini Magistri Seth. & est communis phrasis, sivè vulgaris lingua; incipit à creatione mundi usque ad Imperium Constantini Ducæ. (*In chartâ Bibacinâ*).

[211] Historiæ illius Chronicæ alibi quam hîc non extare mentionem fatetur Allatius, Libro de Simeonibus, ubi fusè de Simeone Seth, sive Sethi, qui Constantini & Michaëlis Ducæ temporibus, à 1057, ad 1078, florebat. Nos quoquè de illo ad Verderii Biblioth. Gallic. verbo ERASTUS.

Magnus [212] Liber de Medicina. (*In chartâ Bombycinâ*). Cujus desideratur principium, & habet varia.

[212] Libro illi quemadmodùm aliis id temporis collectionibus ïatricis, titulum opinor fuisse ἰατροσόφιον, cui posteà ne sequentes chartæ vacarent, adjuncta, ut fors obtulit, fuerunt varia varii generis excerpta.

Pientissimi [213] & Deo dilecti Imperatoris Domini Joannis Cantacuzeni Apologiæ quatuor contra Machometh.

[213] Suprà cod. 138.

Nili [214] Monachi decem Orationes contra Machometh.

[214] Nulla orationum Nili Monachi contra Mahometem alibi mentio habetur, nam Vulcanius Nili de Papæ primatu Interpres, præfatione ad Lectorem, Possevinus in Apparatu sacro, & Allatius Diatribæ de Nilis cap. 6. orationum earum notitiam huic catalogo unicè debent.

Paracleticon, [215] sivè Adhortatorium totius Octoëchi. (*In Bibacinâ chartâ*).

[215] Paracleticum Παρακλητικὸν, nempè βιβλίον, Liber est Ecclesiasticus adhiberi solitus sivè in Missâ, sivè in Vesperis, sive in Matutino, sivè in aliis Officiis, quoties in his propria desiderantur, quæ ad complementum Officii

pertineant. Παρακλητικὸν autem quod adhortatorium hîc Latinè redditur, meliùs *Invocatorium*, vel *Imploratorium* diceretur, quia modò Angelorum in eo, modò Apostolorum, modò Martyrum, modò Confessorum auxilium poscitur secundùm rationem Officii, his vel illis diebus attributi, & dividitur in octo partes, quas Græci ἤχους vocant, singulis, per singulas hebdomadas, ordine suo implendis, quo facto ad primam ἦχον redditur, & sic deinceps. Differt tamen ab Octoëcho, quòd Octoëchus tantùm modò à primis Vesperis ad Missam Canonas & troparia contineat, Paracleticum verò, præter illa subsequentes etiam Vesperas, & aliorum dierum cujusque hebdomadis Officia integra exhibeat.

Sanctissimi [216] Metropolitæ Cesareæ Cappadociæ, Domini Andreæ Explicatio in visiones Danielis Prophetæ.

[216] Andreæ de quo suprà codd. 104 & 107 Commentarius in Apocalypsim notissimus est, at in visiones Danielis ignotissimus.

Lexicon [217] Justiniani Magni.

[217] Pro Justiniani Lexico, quod nullum est, Lambecius, Tom. I. Commentarior. de Biblioth. Vindobonensi legit Ἑξηκοντάβιβλος, quasi ex tribus prioribus syllabis ἑξηκον factitium illud *Lexicon* prodierit. Verùm hîc non tam ἑξηκοντάβιβλος, quàm ἑξηκοντάβιβλου Synopsis, seu Ecloga κατὰ στοιχεῖον confecta, intelligenda foret, Justiniani Lexicon ideò posse dici visa, quod Basilicorum, in quibus Jus totum Justinianeum comprehendebatur, Epitomen ordine Alphabetico dispositum complecteretur, undè infrà codex 249. *Lexicon Justiniani Magni secundum Alphabetum* appellatur.

Liturgia [218] Sancti Apostoli, fratris Domini. (*In chartâ Bebrainâ*).

[218] Suprà cod. 167.

Tacticon, [219] liber de Ordinationibus. (*In chartâ Bebrainâ*).

[219] In Tactico, quod nomen est Libri Græcorum Ecclesiastici, non agitur de Ordinationibus sive de Ritibus Ecclesiasticis, quasi ceremoniæ in administratione Sacramentorum à Græcis observari solitæ ibi describantur, sed τὸ τακτικὸν βιβλίον, nihil aliud est quàm Liber præscribens ordinem recitandi Officii, τακτικὸς Græcis ideò dictus, ut *Ordinarius* Latinis. Τυπικὸν etiam Græci vocant, quod sit τύπος, seu forma quæ præscribit quid singulis diebus, in rebus Sacris peragendis, præstandum sit.

Tres [220] Liturgiæ simul, Basilii Magni, Joannis Chrysostomi, & Gregorii Dialogi.

[200] Tres has Liturgias Græcè & Latinè Jacobus Goarus edidit in Euchologio suo,

ſuo, ubi tamen, pag. 211 contendit Liturgiam προηγιασμένων malè Gregorio I, ſive Dialogo (nam eum Græci, Dialogorum ejus à Zachariâ verſorum lectione delectati, Dialogum indè nominarunt) tribui, totis octo & octoginta annis antè Synodum Trullanam de Præſanctificatis ſancientem mortuo, ideòque potiùs tribui debere, vel Germano, Patriarchæ Conſtantinopolitano, vel Gregorio II, Papæ, quem & ipſum, nominis ſimilitudine decepti Græci, immò & quidam Latini, Dialogum quoque vocaverunt.

Hermogenes [221] Rhetor. (*Excuſus*).

[221] Suprà cod. 112.

Varini [222] ſivè Phavorini Lexicon juxta Alphabetum. (*Excuſum*).

[222] Varinus, vero nomine Guarinus, cum à Favera, vico Camertino natalitio Faverinus ritè dici debuiſſet, Phavorini nobilis illius Arelatenſis Sophiſtæ cognominem ſe maluit. Leonis X Præceptor, Julio Cardinali, qui poſteà Clemens VII fuit, Lexicon ſuum inſcripſit, è variis Grammaticis veteribus Græcis conſarcinatum, Romæ 1523, poſteà Baſileæ, 1538; tertio Venetiis, 1612, multò accuratiùs quàm anteà editum. Obiit Varinus anno 1537, periſſimus Græci à multis habitus, quorum opinioni non accedebat Conradus Geſnerus.

Illiades [223] Homeri. (*Excuſæ*).

[223] Malè pro *Iliade*, Illiades, quaſi quilibet Iliados Liber, Ilias diceretur.

Suidæ [224] Lexicon. (*Excuſum &c.*).

Catalogus Librorum Reverendi Domini Conſtantini Barini, continens libros 45.

Ariſtidæ [225] Liber Rhetoris.

[225] Ælius Ariſtides Hadrianopoli in Bithyniâ natus, obiit anno Chriſti circiter 190, ſeptuagenarius. Orationum ejus Tomi tres Græcè & Latinè, Guillelmo Cantero interprete, prodierunt 8. Genevæ 1604, Typis Pauli Stephani.

Magni [226] Baſilii Cæſareæ Cappadociæ Explicatio in viſiones Eſaïæ Prophetæ.

[226] Cæſareâ in Cappadociâ natus, & ejuſdem Urbis Epiſcopus, obiit

1 Januarii, ætatis 52, an. 379. Postrema ejus operum editio Græco-Latina variis interpretibus prodiit 3 vol. Parisiis, 1638, in-fol.

Ejusdem [227] Magni Basilii Ethica.

Ejusdem [228] contra Eunomium Orationes Adversariæ.

Agapeti, [229] Diaconi magnæ Ecclesiæ, & Magistri quondam Regis Justiniani Magni, ad eumdem Regem Justinianum, Libri sivè Sectiones XII (Extat).

[229] Vide notas in Bibliot. Gallic. Verderii, voce AGAPET, Tom. I. p. 29.

Grammatica [230] Gregorii Theologi. (Extat).

[230] Suprà cod. 173.

Josephi [231] Hebræi de bello Hebraïco. (Extat).

[231] Vide notas ad Verderii Bibliothecam Gallic. verbo FLAVE JOSEPH. Tom. I. p. 576. Joannem verò Alb. Fabricium, Biblioth. Græcæ, Lib. 4, Cap. 6, ubi de Josephi editionibus.

Ejusdem [232] Liber de Antiquitate Judaicâ.

Ejusdem [233] Historia de Illustri Rege Antiocho, & captivitate Hierosolymitanâ, & de Machabæis.

Symmachi [234] Hebræi Interpretatio in Psalterium David.

[234] Symmachus, Samaritanus Ebionita, sub Commodo & sub Severo Vetus Testamentum Græcè interpretatus est, sensui potiùs hærens, quàm verbis. Græcam ex Hebræo Psalmorum, quo utimur, translationem Symmachi esse, non septuaginta virorum, opinabatur Guillelmus Lindanus, primùm Ruremundanus, dein Gandavensis Episcopus.

Ejusdem [235] Interpretatio in omnia volumina veteris divinæ scripturæ.

[235] Nemo vidit, nec videbit.

Anastasii [236] Synagitæ Liber, qui appellatur ὁδηγὸς Dux vitæ, sivè Præmonstrator. (Citatur à Nicephoro cap. 5. & lib. 18).

[236] Anastasius Sinaïta, sub seculi septimi finem adhuc vivens, non ille est cujus hîc ad oram Catalogi notatur meminisse Nicephorum Callistum, satis

enim 80 annis posterior fuit ὁδηγοῦ scriptor : ὁδηγὸν, id est, ducem viæ qui malè hîc ἀρχηγὸς *Dux vitæ*, Jacobus Gretserus ex Codice Augustano Græcè, Latinâ suâ interpretatione additâ, Ingolstadii edidit 1606, in-4°. ὁδηγοῦ autem Nicephorus meminit, capite non 5, sed 44, Lib. 18 Historiæ suæ Ecclesiasticæ.

Ejusdem 237 Anastasii Liber, qui inscribitur Anchoratus.

237 Apparet nomen hîc Anastasii obtrusum pro Epiphanii, cujus liber Ancoratus ἀγκυρωτὸς notus est, ita inscriptus, ut in Synopsi præpositâ dicitur ἅτε ἀγκύρας δίκην τὸν περὶ τῆς ζωῆς καὶ σωτηρίας ἐξωπλισμένον νοῦν ἄγει, propterea quòd animum de vitâ ac salute sollicitum instar Ancoræ moderatur.

Nili, 238 Monachi & incliti Philosophi, Dogmatica Panoplia contra omnes hæreses.

238 Allatius Diatribæ de Nilis, c. 6. quis sit Nilus ille Dogmaticæ Panopliæ contrà omnes Hæreses, & decem Orationum contrà Mahometem Scriptor, nescire se fatetur. Vide suprà, cod. 214.

* Pausaniæ 239 Historiæ veteres.

* 239 Vivebat adhuc sub finem seculi secundi, imperante Antonino Philosopho; obiit Romæ ætate provectissimus. Operum ejus postrema editio Græco-Latina cæteris emendatior, & amplioribus notis illustrata, curante viro eruditissimo Joachimo Kuhnio, prodiit Lipsiæ, in-fol.

Photii, 240 Patriarchæ Constantinopolitani, Explicatio in Canones. (Extat).

240 Photius paucis antè seculi noni finem obiit annis. Ejus Nomocanon Græcè & Latinè cum Theodori Balsamonis Commentariis emendatissimus prodiit, tam in Juris Canonici Bibliothecâ, Parisiis, 1661, ab Henrico Justello edita, quàm posteà Oxonii, 1672, in Guillelmi Beveregii Synodicò.

Canones. Theodori 241 Prodromi, Pauperis dicti, Explicatio in Iambicos Canones Dominicorum festorum.

241 Canones, cùm de Canonibus agitur, quos explicuit Photius, sunt Leges Ecclesiasticæ: cùm de Canonibus, quos explicuit Prodromus, sunt Hymni, qui post Psalmos Davidicos precesque alias, antequàm finiatur Divinum Officium, cani, aut recitari solent, ita ex perpetuo odarum ac Tropariorum ordine appellati. Theodori Prodromi Pauperis dicti, nempè Procho-Prodromi, de quo suprà, cod. 207, Liber inscriptus erat : Ἐξήγησις εἰς τοὺς ἰαμβικοὺς κανόνας τῶν δεσποτικῶν ἑορτῶν, Christi nimirùm & Virginis.

Manuelis, [242] Corinthii & Magni Rhetoris Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, Apologiæ ſivè Defenſiones XVI. contra Florentinam.

Octavam Synodum, & de abſurditate Latinorum capita LXXIV.

[242] Titulum hunc pravâ interpretatione miſerè deformatum, ideòque forſitan à Poſſevino, qui eos titulos ad calcem Apparatûs ſui protulit, omiſſum ſic reſtituo: *Manuelis Corinthii, & Magni Rhetoris Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Apologiæ, ſivè Defenſiones XVI. contrà Florentinam octavam Synodum, & de abſurditate Latinorum Capita LXXIV.* Quâ lectione & phraſi & ſenſui benè conſuletur, ut agniturus eſt quicumque non neſciet Synodum Florentiæ peractam, eamdem & Florentinam & octavam generalem fuiſſe dictam. Seſſione ſiquidem ſextâ Ferrariæ tunc 20 Octobris 1438 habitâ, cùm Græci ſe Concilium anno ſalutis 869 Conſtantinopoli celebratum non admittere profiterentur, Latini ab iis inire gratiam volentes, palàm Juliani Cardinalis ore teſtati ſunt ſe de octavo illo Concilio non laborare, undè factum eſt ut Concilium Florentinum octavum generale dictum ſit, quaſi Conſtantinopolitano illi ſubrogatum. Certè cum acta Synodi Florentinæ, mandante Benedicto Accolto, Archiepiſcopo Ravennate, à Bartholomæo Abramo Cretenſi, Epiſcopo Arienſi, Latinè reddita, Romæ, Typis Antonii Bladi de Aſulâ, 1526, prodiêre, inſcripta ſunt: *Acta generalis Octavæ Synodi ſub Eugenio IV Ferrariæ incœpta, Florentiæ verò peracta.* Eodemque Diplomate, quo Clemens VII illorum editionem Bartholomæo Abramo interpreti concedit, nùncupantur *Acta generalis Octavi Concilii Florentiæ celebrati.* Quidquid tamen Latini egerint, Græci, quotquot præſertìm in Oriente degunt, Concilium Florentinum Generale Octavum non agnoſcunt, & Octavi nomen ei à Latinis inditum irrident. Cæterùm pro *Manuelis Corinthii* ſcribendum arbitror *Manuelis Camariotæ*, ut infra non ſemel, quod & adjuncta hîc & illic Magni Rhetoris, id eſt, Eccleſiaſtæ dignitas ſuadet.

Manuelis [243] Mariotæ & Magni Rhetoris Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, Explicatio in oracula Sibyllæ Erithreæ, & de vitâ & converſione ipſius.

[243] Pro *Mariotæ* legi poſſet *Camariotæ*, ſed puto *Mariotæ* κατ' ἀφαίρεσιν dictum, ut *Manuelis* pro *Emmanuelis.*

Manuelis [244] Moſcopuli Progymnaſmata in Grammatica, Politica, Rhetorica, Logica Parva & Magna, in Phyſica & Metaphyſica.

[244] Suprà cod. 28.

Theodori, [245] Episcopi Amaseiæ, Explicatio in Ecclesiastem, & Cantica Canticorum.

[245] Theodori hujus mentionem alibi non invenio.

Ejusdem [246] Theodori Amasiæ Dogmatica Panoplia contra Judæos, Armenios & Sarracenos.

[246] *Panopliæ*, & quidem *Dogmaticæ*, titulus tot scriptoribus, Euthymio Zygabeno, Nicetæ Choniatæ, Nilo Monacho communis, facit ut verear ne quædam interdùm circà veros ejusmodi Librorum Auctores allucinatio intervenerit.

Arsenii, [247] Philosophi Metropolitæ quondam Empasiæ in Peloponneso, Explicatio in novem Comœdias Aristophanis.

[247] Pro *Empasia* legendum *Monembasia*, & consulendum Bælii Lexicon, voce ARSENIUS.

Nicolai, [248] Patriarchæ Constantinopolitani, Explicatio in omnia divinæ Scripturæ.

[248] Plures Nicolaos Patriarchas Constantinopolitanos invenio, nullum qui in Sacram Paginam scripserit, & falli constat Jacobum Longum, Bibliothecæ Sacræ pag. 879, col. 1. ubi nullo auctore Nicolaum hunc anno 912 ait floruisse: qui tunc enim floruit Nicolaus Patriarcha, *Mysticus* dictus, is nihil in Sacram Paginam commentatus est.

Lexicon [249] Justiniani Magni juxta Alphabetum.

[249] Suprà cod. 217.

* Marci [250] Musuri Philosophi Explicatio & Collectio magna in novem Comœdias Aristophanis.

* [250] M. Musurus, Cretensis celeber Scriptor, inter Græcos qui ineunte decimo-sexto seculo in Italiâ floruerunt, Critices scientiâ, & ingenii acumine commendandus, Græcas Literas in Academiâ Patavinâ professus est; tùm Romam accedens, & Leoni X Papæ gratior factus, in Archiepiscopatum Epidauri in Peloponneso electus est; sed paulò post obiit hydrops, an. 1517, ætat. 36. Supersunt varii argumenti Carmina Græca ab illo scripta.

Manuelis [251] Camariotæ & magni Rhetoris, in Platonem & Aristotelem.

[251] Idem qui suprà MARIOTES cod. 243.

Ejuſdem [252] Manuelis Camariotæ Demonſtratio in Homeri Rhapſodias, & vitam ipſius.

Georgii [253] Gemiſtæ Explicatio in quinque voces Porphyrii, & in decem cathegorias Ariſtotelis.

[253] Nulla de hoc utroque Georgii Gemiſtæ ſcripto, alibì quàm hìc mentio, Allatio teſte. Vide ſuprà cod. 36.

Gennadii, [254] Patriarchæ Conſtantinopolitani, Liber magnus de Catholicâ Theologiâ. Quomodò Pater ingenitus & quomodò Filius genitus, & quomodò Spiritus S. procedens, & quomodò tria ſint, & quomodò hæc tria unum; & rursùs: Quomodò unum tria, & quare proprietas Patris alia, alia Filii, alia Spiritûs-Sancti, & quomodò in ordine Pater primus, Filius ſecundus, & Spiritus-Sanctus tertius ſit ordine.

[254] Georgius Scholarius anteà vocabatur, primarius in Aulâ Conſtantinopolitanâ Judex, ſub Joanne Palæologo Imperatore, quocum ad Concilium Florentinum profectus, cùm Latinorum ſententiæ favere viſus fuiſſet, à contrariæ opinionis tenaciſſimo, amico ſuo Marco Epheſio per Epiſtolam propterеà reprehenſus, totum, Conſtantinopolim redux, priſtinæ doctrinæ, tàm animosè & tam bonâ fide ſe reddidit, ut Marcus ipſe, 1447, moriens, Dogmatum Græcorum defenſionem non poſſe alii ſecuriùs commendare crediderit. Et reverâ Georgius ea deinceps acerrimè ſemper tuitus eſt, invito quamvis Conſtantino Palæologo, Joannis fratre, tunc Imperatore, qui, ſpe auxilii, adversùs Turcam à Latinis impetrandi, ad eorum partes non obſcurè propendebat, undè Georgius offenſus, aulâ circà 1452 relictâ, Monaſterium ingreſſus, Gennadii nomen aſſumpſit, dein poſt caſum urbis, anno ſequente, à Turcis captæ, factus conceſſu Mahometis II Conſtantinopolitanus Patriarcha, eo munere ſeptem circiter poſt annis depoſito, ad Monaſticum ſtatum rediit, Latinos contumelioſis ſcriptis inſectari nunquam deſinens. Quidam illum anno 1460 mortuum volunt, anno tamen 1464 in vivis adhuc fuiſſe, doctus vir Euſebius Renaudotus ex aliquot ejus Homiliis, qui in Bibliothecâ Regiâ ſervantur, probavit, idemque non duos id temporis Scholarios, duoſve Gennadios, quæ fuit Matthæi Caryophili, eumque ſecuti Allatii divinatio, agnovit, ſed unum duntaxat Scholarium ſivè Gennadium extitiſſe docuit erudito ad Gennadii Homilias Obſervationum Libro, Pariſiis, 1709 editarum, undè hæc excerpſi.

Ejuſdem [255] Gennadii, Patriarchæ Conſtantinopolitani,

Explicatio de Sancta Trinitate, cujus initium : Faciamus hominem juxta imaginem & similitudinem nostram.

[255] Hujus, ut & prioris, libri titulum hîc tantummodò inveniri, testis est Allatius de Georgiis.

Domini [256] Andreæ, Cretensis, Solutio in omnes Interpretationes divinæ Scripturæ.

[256] Damasci natus, propter transactam aliquamdiù Hierosolymis Monasticam vitam, Hierosolymitanus interdùm dictus, sed ob Cretensem, quem adeptus est, Archiepiscopatum, Cretensis vulgò appellatus, initium octavi seculi attigisse dicitur. Cæterùm quid rei sit memorata hîc *Solutio in omnes Interpretationes divinæ Scripturæ*, non liquet, nec usquam ejus alibi fit mentio.

Theodori [257] Prodromi, qui Pauper dictus, libri sive Sectiones de Orthographiâ, sive rectâ Scriptione.

[257] Prodromi vel Ptochoprodromi, de quo jam suprà, non semel Grammatica Opuscula in Regiis Codicibus habentur, indicante Philippo Labbeo Novæ Biblioth. manuscript. p. 105 & 106 quorum opusculorum pars hæ *Sectiones de Orthographiâ* videntur esse.

Nicolai [258] Philosophi Explicatio in omnes Imperiales sivè Regias Leges.

[258] Ἄδηλον. (Ignotum).

Joannis, [259] Metropolitani Calcedonensis, Demonstratio in Synodum, quæ Penthecte, id est, quinta-sexta dicitur, & in Canones ipsius.

[259] Ignotum oportet fuisse hoc opus Leoni Allatio, alioqui mentionem illius non omisisset Lib. 1. de utriusque Ecclesiæ consensu capite ultimo, ubi adversùs Concilium Trullanum Quini-sextum disputat.

Joannis [260] Lectoris magnæ Ecclesiæ, Historia & Vita Sancti Apostolisque æqualis Regis Magni Constantini.

[260] Non is est qui anno, 1430, de Thessalonicâ Urbe ab Amurate II. captâ Libellum scripsit græcè cum Latinâ interpretatione Leonis Allatii in hujus Συμμίκτοις editum 1653, in-8°. Multò sanè, quanquam mihi ignotus, vetustior sit oportet Joannes de quo hîc agitur, qui nec simpliciter Anagnostes

ſed Ἀναγνώστης τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας, immò & Ἐκκλησίας ἐν Ῥώμῃ inſcribitur, ut infrà cod. 405 in penultimo Catalogo.

Symeonis [261] Monachi, novi Theologi, Explicatio de S. Trinitate.

[261] Hic Simeon, nam ut græcè Συμεὼν, ita Simeon latinè ſcribi ſolet; hic, inquam, Simeon Monaſterio Sancti Mamantis præpoſitus, & 200 propè annis poſt Simeonem Metaphraſtem mortuus, titulo novi Theologi primus donatus fuit, ut hâc ratione à Gregorio Nazianzeno diſtingueretur, Theologo κατ᾽ ἐξοχὴν dicto. Malè itaque hunc novi Theologi titulum Simeoni Metaphraſtæ dedit Joſephus Epiſcopus Methonenſis, pro Concilii Florentini doctrinâ, contra Marcum Eugenicum, Archiepiſcopum Epheſium, diſputans, ab imperitis nempè Librariis deceptus fuit qui, ut rectè notavit Allatius, Simeonis præpoſiti Sancti Mamantis opuſcula deſcribentes, ei τοῦ Μεταφράστου, ſimul & νέου Θεολόγου nomen affixerunt, falſum unà cum vero conjungentes. At ſi Menagio credimus, multò graviùs erravit ætate noſtrâ Bailletus, qui velut neſcius Gregorium Nazianzenum ἁπλῶς Theologum dici, ſcripſit novi Theologi nomen diſcriminis cauſâ ei datum fuiſſe, ne ſcilicet cum Sancto Evangeliſtâ Joanne, primo verè & antiquo Theologo confunderetur. Facilè tamen Bailletus tueri ſe poterat teſtimonio Joannis Neſteutæ qui in ſermone inter Chryſoſtomi opera edito, Gregorium Nazianzenum deſignans, his verbis utitur : Ποῦ Γρηγόριος ὁ δεύτερος Θεολόγος.

Gregorii [262] Archiepiſcopi Niſſæ, Orationes Adverſariæ contra Julianum Apoſtatam.

[262] Pro *Gregorii, Archiepiſcopi Nyſſæ*, ſcribendum erat, *Gregorii Nazianzeni;* non alius enim Gregorius contra Julianum ſcripſit, quàm Nazianzenus cujus ſuperſunt κατὰ Ἰουλιανοῦ δύο λόγοι στηλιτευτικοί.

Ejuſdem [263] Gregorii Niſſeni Explicatio Synoptica ſivè Contemplativa, ſivè Conſiderativa, in ſanctam & conſubſtantialem & indiviſibilem Trinitatem.

[263] Habentur Gregorii, Epiſcopi Nyſſeni, *Teſtimonia de S. Trinitate ex veteri Teſtamento adversùs Judæos*, quod ſcriptum non videtur mihi cum eo quod hîc deſignatur, congruere. *Synoptica* quoquè *Explicatio* non eſt *Contemplativa* vel *Conſiderativa*, ſed compendiaria.

Phalaridis [264] Epiſtolæ * centum quadraginta octo. (Extant).

* [264] Has Epiſtolas, ſimul & illas Abaris ad Phalaridem ſuppoſititias eſſe conſtat. Illarum verſio Gallica prodiit 1726, in-12. Videndum quod de illis notavit Moneta ad Epiſt. 1. Angeli Politiani Gallicè ab illo redditam Tom. I. Menagianor. p. 391 & 392.

Phemarchii

Phemarchii [265] Paraphrafis in IV. Evangelia.

[265] Bemarchii Cæfarienfis, Βημαρχίου, meminit Suidas, Cappadocis Sophiftæ, qui, non paraphrafim Evangeliorum, fed de rebus geftis Conftantini libros decem, declamationes, item & varias orationes fcripferit.

Zachariæ [266] Rhetoris hiftoria Ecclefiaftica. (Citatur à Nicephoro).

[266] Suprà cod. 50.

Theodoreti, [267] Epifcopi Syri, Explicatio in XII. Prophetas.

[267] Suprà codd. 9 & 75.

Phrynichii [268] Lexicon valdè utile ad fcientias. (Extat).

[268] Phrynichus Arrhabius fub Marco Antonino & Commodo, Marci filio, id-eft, ab anno Chrifti 160, ufque ad 180 vivebat. Lexicon quod catalogus hic profert, aliud effe apparet quàm quod Photius, cod. 158, σοφιστικῆς παρασκευῆς λόγους infcriptum memorat. Id alicubi latere hariolatur Mochofius; fed an ex occulto illo angulo, aliquandò proditurum fit, conjectores viderint.

Dialogus [269] fapientiff. & prudentiff. Domini Demetrii Chryfoloræ, cujus perfonæ funt, Thomas, Nilus, Cydones, Chryfoloras, confutans orationem, quam fcripfit Demetrius Cydones contra Macarium Theffalonicenf. Dominum Nilum Cabafylam, &c.

[269] Scripfit Demetrius Chryfoloras hunc dialogum contra Demetrium τὸν κυδώνη à partibus Latinis ftantem, de quo fuprà cod. 126.

Catalogus Librorum Illuftriff. Principis Domini Antonii Cantacuzeni, continens libros 44.

Joannis, [270] Monachi Zonaræ, Hiftoria Chronica.

[270] Poftrema Editio Græcè, cum Latinâ Hieronymi Wolfii interpretatione, & Cangii, qui editionem recenfuit, notis, prodiit Lutetiæ 1686, in-fol. De Zonarâ vide cod. 98.

Diofcoridis, [271] Pedacii dicti, de Materiâ medicâ. (*In chartâ Bibacinâ*).

[271] Scribebat Diofcorides (ex Urbe Anazarbâ Ciliciæ) circa annum Chrifti

70. Optima quæ hactenùs prodierit editio, illa est quam Joan. Anton. Saracenus Græcè & Latinè cum scholiis suis dedit 1598, Francofurti, in-fol.

Nicandri [272] Alexipharmaca, valdè pulchra. (*In chartâ Bibacinâ*).

Actiones [273] sanctæ & Œcumenicæ tertiæ Synodi Ephesinæ primæ sub Imperio Theodosii Minoris. (*In chartâ Bibacinâ*). Extant quidem, sed præstaret has habere.

273 Suprà cod. 92.

Historia [274] Michaelis Glycæ. (*In chartâ Bibacinâ*).

274 Suprà cod. 37 & 52.

Liber [275] magnus, & est explicatio in omnes Imperiales Leges, auctore Georgio Sacerdote, & Nomophilace sanctissimæ Dei Magnæ Ecclesiæ. (*In chartâ Bibacinâ*).

275 Libri hujus titulum ex hoc Catalogo ad verbum refert Allatius de Georgiis, nihil prætereà de suo adjiciens.

Historia [276] Nicephori Coniatæ.

276 Suprà codd. 6 & 177.

Pientissimi, [277] & Deo dilecti Imperatoris nostri Domini Joannis Cantacuseni Josaphat monachus & contra Mahometh Apologiæ quatuor.

277 Suprà cod. 138.

Joannis [278] Zonaræ, Monachi, Explicatio in Canones libri Octoëchi S. Joannis Damasceni.

278 Sup. cod. 98.

De [279] Medicinâ, liber magnus, complectens omnia opera Hippocratis. (*In chartâ Bibacinâ*).

* 279 Hippocrates Cous 430 ante Christum annis floruit (ætatis 104 obiit, in hoc commendandus Artis Medicæ princeps, quòd paucissimis, & iis præsertim quæ natura passim offerebat remediis usus fuerit). Editiones ipsius Græcas, Latinas, Græco-Latinas accuratè recensuit J. A. Fabricius, Tom. I. Biblioth. Græc. cap. 24.

Aliud [280] in medicinâ volumen magnum, in quo ſunt Galèni, Xenonis, Meletii Sapientis, & pars Grateiæ, Riſotoni in materiam medicam, & in præparationes communes. (*In chartâ Bibacinâ*).

[280] Lego cum Lambecio *Galeni*, *Xenocratis*, *Meletii Sapientis* & *pars Crateva Rhizotomi*. De Xenocrate jam ſupra egi, cod. 153. De Meletio Monacho ſimul Medico & Philoſopho, præter Gyraldum in Epiſtolâ nuncupatoriâ, ſuæ Simeonis Sethi περὶ δυνάμεως τροφῶν interpretationi præpoſitâ, & Geſnerum in Bibliothecâ, verbo *Meletius*, conſuli poteſt Labbeus novæ Bibliothec. Manuſcriptor. pluribus locis. De Crateva, ut eum appellat Dioſcorides, Rhizotomo, perperàm hîc in duos diviſo, quaſi Rhizotomus proprium viri à Crateva diverſi nomen fuerit, videndus cum primis doctiſſimus Salmaſius Prolegomenis in ſua Hyles Iatricæ Homonyma, ubi ex Plinio docet Mithridatis temporibus Cratevam illum vixiſſe, id eſt, 80 circiter ante Chriſtum annis.

S. Cyrilli, [281] Alexandriæ Epiſcopi, Lexicon.

[281] Quàm facilè Morhofius Polyhiſtoris ſui libro 4, c. 7, n°. XI. ſubeſſe hîc vitium ſenſit, tam facilè id potuiſſet curare, ſi duo hîc Lexica, unum Cyrilli, alterum Blaſtaris, hoc Nomicum, illud Grammaticum, imprudenter confuſa diſpiciens, alterum ab altero prudenter ſecreviſſet. Cyrillum itaque, de cujus Lexico ſuprà cod. 108 mentem meam aperui, ſeorsùm hîc colloco, Blaſtarem verò proximo capiti reſervo.

De [282] Legibus Matthæi Blaſdari. (*In chartâ Bebrainâ*).

[282] Blaſtares potiùs dicitur. (Monachus è S. Baſilii inſtituto vixit decimoquarto ſeculo). De Alphabetico ejus Legum & Canonum Syntagmate, vide ſuprà codd. 42 & 197.

Joannes [283] Climax explicatus (*In chartâ Bebrainâ*).

[283] Suprà cod. 160.

S. Patris, [284] Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, Joannis Chryſoſtomi Explicatio in Evangelium ſecundùm Matthæum. (*In chartâ Bebrainâ*).

[284] Suprà cod. 82.

Ejuſdem [285] Explicatio in quatuor Evangelia, liber magnus. (*In chartâ Bebrainâ*).

[285] Maxima pars illius explicationis aut ſpuria eſt, aut manca.

Quatuor [286] Evangelia quotidiana, figurata cum Lazureo & aureo coloribus. (*In chartâ Bebrainâ*).

[286] Eo ſenſu quo ſuprà codd. 199 & 205. Pſalteria & Evangelia debere accipi diximus. Lazureus autem color, Græco-barbarè λαζύριον ex Arabico Lazuard, color cæruleus, vulgò AZUR.

S. Joannis [287] Chryſoſtomi Explicatio in opus ſex dierum, in primum & ſecundum librum, & in omnia dubia divinæ Scripturæ. (*In chartâ Bebrainâ*).

Aurea [288] carmina Pythagoræ. (*In chartâ collatâ*).

[288] Aurea illa Carmina non ſunt Pythagoræ, ſed à Pythagoreo quodam ad majorem iis conciliandam auctoritatem gravis illius philoſophi nomine inſcripta, ut eâdem poſteà ratione Catonis nomine vulgata ſunt notiſſima illa Diſticha quæ pueris in ſcholâ prælegi ſolent, quanquam ſint qui Dionyſio cuidam Catoni vindicent; quâ de re diximus ad Bailletum, Tom. IV, p. 34.

Aurea [289] carmina Gregorii, Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, Theologi, ſivè Nazianzeni.

[289] Quæ vocantur hic Gregorii χρυσᾶ ἔπη, verè χρυσᾶ immò & χρυσώνητα vocari mererentur, ſi contra Proſodiam paulò rariùs peccarent. Vide ſuprà cod. 62.

S. Cyrilli, [290] Archiepiſcopi Alexandrini, Liber, qui Theſaurus inſcribitur.

[290] Suprà cod. 172.

Gregorii [291] Metropolitæ Nicomediæ Liber Panegyricus Orationes complectens Panegyricas centum ſeptuaginta.

[291] Pro *Gregorii* ſcribendum erat *Georgii*, ut notavi ſuprà cod. 186.

Theodori [292] Balzamonis, Patriarchæ Antiocheni, in Canones & Imperiales Leges.

[292] Suprà cod. 101.

Oraculum [293] Methodii, Epiſcopi Patharenſis, prætereà ex viſionibus Danielis Prophetæ, ad hæc ex oraculis Aſtronomiæ,

& oraculum Cosdroæ, Regis Persarum, ad quemdam Ducem Romanum, explicatum à Laskare, ad hæc Leonis Phil. Imperatoris omnia qualia oracula à Magno Constantino usque ad Antichristum, & finem mundi. (*Cum figuris*). Cosroæ scribendum: extat quidem oraculum hoc Cosdroæ in Nicephoro Calisto, sed Laskaris in id interpretatio esset lectu digna.

293 Malè adscriptæ sunt Methodio Pataræ, & posteà Tyri Episcopo, circa annum Christi 304, mortuo, hæ vaticinationes, Methodio potiùs, Patriarchæ Constantinopolitano, quadraginta & quingentis ampliùs post annis viventi, adscribendæ. Malè item Leoni, qui vulgò Philosophus dicitur, Imperatori adscripta futilia oracula Leonis Armenii ætate jam nota. Interpretatio vaticinii Chosroæ, Persarum Regis, de Imperio Romano, tribuitur Constantino Lascari de quo suprà cod. 117. De suppositiis Danielis visionibus quærere piget, satiusque multò est remittere ad Allatium de Georgiis in Georgio Zegabeno, ad Cangium in Glossario Græco-Barbaro, voce ὁράσεις, itemque ad J. A. Fabricium qui hæc omnia Biblioth. suæ Græcæ Voluminis quinti, p. 258, & sexti 364, sedulò collecta repræsentat.

Sancti 294 Patris nostri Ephraimi Syri Orationes variæ, putà, de Pœnitentia, Temperantia, Eleemosyna, Mansuetudine, &c. Ad hæc de Antichristo & de Consummatione seculi, & de tremendo secundo adventu Domini nostri Jesu Christi. (Extat).

294 Ephræmus Nisibenus Syrus anno Christi 378 creditur obiisse, 1 Februarii secundùm Latinos, Januarii 28 secundùm Græcos. Gerardus Vossius Tungrensis Præpositus, 25 Martii 1609 Leodii mortuus, quæcumque reperit Ephræmi Opera, è Syriaco Græcè versa Latinè transtulit, Romæ primùm, deindè Coloniæ & Antuerpiæ edita. Pleraque priùs Ambrosius Camaldulensis, & post illum Petrus Franciscus Ninus, Canonicus Veronensis, Latinè itidem è Græco transtulerant. Græca autem antiqua magnæ partis eorum operum versio 1609 Oxonii prodiit in-fol.

* Est & alia præstantior Operum Ephræmi Editio. Romæ 6 Tom. in-fol. à 1732 ad 1746 Græcè, Syriacè & Latinè.

Nicephori 295 Xantopuli Collectanea omnia Triodii, incipientia à Prodigo & Publicano. (*In chartâ Bebrainâ*).

295 Habent Græci Librum Ecclesiasticum Hymnos à Dominicâ Septuage-

ſimæ ad Sabbathum ſanctum recitari ſolitos continentem. Hunc τριώδιον inſcripſère, quia licèt Hymni quos continet, dividantur in novem Strophas, quas ipſi Odas appellant, tres ſolùm ex iis tunc temporis recitant, præter quàm diebus Dominicis & Feſtis ſolemnioribus. Nicephori Collectanea in Triodium, Græcè Συναξάρια εἰς τὰς ἐπισήμους τοῦ τριωδίου ἑορτὰς Venetiis à Matthæo Cigala Cyprio, & Maximo Margunio Græco-barbarè converſa 1607, & poſteà non ſemel prodière. Quòd verò dicitur ea incipere à *Prodigo* & *Publicano*, idem eſt ac ſi diceretur ea vel à Dominicâ incipere quâ Legitur Evangelium de Prodigo, Lucæ XV, vel ab illâ, quâ de Publicano, Lucæ XVIII.

Necromantia,[296] ſivè ex mortuis vaticinia: habet & partem Lecanomantiæ & de animalibus & Aſtris & herbis, volumen valdè pulchrum. (*In chartâ Bibacinâ*). Neſcitur an extet, quia non eſt auctor adjectus.

[296] Nihil vanius omnibus illis divinationis ſpeciebus quas Magi populo nimiùm credulo proponunt. Necromantia quidem etſi propriè ſit διὰ νεκρῶν μαντεία, vulgus tamen apud nos omnem eo verbo divinationem Magicam comprehendit. Λεκανομαντεία verò, ut vox ipſa innuit, ea eſt quæ fit per pelvim Græcè λεκάνην, & Crinitus VI de honeſta diſciplina XI uſos, ſi credere fas eſt, ait Hermolaum Barbarum, & Georgium Vallam Placentinum cupientes noſſe quid rei eſſet Ariſtotelis Entelechia.

Mercurii[297] Termaximi de Mathematicâ ſcientiâ, & Phyſicâ dubitatione aſtrorum. Habet etiam omnia animantium Phyſionomiam aquatilium, & terreſtrium, & volucrium omnium.

[297] Non puto eum eſſe quem Ἑρμοῦ ἰατρομαθηματικὰ inſcriptum primus Græcè Joachimus Camerarius, Norimbergæ 1532 edidit, Latinè deindè 1570, à Joanne Stadio verſum, rursùſque Græcè, cum Latinâ verſione & Stadianâ quoque ſubjectâ, emendatiorem multò à Davide Hoeſchelio Auguſtæ 1597 editum, quem tamen ut & cæteros qui ſub magnifico Mercurii Triſmegiſti nomine prodierunt, tanquam manifeſtè ſuppoſititios, meritò repudiat Hermannus Conringius, cap. 4. de Hermeticâ Medicinâ.

Plutarchi[298] multæ Hiſtoriæ. (Extant).

[298] Nempè Βίοι παράλληλοι: nova Gallica nuper interpretatio prioribus omnibus, quâcumque linguâ prodierint, longè anteponenda, quamvis non ab omni nævo libera. Obiiſſe creditur Plutarchus anno Chriſti 120, ſeptuagenarius.

* Aut viginti poſt annis, regnante Antonino Pio. Hîc deſignatur Verſio Gallica Dacerii, cui tamen præfertur Verſio Jacobi Amioti.

Euſtathii, [299] Metropolitæ Theſſalonicenſis, Explicatio in xxiv. Rhapſod. Homeri. (Extat).

[299] Circa finem duo-decimi ſeculi adhuc in vivis, Imperantibus Comnenis; Emmanuelâ Alexio & Andronico.

Joſephi [300] Hebræi Hiſtoria ſeptem puerorum Machabæorum, & matris eorum Salmones, & Doctoris ipſorum Eleazari, & de Antiocho. (Extat).

[300] Suprà cod. 231.

Flavii [301] Joſephi Hiſtoria de Antiquitate Judaicâ, Archæologia dicta, & de Judaico bello. (Extat).

Illias [302] Homeri. (Extat).

Epiphanii, [303] Archiepiſcopi Conſtantiæ Cypri, Liber Panarion (Extat).

[303] Suprà cod. 121.

Grammatica [304] Conſtantini Laſcaris. (Extat).

[304] Suprà cod. 117.

Grammatica [305] Theodori Gazæ, ſectiones quatuor. (Extat).

[305] Suprà cod. 118.

Pientiſſimi [306] & Chriſto dilecti Imperatoris noſtri Domini Joannis Cantacuzeni Joſaphat monachus Orationes adverſariæ contra Mahumeth. (Extat).

[306] Suprà cod. 138.

Joannis, [307] Zonaræ, Monachi, Hiſtoria Chronica incipiens à creatione mundi uſque ad finem Iſaaci Comneni. (Extat).

[307] Suprà cod. 270.

Manuelis [308] Moſcopuli Grammatica cum variis libellis. (Extat).

[308] Suprà cod. 28.

Hiſtoria [309] Domini Nicephori Gregoræ. (Extat).

[309] Nicephori Gregoræ anno 1359 adhuc viventis, Hiſtoriarum Libri 24.

cum Hieronymi Wolfii & Joannis Boivinii, elegantissimi simul & accuratissimi interpretis versione, additis insuper Wolfii, Cangii, Boivinii, & doctissimi Claudii Capperonnerii annotationibus, Lutetiæ prodière 1702, in-fol. 2 vol.

Suidæ [310] Lexicon. (Extat).

[310] Suprà cod. 110.

Varini [311] Favorini Lexicon. (*Excusum*). Extat.

[311] Suprà cod. 222.

Magnum [312] Etimologicum. (Extat).

[312] Suprà cod. 109.

Hesichii [313] Lexicon, &c.

[313] Utinàm Jacobum Bardellonum imitatus Antonius Cantacuzenus Hesychii sui exemplar, Aldo alicui Manutio, erudito inquam, alicui Typographo edendum tradidisset.

Catalogus Librorum Illustriss. D. Michaelis Cantacuseni, continens libros 57.

Somniorum [314] exactus Judex sivè interpres secundùm Alphabetum, conversus è linguâ Arabicâ in Græcam, à Magistro Seth. (*In chartâ Bibacinâ*).

[314] Suprà cod 211 quo tempore Magister Simeon Sethus viveret, indicavi. Nunc dicam, non improbabilem videri conjecturam sagacissimi J. A. Fabricii, Græcum Onirocritici Achmetis interpretem non alium forsan esse, quàm Simeonem hunc Sethum.

Historia [315] Constantini Monassæ, indè à creatione Mundi, usque ad imperium Nicephori Botoniatæ. (*In chartâ Bibacinâ*).

[315] Suprà cod. 27.

Nicetæ, [316] Metropolitani Heracliæ, Explicatio in Hexaëmeron Mosis collectum ex multis. (*Cum figuris in chartâ Bebrainâ*).

[316] Suprà cod. 68.

Cursûs

Curſûs [317] Eccleſiaſtici Typicum; & in fine voluminis adjicitur Scriptum eſſe Theodoreti, Epiſcopi Syri. (*Scriptura tota aurea*).

[317] Græcè ὁ δρόμος ἐκκλησιαστικός; Latinè, Curſus Eccleſiaſticus, id propriè videtur, quod *Breviarii* nomine intelligimus. Δρόμον tamen vix mihi perſuaſerim hoc ſenſu dictum fuiſſe Theodoreti tempore, ac multò minùs Hieronymi 40 antè annis mortui, à quo tamen volunt, rogatu Damaſi, Papæ, Curſum illum Eccleſiaſticum, ſive Officii Eccleſiaſtici ſingulis diebus recitandi ordinem compoſitum. Libros ordinem illum continentes Græci vocant *Typica*.

Hiſtoria [318] Georgii Cedreni à principio mundi. (*In chartâ Bibacinâ*). (Extat).

[318] Suprà cod. 171.

Mercurii [319] Triſmegiſti de Medicinâ, de Mathematicâ, ſcientiâ naturali, de Influentiâ ſyderum, cum Phyſiologiâ omnium animalium terreſtrium, ſimul & marinorum, volucriumque omnium. (*In chartâ Bibacinâ*).

[319] Suprà cod. 297.

De [320] Medicinâ Pauli Nicæi, Diſcipuli Hippocratis. (*In chartâ Bibacinâ*).

[320] Suprà cod. 17.

De [321] Medicinâ Oribaſius ad Conſtantinum Porphyrogennetam, Imperatoris filium Leonis Sapientis. (*In chartâ Bibacinâ*).

[321] Oribaſius Medicinam ſub Juliano Apoſtatâ profeſſus (& mortuus, ineunte ſeculo quinto) non poteſt 600 ferè poſt annis ad Conſtantini Porphyrogennetæ tempora perveniſſe. Quod itaque hîc dicitur, intelligendum eſt de Librorum Oribaſii Epitome à Theophane confectâ, juſſu Conſtantini hujus, cui propterea fuit inſcripta.

Thomæ [322] Theacini Liber magnus quem ſcripſit contra Græcos, & habet ſectiones duas. (*In chartâ Bibacinâ*).

[322] Suprà cod. 39.

De [323] Medicinâ Dioſcoridis, Pedacii dicti, de materiâ medicâ.

[323] Suprà cod. 271.

Medicinale [324] Cratiæ Riſotomi, id eſt, Radicum Sectoris, de medicâ materiâ. (*In chartâ Bibacinâ*).

[324] Legendum Crateva Rhizotomi, ut ſuprà notavi, ad cod. 280.

Medicinale [325] Andreæ Thaumaſti, ſivè Admirandi, de medicâ materiâ ſecundùm alphabetum.

[325] Quis ille Andreas θαυμαστὸς ignorare me fateor, niſi fortè, quia Chriſtianum fuiſſe apparet, ſit Andreas ille ſub finem ſeculi quarti Comes Archiatrorum, cujus meminit Aëtius pluribus Librorum ſuorum locis; nec enim puto Andream illum à Dioſcoride, Cælio Aureliano, & Galeno laudatum hic indicari.

Medicinale [326] Nigri Attici de medicâ materiâ. (*In chartâ Bibacinâ*).

[326] Si forem Œdipus, dicerem Nigrum hunc Atticum Hyles Yatricæ Scriptorem, non eſſe alium quàm Sextium Nigrum, quem Plinius, Lib. 12 & ſequentibus ferè omnibus, obſervat Græcè de Medicinâ ſcripſiſſe, non vocans quidem Atticum, ſed cui datum nomen Attici: non temerè credi poſſit, quod Græcè, etſi non Græcus, ſcriberet. Nec alius, puto, Niger eſt, cujus mentio apud Cælium Aurelianum & Galenum.

Medicinale [327] Nicolai Myrapſi in præparationes & unctiones omnes.

[327] Nicolaus Alexandrinus, ὁ μυρεψὸς, propter artem μυρεψικὴν cognominatus, vixiſſe creditur circà 1200. Lexicon ejus tot Libris κατ' ἀλφάβητον quot ſunt literæ digeſtum, Latinè primùm, Ingolſtadii, 1541, in-4°. deindè Venetiis, in-8°. Nicolao Rhegino Calabro interprete, multò poſteà emendatiùs à Leonardo Fuchſio tranſlatum prodiit 1549, Baſileæ, in fol. Græcè verò nondùm editum.

Medicinale [328] Pauli Æginetæ.

[328] Pauli Æginetæ, qui ſeptimo ſeculo vixit, Lib. 7. Græcè tantùm Venetiis primò 1528, deindè Baſileæ, 1538 prodierunt, Latinè poſtea redditi à tribus diverſis interpretibus, Albano Torino, Joanne Guinterio, & Jano Cornario.

Meletii [329] ſapientis Medicinale varia habens, & de hominis conſtructione.

[329] Vixit ultrà annum Salutis 820. De eo ſuprà codd. 15 & 280.

Magni [330] Emeſeni, Medici, Explicatio in Urinalia Hippocratis cum figuris, de Urinâ.

[330] Stephanus, Athenienſis Medicus, quem ſeculo ſeptimo vixiſſe non improbabile eſt, in Magni Emeſeni paulò antè viventis Librum de Urinis Scholia ſcripſit. Vide Labbeum, Novæ Bibl. Manuſcriptor. pag. 127.

S. Apoſtoli [331] Lucæ Evangeliſtæ Medicinale, præparationes omnes ſivè curas, quas, ſe vivo, fecerit. Liber appellatur duodecim curarum ſive curationum.

[331] Liber ſuppoſititius. Habuit, eodem Labbeo teſte, pag. ibidem 217, falſam Divi Lucæ ad Claudium Galenum Epiſtolam, quam nimis forſan hîc acutus J. A. Fabricius ſuſpicatur eſſe potiùs Lucii Tarſenſis, Præceptoris Galeni, qui non ſemel ejus meminit.

Sapientis [332] Pyropuli Liber varia continens experimenta, & varias actiones.

[332] Opuſculum Medici cujuſdam Πυροπύλυ ἐκ κορώνης memorat Dominus Bernardus Montfalco, Bibl. Coiſlinianæ, pag. 448, undè *Piropuli* ſcribendum videtur, quamvis idem Palæographiæ, pag. 75, Alexii Calligraphi meminerit, cujus nomen Ἀλέξιος ὁ Πυρόπυλος ſcribitur.

Ariſtotelis [333] mirabile Scriptum de Medicina.

[333] Iatricorum Libros duos, inter Ariſtotelis Opera numerat Laërtius, nam quod τακτικὰ malebat legere Caſaubonus, quàm ἰατρικὰ, non infirmis rationibus opinionem ejus videtur mihi refutaſſe Menagius. Librum Ariſtotelis *de Cauſis Morborum*, cujus ipſe mentionem fecerit, Libro 1. *de Partibus Animalium*, memorat Simlerus in Bibliothecæ Geſneri Epitome, ſed fruſtrà, nam nulla uſquam in Ariſtotelis Operibus extat ejuſmodi ſcripti memoria.

Oribaſii [334] Medici ad Conſtantinum Imperatorem Porphyrogennetam, filium Leonis Sapientis, de Anatome, ſivè ſectione animantium. (*In chartâ Bibacinâ*).

[334] Conſtantini Porphyrogennetæ juſſu, non Oribaſii tantùm, ſed multorum altorum præterea auctorum Opera varii argumenti fuère in compendium redacta, undè formata ea ſunt collectanea, quæ ad nos titulo γεωπονικῶν, ἱππιατρικῶν, τακτικῶν, pervenêre, quod jam ſuprà, codice 321, perſtrictum, hîc paulò fuſiùs indicamus.

Ejusdem [335] ad eumdem Constantinum Hyppiatria, id est, Equorum medicina. (*In chartâ Bibacinâ*).

335 Ex Libris videlicet Simonis, Xenophontis, Apsyrti & Hierodis excerpta.

Xenonis [336] de medicinâ. (*In chartâ Bibacinâ*).

336 Suprà codd. 153 & 280.

Liber [337] magnus, ubi ad principium quatuor folia desiderantur, de medicinâ. (*In chartâ Bibacinâ*).

337 Scribendum fortè *Liber Magni*, ut intelligatur Emesenus ille magnus de quo suprà cod. 330.

Galenus [338] de Anatome animalium vivorum.

338 Liber hic, Galeno falsò adscriptus, Latinè tantùm hactenùs prodiit, incerto interprete.

Galeni [339] de Passionibus hominis externis & internis, & quomodò oporteat eas curare.

339 Nescio an hîc intelligatur Διαγνωστικὴ μέθοδος τῶν πεπονθότων τόπων, quâ Libris septem de Locis affectis agitur. Certè nullus extat Galeni liber περὶ τῶν ἐκτὸς, καὶ τῶν ἐντὸς ἀνθρώπου παθῶν, quamvis extet Garioponti nescio cujus liber, *Passionarium Galeni*, in primâ editione inscriptus.

Ejusdem [340] de Membris humanis.

340 Et hic quoquè Galeno suppositus Latinè tantùm extat hoc titulo: *de Compagine Membrorum, sive natura humana.*

Ejusdem [341] de Equis & ipsorum curatione & agnitione.

341 Si quid hujusmodi scripsisset Galenus, in Hippiatricis, Constantini jussu collectis, non fuisset omissum.

Ejusdem [342] de Alimentorum Virtute, arborum & fructuum reliquorum, & prætereà de carne Quadrupedum & volucrium & marinorum Piscium.

342 Habentur Galeni περὶ τροφῶν δυνάμεως Libri tres.

Ejusdem [343] de materiâ medicâ. (*In chartâ Bebrainâ*).

343 Scripsit Galenus περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ γένη, de Compositione

Medicamentorum, secundùm Genera, Libros septem, & περὶ συνθέσεως φαρμάκων κατὰ τόπους, de Compositione Medicamentorum, per singula loca corporis Libros decem, item περὶ κράσεως, καὶ δυνάμεως τῶν ἁπλῶν φαρμάκων, de Temperaturâ, & Facultate Medicamentorum simplicium Libros undecim; item περὶ εὐπορίστων, de Paratu facilibus medicamentis, sed nullum singulariter inscripsit, περὶ ὕλης ἰατρικῆς.

Ejusdem 344 de Diætâ hominis.

344 Opinor Librum esse quem Græcè primus edidit Renatus Charterius, Tom. VI præclaræ illius Editionis Græco-Latinæ, quam 13 voluminibus, in-fol. Parisiis, 1639 procuravit, inscriptum: Διαθήκη περὶ τῆς τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος κατασκευῆς, περὶ τῶν τεσσάρων τῶν ὡρῶν, καὶ δώδεκα μηνῶν διαίτης. Præceptum de humani corporis Constitutione, de diætâ 4 anni tempestatum & 12 Mensium. Sunt, & Galeni ad Hippocratem Commentarii περὶ διαίτης.

Ejusdem 345 de partibus humanis.

345 Libri fortè sunt περὶ χρείας τῶν ἐν ἀνθρώπου σώματι μορίων, de usu partium corporis humani.

Ejusdem 346 de Medicis Doctoribus & Discipulis.

346 Εἰσαγωγὴ ἢ ἰατρὸς, Introductio, sivè Medicus.

Ejusdem 347 de Ventis, igne, aquâ pluviali, & aquâ fluviatili, & aquâ marinâ, stagnali, & puteali; ad hæc de terrâ albâ & coccyneâ. (*In chartâ Bebrainâ*).

347 Non est Galeni.

Liber 348 medicinalis N. Beeczeber Ebi, Scriptoris Arabici, habens septem sectiones, translatus ex Arabicâ linguâ in Græcam, à doct. viro Georgio Bizantio. (Vocabula quædam extera desiderantur quòd ex Græco elici non potuerint).

348 Allatius de Georgiis exscripsit ad verbum hunc titulum, nihil præterea, vel de Auctore, vel de libro, adjiciens.

Paulus 349 Arabs ex Arabicâ linguâ translatus in Græcam, à Magistro Domino Zeth.

349 Et hoc refert ex eodem fonte Allatius, sed tantùm refert.

Asclepii 350 de lapidum & herbarum potestate Liber.

350 Quæ hîc, & quatuor sequentibus Articulis, præferunt nomen Asclepii, sunt supposititia.

Ejusdem [351] de metallis terræ, auro, argento, argento vivo, plumbo, ferro, ære, & omnibus aquis, ipsarumque significatione. (Obscurè aliqua).

Ejusdem [352] de Mari-Rubro, & de lapide arboreo, qui Corallus dicitur.

Ejusdem [353] de Insulis inventis in Oceano.

Ejusdem [354] de medicâ materiâ, de herbis inventis in Indiâ, & de felici Arabiâ, & varia quædam.

Joannici [355] sacri Monachi, itemque Cardani & Prothesingeli Corcyræ Insulæ, collecta omnia necessaria à tribus Medicis: Hippocrate, Galeno & Melchio, prætereà de Astris, Sole & Luna, & de Diæta XII mensium, & de sectione venæ in ipsis. (*In chartâ Bibacinâ*).

[355] Pro *Melchio* scribendum erat *Meletio*, ut docet Lambecius exhibens hunc titulum ex Bibliothecâ Cæsareâ. *Ἰατροσόφιον Ἰωαννικίου Ἱερομονάχου τοῦ καὶ ἐπίκλην Καρτάνου, καὶ πρωτοσυγκέλλου γενομένου τῆς τῶν Κερκυραίων νήσου συναχθὲν καὶ ἐκλεχθὲν ἀπὸ τῶν τριῶν ἰατρῶν Ἱπποκράτους, Γαληνοῦ, καὶ Μελετίου.* Vivebat Joannicius ille Cartanus, Scriptor Græco-Barbarus, anno 1540. Et de eo videndus Martinus Crusius, Turco-Græciæ, pag. 199.

Mazuri [356] Ægyptii Liber Medicinalis, translatus ex Arabicâ linguâ in Græcam, ab illustrissimo Principe Joanne Duca.

[356] Credo *Mesue* corruptè hîc designari, & quamvis Damascenus esset, Ægyptium dici, quia Damascus, cùm Syriâ totâ, Sultanis Ægyptiis tunc parebat.

* Verum nomen illius *Johanna Ben Massoviah*, dictus quoquè Abou Zakaria, Syrus natione, & Christianus, qui Khalifæ Haroun-Raschid Medicus fuit. Notus est liber ab eo scriptus, *Electuarium Mesue*, qui Pharmacopolis omnibus semper præstò est. (Vid. Biblioth. Orientalem Herbelotii, p. 494).

Georgii [357] Segabini de herbis particularis Demonstratio. (*In chartâ Bombycinâ*).

[357] Meliùs *Zegabeni* scripsisset, cujus Librum de Herbis, ex hoc Catalogo memorat Allatius, quem tamen non viderit.

Maximi [358] monachi Planudis de præcognitione mortis & vitæ. (*In chartá Bibacinâ*).

[358] De Maximi Planudis ætate, inter Auctores, non convenit. Possevinus, ad annum usque Christi 1431, Basiliensis Concilii tempore, vixisse putat; Genebrardus & Vossius ad 1370; sed cùm, teste Pachymere, Tom. II, Cap. 21, Libri 3. Planudes ab Andronico II, qui 1332 obiit, ad Venetos Legatus missus fuerit, verius est eum ultrà 1350, non perrexisse.

Joannis [359] Itali Mesuæ Liber Medicinalis, translatus à Latinorum linguâ in Græcam, à Manuele Chrysolora. (Desunt aliqua).

[359] Joannes Mesue, Damasci circà undecimi seculi finem natus, Italus hîc dicitur, ob veterem Operum ejus Latinam, aut potiùs Latino-Barbaram ex Arabico translationem, quæ imperitis occasionem dedit credendi eum in Italiâ natum, Latinè propterea scripsisse. Ab Emmanuele vero Chrysolorâ Latino-Barbaræ illi translationi, Græcam superinductam fuisse, alibi quàm hîc legitur. (De Mesuâ suprà cod. 356).

Joannis [360] dicti Razenditæ Paraphrasis in Librum Dioscoridis in communem phrasin de materiâ medicâ.

[360] Pro *Razendita* scribendum fuit *Rhacendita*, id est, Monachi. Ῥακένδυται vel ῥακένδυται dicuntur Monachi, utentes veste ut plurimùm detritâ.

Magistri [361] Bernardi Romani translatus à doctiss. viro Demetrio Sidone, Liber Medicinalis.

[361] Fuit medio circiter seculo decimo-quarto Magister Bernardus, Medicus Romanus, Italicorum aliquot Operum Scriptor artem suam spectantium, quorum partem, ut apparet, Græcè transtulit, de quo suprà codd. 39 & 126. Demetrius ὁ Κυδώνη. Liber Italicus, inscriptus *Trattato di M. Bernardo Medico dell' immortalita dell' anima*, refertur Labbei, Novæ Biblioth. Manuscript. pag. 329, ab eo non abhorrens quem Demetrius scripsit περὶ τοῦ καταφρονεῖν τὸν θάνατον.

Theophanis [362] Monachi in introductionem medicinæ scientiæ.

[362] Labbeus, pag. 127 Biblioth. ejusdem, refert Theophanis de Diæta Librum ad Constantinum Porphyrogennetam. Medicinæ autem introductio, de quâ hîc agitur, procul dubio Artis Medicæ Synopsis est, ex Oribasii potissimùm scriptis in septem libros, Capita verò 296 digesta, & eidem Constantino inscripta.

Ejusdem [363] Explicatio in Analytica Ariſtotelis.

[363] Explicationis hujus nulla, quòd ſciam, alibì fit mentio.

Galeni [364] in Hippocratem.

[364] Spiſſum oportuit volumen illud eſſe, ſi omnes Galeni in Hippocratem Commentarios continuit.

Nicolai, [365] Patriarchæ Conſtantinopolitani, de Imperatore, Principibus, Patriarcha, Epiſcopis & Clericis.

[365] Quis è quatuor Nicolaïs, qui Patriarchæ Conſtantinopolitani fuère, Opuſculum hoc ſcripſerit non liquet, nec Scripti hujus mentionem alibì invenio, quemadmodùm nec ſuprà cod. 248 explicationis in ſcripturam.

Maximi [366] ſanctiſſimi & Confeſſoris de Monothelitis Hereticis, qui unam tantùm de Chriſto voluntatem aſſerunt. (*In chartâ Bibacinâ*).

[366] Maximus Conſtantinopolitanus Monachus, anno 662 mortuus, multa ſcripſit contra Monothelitas, quæ habentur in Operum ejus Editione Græco-Latinâ, Pariſiis, 1575 à Franciſco Combefiſio procurata, 2 vol. in-fol.

Cabaſilæ [367] Explicatio in quatuor Evangelia. (*In chartâ Bibacinâ*).

[367] Hic eſt, opinor, Nicolaüs Cabaſilas, Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, de cujus avunculo Nilo Cabaſila, Archiepiſcopo itidem Theſſalonicenſi, ſuprà cod. 41 locuti ſumus. Allatius, Libro de Nilis, fusè de utroque Cabaſilâ egit, nec tamen, quamvis hunc Catalogum triviſſet, inter Opera Nicolai Explicationem hanc Evangeliorum recenſet.

Joannis [368] Hexaphilim Explicatio compendiaria in quatuor Evangelia. (*In chartâ Bibacinâ*).

[368] Scribendum Joannis Xiphilini, ejus ipſius nempè Monachi qui Dionem in Compendium redegit, & qui Joannis Xiphilini, Patriarchæ Conſtantinopolitani, ἀδελφόπαις (quo ipſe verbo de ſe loquens, in Auguſto utitur, id eſt, ex fratre nepos) vixit ſub Michaele Ducâ, imperii ab anno 1071 ad 1078 potito.

Actiones [369] octavæ Synodi Florentinæ ſub Imperio Joannis Palæologi, & Joſepho Patriarcha & Papa Eugenio. (*In chartâ Bibacinâ*).

[369] De octavâ generali Synodo Florentinâ ſuprà cod. 241.

Joannis

Joannis [370] Curopalati, sivè Comitis Palatini, & quondam Brungarii Bigles, & Judicis primi sivè Præfecti Scylitzi, à regno Nicephori usque ad Imperium Isaaci Comneni, &c.

[370] Suprà cod. 148.

Catalogus Librorum Illustrissimi Principis Domini Jacobi Marmoretæ.

Joannis, [371] Monachi Zonaræ, Interpretatio in omnes Canones S. Apostolorum & particularium Synodorum, prætereàque sanctarum VII. Œcumenicarum Synodorum.

[371] Edidit Græcè & Latinè, Oxonii, 1672, in-fol. in suis Canonum Pandectis Guillelmus Beveregius, accuratiùs omnibus, quotquot anteà prodierant, editionibus.

Constantini [372] Harmenopuli Lex Judicum secundùm ordinationem Consistorii, sivè Tribunalis, sectiones sex.

[372] Suprà cod. 44.

Historia [373] Chronica Georgii Cedreni indè à constitutione Mundi.

[373] Suprà cod. 175.

Historia [374] Ecclesiastica Domini Nicephori Gregoræ. (*In chartâ Bibacinâ*).

[374] Suprà cod. 309.

Historia [375] Chronica Domini Magistri Zeth, linguâ vulgari, indè à creatione mundi.

[375] Meliùs scribitur Seth, ut suprà, cod 211 & 314.

Somniorum [376] Interpres exactus Nicephori, Patriarchæ Constantinopolitani, juxta Alphabetum.

[376] Non Nicephoro, Patriarchæ Constantinopolitano, ejus nominis primo, qui anno 815 depositus, in Monasterio tredecim post annis obiit, tribuitur hic libellus, sed alteri, qui 1259 per annum tandem sedit. Sunt tamen qui tribuant Nicephoro Gregoræ, centum post annis viventi.

rr

Joannis [377] Grammatici Chœrobosci Explicatio in octo partes Orationis.

377 Georgii quidem Chœrobosci Opuscula Grammatica frequenter memorantur, sed Joannes Chœroboscus planè ignotus. Vide infrà cod. 409.

Pantaleonis, [378] Diaconi & inclyti, Orationes Panegyricæ totius anni, sivè XII. mensium, in festos, & Dominicos dies.

378 Diaconum & Chartophylacem magnæ Ecclesiæ Constantinopoleos passim nominant eum Scriptores; quin & nonnulli Dominicanum eum fuisse, & anno 1252 vixisse statuunt, quibus assentitur J. A. Fabricius, Bibl. Græcæ voluminis decimi, p. 422: ego dubitare malo.

Justini [379] Philosophi & Martyris Explicatio in S. Dionysium Areopagitam, Episcopum Athenienscm, Hierarchia Ecclesiastica mystica, sivè arcana Theologia. (*In chartâ Bibacinâ*).

379 Opus ψευδεπίγραφον.

Euclides [380] totus.

380 Suprà cod. 171.

Origenis [381] Explicatio in Psalterium David, & rursus in explicationem Origenis habet solutionem explicationis Joannes Mabropoda, Metropolitanus Sanctiss. Metropoliticæ Ecclesiæ Euchaitarum, atque ipse Origenes, ubi habet suam explicationem; filius est S. Hypoliti Philosophi & Martyris. (*In chartâ Bibacinâ*). (Hæc sunt contra historiam).

381 Codex de quo hîc agitur continebat Origenis in Psalmos Explicationem, cui ad majorem lucem addita erant Joannis Mabropodis, Euchaitorum Metropolitæ, Scholia. Joannes *Mabropodis*, pro Joannes *Mabropus*, videbitur quibusdam erratum Typographicum, aut barbarismus: sed proba est lectio, supponens τὸ υἱὸς per ellipsin, ut Joannes Mabropodis idem sit, ac Ἰωάννης ὁ τοῦ μαύρου ποδὸς, Joannes scilicet *Nigri-Pedis*, sivè *Nigripes*, μαῦρος enim pro μαῦρος ætas sequior dixit. Quod sequitur de Origene, Hippolyti filio, μετωνυμικῶς indicat Origenem in suâ Psalterii Explicatione, ita Hippolyti vestigiis inhæsisse, ut hic pater, ille filius videretur.

Ejusdem [382] Origenis Explicatio in Acta Apostolorum, &

in Epistolas Pauli Apostoli. (*In chartâ Bibacinâ*). (Latinè extat, sed non Græcè).

382 Supersunt modica fragmenta Græcè.

Gregorii 383 Nazianzeni Theologicus Liber, cujus initium Resurrectionis dies. (*In chartâ Bibacinâ*).

383 Pro *Theologicus* scribendum erat, *Theologi*. Liber autem de quo hîc agitur, λόγος est jam suprà exhibitus, cod. 63.

Manuelis 384 Moscopuli Grammatica. (*In chartâ Bibacinâ*).

384 Suprà codd. 18 & 308.

Germani 385 Constantinopolitani Orationes Panegyricæ. (*In chartâ Bibacinâ*).

385 Orationes hæ sunt Germani secundi, de quo suprà cod. 54.

Nicetæ, 386 Metropolitani Heracliæ, Explicatio in Gregorium Nazianzenum Theologum, dubitationes & solutiones. (*In chartâ Bibacinâ*).

386 Suprà cod. 68.

S. Athanasii, 387 Archiepiscopi Alexandriæ, Explicatio in Psalterium David.

387 Explicationis illius quod superest prodiit Græcè & Latinè, Parisiis 1698. Athanasii operum Tom. II. Obiit Athanasius 2 Maii 372.

Ejusdem 388 Orationes Dialecticæ contra Arium, quibus disputavit disseruitque coram amantiss. Christi amante, & Apostolis æquali, Constantino magno in sanctâ primâ Œcumenicâ Synodo, sivè universali, quæ habita fuit Niceæ in civitate Bithyniæ. (*In chartâ Bibacinâ*).

388 Opus Spurium.

Ejusdem 389 Orationes Panegyricæ sivè conciones in XII. Festa Dominicalia, præterea in particulares Sanctos, quorum Festa celebrantur in primum Septembris initium indicti, sancti magnique Martyris Demetrii Myroblitæ, S. Apostoli Philippi,

S. Patris nostri Eusebii Pamphyli, & aliorum multorum Sanctorum. (*In chartâ Bibacinâ*).

389 Spuria omnia, & manifestè falsa. Demetrius Thessalonicensis, sub Maximiano Martyr, hîc memoratus, *Myrobleta*, vel *Myrobluta* nomen tulit, quòd ex ejus sepulchro Thessalonicæ unguentum medicum jugiter scaturiret.

Joannis 390 Octarii Explicatio in libros de naturâ Aristotelis, & de omnibus animalibus terrenis, & marinis, volatilibus.

390 *Actuarii* scribendum erat, Α'κτουαρίου. Joannes Actuarius, Medicus (Græcus) Christianus, Arabice sciens, vivebat, non anno 1100, ut perperam statuit Renatus Morellus, sed centum & ampliùs post annis, ut meliùs Lambecius.

* Petrus Lambecius, de quo hactenùs frequens fuit mentio, inter decimiseptimi seculi Doctos, doctissimus, Hamburgi natus, an. 1628, ejusdem Urbis Collegii Rector. 1660, è patriâ Romam secessit Catholicam fidem professurus; illinc in Germaniam reversus, ab Imperatore Vindobonensi Biblioth. Cæsareæ Præfectus fuit, Consiliarii Aulici, & Historiographi Cæsarei titulis decoratus, obiit Vindobonæ, an. 1680.

Nicephori 391 Figuli, sivè Kæramæos, Explicatio & Sermones varii in sacro-sanctum Evangelium.

391 Verus harum Homiliarum scriptor est Theophanes Cerameus, Siculus, Tauromenii, vel in vicino agro, qui nomen *Mascalis*, natus, Archiepiscopus Tauromenitanus fuit, medioque circiter duo-decimo seculo vixit. Malè hîc Nicephorus appellatur, nec meliùs alibi, modò Gregorius, modò Georgius, addito tamen semper Figuli, vel, quod idem est, Ceramei cognomine. Hodiè, spuriis omnibus his nominibus ablegatis, Theophanes Cerameus unicè dicitur. Ejus Homilias doctus Jesuita Franciscus Scorsus è variis codicibus collectas eleganti Latinâ interpretatione donavit, & Parisiis Græco-Latinas edidit, 1644, in-fol.

Epiphanii, 392 Archiepiscopi Constantiæ Cypri, Liber Physiologus dictus, sivè de rerum naturâ, quem collegit ex præclaro libro S. Patris nostri Basilii magni Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopi, quem is magnus vir scripsit in opus sex dierum Mosis Prophetæ, &c. (*In chartâ Bibacinâ*).

392 Consalus Poncius, Physiologi Epiphaniani Latinus interpres, inter alia quibus hoc scriptum Epiphanio vindicat argumenta, non alii Auctori observat illud tribui, in veteribus codicibus celebriorum totius orbis Biblio-

thecarum, quas dum recenſet, etiam & Marmoretanam non omittit, Catalogum hunc ſextum indicans, quem ſeptimum calculo lapſus numerat. Quod autem Epiphanii Libellum ex Baſilii in ἑξαήμερον Homiliis excerptum fuiſſe hîc notatur, à nemine id anteà, quòd ſciam, fuerat animadverſum.

Catalogus Librorum Illuſtriſſ. Principis Domini Joannis Suzi.

Hiſtoria [393] Georgii Gemiſtæ, de bello geſto in Mantaneia.

393 Suprà cod. *36.*

Ejuſdem [394] Explicatio in Analytica Ariſtotelis.

394 Hujus Libri mentionem alibi quàm hîc à ſe non viſam teſtatur Allatius de Georgiis.

Epitome [395] in Metaphyſica Ariſtotelis doctiſſ. viri Georgii Pachimeræ; Joſephi Briennii Logica, cujus initium eſt: Quòt termini Philoſophiæ? (*In chartâ Bibacinâ*).

395 Pachymeres (Georgius celeber Hiſtoricus) vivebat circà 1280. Joſephus Bryennius, circà 1420.

Actiones [396] ſanctæ ſeptimæ & univerſalis Synodi Nicenæ, Imperante Conſtantino & Irene, matre ipſius. (*In chartâ Bibacinâ*).

396 Suprà cod. *96.*

Apocalypſis [397] S. Andreæ. (Obſcurè ob abreviaturam).

397 Id eſt, Andreæ Cæſarienſis Commentarius in Apocalypſim, de quo jam ſuprà codd. 104 & 107.

Apocalypſis, [398] ſivè Revelatio ſanctiſſimæ Dominæ noſtræ Deiparæ, & ſemper Virginis Mariæ.

398 Libellus eſt Apocryphus, inſcriptus Apocalypſis S. Mariæ Virginis, de Pœnis Inferorum.

Leonis [399] Philoſophi & Imperatoris Vita ex Hiſtoriâ in Patriarcham Abraham.

399 Fabulæ, nam quid Abrahamo Patriarchæ cum Leone Imperatore, quem tribus annorum millibus præceſſit, commune eſſe potuit?

Ejusdem [400] Imperatoris Historiæ particulares.

[400] Et hoc quoque, cujus mihi nulla occurrit mentio, valdè mihi suspectum.

Actiones [401] sanctæ Provincialis & Œcumenicæ Synodi Constantinopolitanæ, sub Imperio Basilii Macedonis, Constantii, Leonis & Alexandri, filiorum ipsius, & Photio, Patriarcha Constantinopolitano, & Joanne, Papâ veteris Romæ. (*In chartâ Bibacinâ*).

[401] De hâc generali falsò dictâ Synodo, suprà cod. 97.

Zachariæ [402] Rhetoris Historia Ecclesiastica.

[402] Suprà cod. 50.

Joannis, [403] Lectoris Magnæ Ecclesiæ veteris Romæ, Historia atque Vita Magni Constantini Imperatoris, Apostolorum æqualis.

[403] Suprà cod. 260.

Historia [404] Constantini Monasse.

[404] Suprà cod. 27.

Nili [405] Monachi de pane infermentato Capita 120.

[405] Allatius, cap. 19 de Nilis, meminit hujus de Fermentato, ut ipse scribit, pane tractatûs, non alio tamen indice quàm hoc Joannis Suzi Catalogo.

Liber [406] dictus Thocaras, complectens precationes ad Deum.

[406] Duæ sunt voces Græcæ, malè conjunctæ, scribe itaque τὸ χαρᾶς & subintellige βιβλίον. Simile olim vidi Gallicum vetus, cui titulus *le Manuel de Liesse*.

S. Augustini, [407] Episcopi Hipponis, Enchiridion translatum à Demetrio Cydone.

[407] Multas Demetrii hujus Græcas è Latino versiones Biblioth. suæ Græcæ Tomi X, pag. 389 numeravit J. A. Fabricius, sed hanc omisit. Diximus de hoc Demetrio suprà cod. 39.

Porphyrii [408] in decem Categorias Ariſtotelis.

[408] Suprà cod. 130.

Georgii [409] Grammatici de Syntaxi.

[409] Georgium hunc, aut Chœroboſcum, qui ſuprà cod. 377 Joannes malè nominatur, aut potiùs Lecapenum puto cujus περὶ ῥημάτων συντάξεως, de verborum Conſtructione liber, Venetiis, 1516, prodiit. Vide ſuprà cod. 147.

Manuelis [410] Moſchopuli Libelli novem.

[410] Suprà cod. 28 & 308. undè hos novem Libellos ad Grammaticam artem ſpectaſſe facilè judicatur.

Hiſtoria [411] Fr. Franciſci quomodò ſuſtulerit à Sydero Caſtro Pelam versùs, fugeritque. (*Cum figuris*). Videtur fabuloſa.

[411] De Fratre hoc Franciſco, cum neque phraſis hîc, neque ſenſus conſtet, nihil aliud poſſum dicere, niſi mihi, quaſi per nebulam, illum ipſum videri trium Epiſtolarum Auctorem, de quo infrà cod. 439.

Hiſtoria [412] Trimperii, filii Regis Provinciæ, & quomodò ceperit Margarem, filiam Regis, à Napoli N. (*Cum figuris*). Fabulæ.

[412] Videtur, quantùm ex nominum veſtigiis hariolari licet, Hiſtoria illa vernacula eſſe *de Pierre de Provence & de la belle Maguelonne*.

Hiſtoria [413] & Vita Nobiliſſimi & fortiſſimi viri, Magni Belliſarii, Ducis Romanorum. (*Cum figuris*).

[413] Refert Cangius, pag. 36. Indicis Auctorum, quibus in Gloſſario ſuo Græco-Barbaro uſus eſt, titulum fabuloſæ hujus Hiſtoriæ verſibus politicis Græco-Barbaris conſcriptæ: Ῥωμαϊκὴ ἐξήγησις περὶ Βελλισαρίου ὃν ἡ τύχη ὕψωσε καὶ τύφλωσεν ὁ φθόνος, &c.

Hiſtoria [414] nobiliſſimi Theſei, Regis Athenarum, quomodò duxerit in Amazones, bellumque geſſerit, & eas ceperit: & quomodò rursùs Athenas redierit, & cum fratre ſuo Adriano regnarit. (*In chartâ Bibacinâ cum figuris*).

[414] Omnes ejuſmodi quas à recentioribus Græcis habemus, Hiſtoriæ, paucis exceptis, carmine Politico Græco-Barbaro ſcriptæ ſunt.

Georgii [415] Chumni Byzantini historia Rythmica ab eo dicta: In principio creavit Deus cœlum, &c. usque ad Imperium Davidis & Salomonis. (*Cum figuris in chartâ Bibacinâ*).

[415] Allatius de Georgiis exscripsit hunc titulum, nihil addens de suo. Lambecius Librum quidem Georgii Chumni, in Cæsáreâ Bibliothecâ, Vindobonæ invenit, sed prosâ, non versu scriptum, ut ipsa monet Inscriptio, his verbis: Τὸ παλαιὸν διὰ στίχων ποιηθὲν παρὰ κυροῦ Γεωργίου Χύμνου τοῦ ἐκ τῆς περιβοήτου τῶν νήσων, καὶ εὐδαίμονος Κρήτης ἐκ πόλεως Χανδάκου, undè patet non fuisse Byzantinum.

Catalogus Librorum Illustriss. Principis Domini Manuëlis Eugenici.

Historia [416] Apollonii, sapientissimi & fortissimi viri. (*Cum figuris*).

[416] Fusè de hoc Libro egimus ad Bibliothecam Gallicam Verderii, in fine Litteræ A, verbo LE ROMANT D'APOLLONIUS, Tom. III. p. 192.

Oracula [417] omnia, cum figuris, putà principium Methodii, Episcopi Patarensis, visiones Danielis Prophetæ, & Cosdroæ, Regis Persarum, & Theophili, Presbyteri Romani, translata à Georgio Zegabeno, prætereaque Leonis Philosophi & Imperatoris.

[417] Suprà cod. 293.

Libanii [418] Sophistæ Epistolæ omnes, quas scripsit sub Imperio Juliani Apostatæ.

[418] Si omnes, tam editas, quàm ineditas Libanii Epistolas haberemus, ducentas propè modum & mille haberemus, rerum inanes plerasque.

Novem [419] Libelli Epistolarum; & explicat eas, primùm quidem Sanctus pater noster Gregorius Nazianzenus, Archiepiscopus Constantinopolitanus, secundò Libanius Sophista, tertiò Apollinarius, quartò Michael Psellus.

[419] Inconditus hîc & barbarè intricatus titulus extricari non potest, nisi post hæc verba, *& explicat eas*, addatur vox *Librarius*, qui scilicet illorum, ex quibus desumptæ sunt Epistolæ nomina auctorum apposuerat, quorum primus erat Gregorius Nazianzenus, secundus Libanius, tertius Appollinarius, quartus Psellus; reliqui desunt.

Constantini

Constantini [420] Cæsarei Liber de Romanâ historiâ, translatus ex Latinâ linguâ in Græcam, à Georgio Zegabeno.

[420] Minimè dubitandum quin Κωνσταντῖνος ὁ καισαρεὺς cujus Theodorus Balsamo, & Macarius Ancyranus, ille seculo duodecimo, hic 15 vivens, meminerunt, sit hic ipse de quo agitur Constantinus, non quidem *Cæsareus*, ut malè hic vocatur ab Hartungo, neque *Cæsar*, ut pessimè ab Herveto, Balsamonis interprete, sed *Cæsariensis*, quia Cæsareæ natus. Balsamonis & Macarii locos attulit Libri de Georgiis, cap. 41. Leo Allatius, cujus est hæc observatio.

Disputatio [421] quâ duo Doctores disserunt de processione Spiritûs-Sancti, scilicet prudentissimus Manuel Chrysolora cum Gregorio Palamâ, Metropolitano Thessalonicensi. (Mendum in Græco).

[421] Quæ inscribitur hîc Disputatio, non debet intelligi quasi inter Palamam & Chrysoloram viventes habita, cum Palamas qui processionem ex Filio negabat, medium ultrà seculum decimum-quartum non diù vixerit, initio verò tantùm decimi-quinti seculi, anno scilicet 1415 Chrysoloras Constantiæ obierit.

Gregorii [422] Palamæ, Metropolitani Thessalonicensis, contra Joannem Beccum.

[422] Joannes Veccus, vel Beccus, anno 1274 Patriarcha Constantinopolitanus, octo post annis depositus, anno demùm 1292 obiit. Hujus diù antè ipsum mortui opinionem de Processione Spiritûs-Sancti ex Patre & Filio Palamas Latinorum doctrinæ adversus oppugnavit.

Marci [423] Eugenici, Metropolitæ Ephesini, Liber contra Latinos, & contra Joannem Beccum de Processione Spiritûs-Sancti, & de fermentato & infermentato pane.

[423] Supra cod. 33.

Bessarionis, [424] Metropolitæ Niceæ, post octavam etiam Synodum Patriarchæ Venetiæ, sivè novæ Constantinopolis, Cardinalisque veteris Romæ, Scriptum contra Græcos. (*Nota* Venetias appellari novam Constantinopolim).

[424] Nicolaus Perottus Bessarionis, Patroni sui, 18 Novembris 1472, ætat. 77 mortui (Ravennæ) vitam accuratè scripserat, quæ periit.

Andreæ, [425] Metropolitæ insulæ urbisque Rhodi, Liber, de Processione Spiritûs-Sancti.

[425] Labbæus, Novæ suæ Bibl. manuscriptor. pag. 83 Apologiam Græcè scriptam memorat, opus Andreæ Rhodii Latinii, illam nempè Apologiam, cujus Græca inscriptio refertur, Biblioth. Dominicanæ, Tom. I, pag. 803, nam Dominicanus erat Andreas, qui & Rhodi Archiepiscopus, anno 1438, Concilio Ferrariensi, posteà Florentino dicto, interfuit: Latinii, ut apparet, cognomen ideò adeptus, tùm quòd pro Latinorum de Processione Spiritûs-Sancti doctrinâ fortiter staret, tùm quòd, etsi Græcus, Latinâ linguâ expeditè loqueretur. Idem in Actis Latinis Concilii, non Rhodius, sed Colossensis semper vocatur, quia Rhodum à famoso illo veteri Colosso, recentiores Colossum appellabant.

Sancti [426] Patris nostri Cyrilli, Archiepiscopi Alexandriæ, in locos dubios divinæ scripturæ.

[426] Collectionem esse oportet à quodam studioso factam; nullum etenim tale opus hoc titulo inter Cyrilli Opera extat. De Cyrillo Alexandrino suprà codd. 59, 108, 172.

Germani, [427] Patriarchæ Constantinopolitani, de Processione Spiritûs-Sancti.

[427] Suprà codd. 54 & 385.

Item [428] de infermentato pane, & Purgatorio igne, & de tribus modis administrandi S. Baptismatis.

[428] Fortè legendum, *Idem*; nam ejusdem Germani sunt hæc scripta, quæ licet alibì quàm in his Catalogis non visa, memorat tamen Allatius, p. 712 de utriusque Ecclesiæ consensu.

Sancti [429] Patris nostri Basilii, Archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ, Explicatio in omnes Epistolas Pauli Apostoli.

[429] Aut spurium opus est, nihil enim Basilius in Paulum scripsit, aut pro Chrysostomo Basilium oscitans Librarius obtrusit.

Ejusdem [430] Basilii Cæsareæ Cappadociæ Explicatio in Prophetæ Regii Davidis Psalterium.

[430] Extant Homiliæ Basilii 17 in 13 Psalmos. Scholia verò in Psalterium, quæ Basilii nomine Latinè tantùm prodière, sunt ex confesso notha.

* Ultimâ Sancti Basilii Operum Editio, an. 1721 inchoata, 1730 absoluta. Parisiis, 3 vol. in-fol. à D. Garnerio, Benedictino.

Dionis [431] Hiſtoria, in cujus principio deſiderantur quatuor folia.

[431] Suprà cod. 3. habetur Hiſtoria Dionis, quatuor tantùm foliis, in medio exemplaris, manca. Hîc alterum occurrit ejuſdem Dionis Exemplar, quatuor itidem foliis, non in medio, ſed feliciter in principio mancum, ſic mutuam ſibi opem ferent duo hæc Exemplaria, &, ut dixit Auſonius : *Quo caret alterutrum ſumet ab alterutro.*

Actiones [432] octavæ Synodi Florentinæ ſub imperio Joannis Palæologi, & Eugenii Papæ, & Joſepho, Patriarchâ Conſtantinopolitano.

[432] Suprà cod. 242 Patriarcha Joſephus, de quo hîc agitur, ejus nominis ſecundus, Latinorum Doctrinæ ſuffragatus, antè Concilii finem, 10 Junii 1439 Florentiæ repentè inter cœnandum expiravit.

S. Amphilochii, [433] Epiſcopi Iconii, contra impium Dioſcorum, & pro ſanctâ Œcumenicâ ſecundâ Synodo, & pro pientiſſimo Imp. Theodoſio Magno.

[433] Anno Chriſti 395, obiiſſe creditur Amphilochius, & cum eo ſimul obiiſſe dici poſſunt ejus ſcripta; nam quæ hactenùs collecta prodierunt, verè Amphilochiana pleraque non videntur, nec ſunt.

Ejuſdem [434] Amphilochii, Epiſcopi Iconii, contrà Judæos, & Arrianos, & Pneumatomachas, ſivè Macedonianos.

[434] Hujus Operis, ut & prioris, ne titulos quidem ullus veterum, aut recentiorum indicavit.

Sanctæ [435] & Œcumenicæ Synodi Florentinæ omnia.

[435] Suprà cod. 242.

Reverendiſſimi [436] Cardinalis Juliani Scriptum contra Græcos, & de ſanctâ Œcumenicâ octavâ Synodo, & de Papâ Eugenio, & de Proceſſione Spiritûs-Sancti.

[436] Julianus Cæſarinus, Cardinalis menſe Novembri 1444, Chriſtianorum exercitu à Turcis in pugnâ Varnenſi deleto, cæſus eſt anno ætatis 46. De ſcripto ejus contra Græcos videantur Acta Concilii Florentini.

Reverendiſſimi [437]; ſanctiſſimi, & doctiſſimi viri Fratris Joannis, Magiſtri Provincialis, de divinâ operatione, & de

fermentato & infermentato pane, & quòd Christus in cœnâ infermentatum discipulis dederit, prætereaque de Processione Spiritûs-Sancti; quomodò idem Spiritus-Sanctus ex Patre Filioque procedat, & quisquis non confiteatur ex Patre Filioque eum procedere, in viâ perditionis sit.

437 Joannes hic Dominicanorum Longobardiæ Provincialis, vocabatur Joannes de Monte-Nigro, quod in loco Etruriæ dicto italicè *Monte-Nero* natus esset. Disputationibus suis pro doctrinâ de Processione Spiritûs-Sancti contrà Græcos in Synodo Florentinâ inclaruit, à Josepho Methonensi, ad Marci Ephesii Epistolam respondente, propterea valdè laudatus. Quidam eum, cum Joanne de Turre Crematâ, itidem Dominicano, in eâdem Synodo eamdem doctrinam acriter tuito confundunt, non attendentes illum Italum, & Dominicanorum Insubrum Provincialem, hunc Hispanum, & Sacri Palatii tunc Magistrum, brevi posteà Cardinalem fuisse.

Ejusdem 438 Fr. Joannis, Magistri Provincialis, ad sanctam & Œcumenicam octavam Synodum, sivè etiam ad Imp. Joannem Palæologum, & ad beatissimum Eugenium Papam, & ad sanctam Synodum, nimirùm ad Archiepiscopos, & omnes quotquot inveniuntur in ipsâ octavâ Synodo.

438 Hic Tractatus quemadmodùm & prior, uterque depromptus ex hoc ipso Manuelis Eugenici Catalogo, refertur pag. 800, Tomi I. Bibliothecæ Dominicanæ, in Elogio Joannis de Monte-Nigro, qui anno 1444 adhuc in vivis erat.

Fr. 439 Francisci, Prædicatoris Magnæ Urbis Romæ, ad Manuelem Corinthium, magnæ Ecclesiæ Orientalis Constantinopolitanæ magnum Rhetorem, Epistola prima, quòd Christus infermentatum panem dederit Discipulis & non fermentatum: secunda Epistola, quòd Christus dixerit: Baptizo ego, & nequaquam baptizetur. (*Nota.* Græci baptizantes dicunt [baptizetur servus Christi] quæ forma non improbatur; sed Latini dicunt: Ego baptizo te, monstrantes cujus ministerio fiat; quod improbabant Græci).

Tertia Epistola de divinâ operatione & de creato & increato, & de divino Lumine, quod in monte Tabor apparuit, de eoque quòd transformatus sit Christus de tribus discipulis suis, & splendu-

rit facies ejus, ut Sol: veſtimenta autem ejus facta ſint alba ſicut lumen. Quarta Epiſtola de Purgatorio igne, quòd ſit ignis purgatorius animarum. Ac quatuor Apologiæ, ſivè Defenſiones, atque Epiſtolæ ipſius Manuelis Magni Rhetoris ad eumdem Fr. Franciſcum, Prædicatorium Monachum. Prima quòd fermentatum panem dederit Chriſtus diſcipulis ſuis, & non infermentatum. Secunda quòd acceperimus ab Apoſtolis & à Patribus dicendum eſſe: Baptizetur ſervus, & non, Ego Baptizo. Tertia de divinâ operatione & transfiguratione quomodò Patres loquuti ſunt. Quarta quòd non ſit Purgatorius ignis animarum, quemadmodùm Latini ſentiunt.

439 Anno circiter 1500. Frater Franciſcus Prædicator magnæ Urbis Romæ, id eſt, Monachus Dominicanus, nomine Franciſcus, pro Eccleſiâ Romanâ contrà Græcam diſputans, ad Manuelem Corinthium, magnum Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Rhetorem, quatuor has Epiſtolas Græcè ſcriptas miſit. Editæ autem hactenùs non fuerant hæ Fratris Franciſci Epiſtolæ, ſed tantùm Concluſiones Theologicæ decem, brevi ſchedulâ comprehenſæ, quibus Manuel reſponſionem prolixiorem oppoſuit. Prodiit utrumque ſcriptum Lugduni Batavorum in variis Sacris Stephani le Moyne 1685, Græcè & Latinè. Vid. Biblioth. Dominic. Tom. I, pag. 897.

De Medicina 440 Liber antiquus & magnus, in cujus principio deſiderantur quatuor paginæ.

440 Ex eorum fortè Collectaneorum numero quæ dicebantur Ἰατροσόφια.

Manuelis 441 Moſcopuli Grammatica.

441 Suprà cod. 28.

Ejuſdem 442 Manuelis novem libelli.

442 Omnes Grammatici.

Hermogenes 443 Rhetor, cum omnibus Scholiis ipſius.

443 Suprà codd. 21 & 112.

Ariſtophanis 444 novem Comœdiæ.

444 E ſuperſtitibus Ariſtophanis Comœdiis exhibentur hîc tantùm novem, quia poſtremæ duæ Θεσμοφοριάζουσαι & Λυσιστράτη latuêre, donec ex Urbinate Bibliothecâ depromptæ Typis Bernardi Juntæ, 1515, Florentiæ primùm ederentur. Vide ſuprà cod. 23.

Constantini [445] Lascaris Bizantini Grammatica.

[445] Suprà cod. 117.

Homerì [446] Rhapsodiæ 24.

[446] Incertum an Ilias, an Odyssea, tam hæc enim quàm illa Rhapsodiis 24 constat.

Michaelis [447] Pselli Explicatio in Psalterium David.

[447] Hanc Psalterii explicationem Allatius, *de Psellis*, ignotam sibi fatetur, testatus eam unicè in Joannis Suzii (Manuelis Eugenici dicere debuit) Catalogo referri.

Ejusdem [448] Michaelis Explicatio in librum Dioscoridis, &c. (Pars hujus edita est anno 1570).

[448] Hîc ad Suzii & Manuelis Catalogos remittit Allatius. Ad Manuelis benè, ad Suzii malè.

Ejusdem [449] Michaelis in Gregorium Nazianzenum, &c.

[449] Annotationes in locos aliquot Gregorii Nazianzeni scripsit Michael Psellus, quas latinè tantùm puto editas. Rursùs autem hîc Joannem Suzium, pro Manuele Eugenico, nominat Allatius.



ENCOMION

CHALCOGRAPHIÆ (1).

Inclyta laudantur secli monumenta prioris,
Artifici quæ sunt elaborata manu.
Hæc quia fixa manent operosæ pondere molis,
Et sumptus Crœsi vix gravis arca feret:
Illa sed excoluit mirâ labor improbus arte,
Lividus & rabido carpere dente timet.
Sic sua Pyramidum jactat miracula Memphis,
Sic Ephesus Triviæ Dædala phana canit.
Æratis Babylon muris sic alta superbit,
Regia Mausoli sic quoquè busta micant.
Non referam simulachra Jovis, Rhodiumque Colossum,
Non, quod mortales deliciasque vocant,
Non hortos, Thermas, non Cæsaris Amphitheatrum,

(1) Elegiacum hoc in Typographiæ laudem Poëma, Joannis cujusdam Arnoldi Bergellani est, Moguntiæ primùm anno 1541 editum in-4°. Albertoque Brandeburgensi, Archiepiscopo Moguntino & Cardinali, inscriptum. Id Corollarii loco Verderius Bibliothecæ Constantinopolitanæ adjecit, nec ego desiderari volui. Auctor quid esset Prælum Typographicum probè norat, cui se inopiâ coactum, operam dedisse, ac per quindecim annos indè victum parasse ingenuè fatetur his carminis sui versibus 165 & 166.

Res operosa quidem est, blandis sed grata Camœnis,
Et nobis victum per tria lustra dedit.

Eum Naudæus & Mentelius, ille, ut curiosum Scriptorem & diligentem, hic ut ingeniosum & eruditum laudarunt; sunt & qui, Mallinkrotii fide, doctissimum crediderint. Nos tenuis esse admodùm venæ Poëtam, sermonem incultum, etiam pueriliter sæpè contrâ Metri leges peccantem non dissimulamus, in quo laudandus magis conatus quàm ars extollenda.

Sed cedat, magno quicquid in orbe nitet.
Artis namque novæ natum est opus, arte magistrâ:
Id quod divini numinis instar erit:
Conflatis docuit libros quæ cudere signis,
Et Præli dociles exprimit aptè typos.
Hîc, ubi postremo descendit gurgite Mœnus, (1)
Excipit & socias littore Rhenus aquas;
Hanc peperit captis antiqua Moguntia muris, (2)
Horrida dum tristis fata canebat avis.
Et lupus infrendens, hostili percitus irâ,
Innocuas septis dilacerabat oves.
Viperaque ut prodit, corroso ventre parentis,
Fractis sic portis ars patefacta fuit.
Secula bis septem numerabant ordine fati
Christigenæ, hinc illis lustra decemque dabant, (3)
Tertius ac orbis Fridericus frena regebat,
Candida qui placidæ nomina pacis habet.
Litera de rigido quia nunc deducitur ære,
Chalco illam graphiam Græcia gnara vocat. (4)
Theutonicæ gentis decus, immensusque thesaurus,
Tempore qui prisco nullius usûs erat.
Quem non damnoso tineæ corrumpere dente,
Neque situs turpi perdere labe, valent.
Auctorem quærunt, primos qui reperit hujus
Archetypos artis, primaque puncta tulit;
Decertantque duæ, non parvi nominis, urbes.
Qualibet artificem vendicat usque sibi.
Annalesque tuos quidam, Germania, torquent,

(1) Chalcographia primùm Moguntiæ prodiit.
(2) Hîc tangitur historia de captâ Moguntiâ.
(3) Tempore Friderici tertii Typographia est inventa.
(4) Undè Calcographia nomen est sortita.

Bullatas

Bullatas nugas hâc quoque parte vomunt.
Sed te ne fallat mendacis opinio vulgi,
Illiûs referam quæ sit origo rei.
Clarus Joannes en GUTEMBERGIUS *hic est,* (1)
A quo, ceu vivo flumine, manat opus.
Hic est Aonidum custos fidissimus, hic est,
Qui reserat latices, quos pede fodit equus.
Quam veteres nobis Argenti voce notarunt,
A puero fertur substinuisse virum.
Illa sed huic civi largita est munera grata,
Cui clarum nomen Mogus habere dedit. (2)
Primitias illîc cœpit formare laboris,
Ast hîc maturum protulit artis opus.
Stemmate præstabat, vicit virtute sed illud,
Dicitur hinc veræ nobilitatis Eques.
Annulus in digitis, erat illi occasio prima, (3)
Palladium ut cœlo sollicitaret opus.
Illum tentabat molli committere ceræ,
Redderet ut nomen litera sculpta suum.
Respicit archetypos, auri vestigia lustrans,
Et secum tacitus talia verba refert:
Quàm bellè pandit certas hæc orbita voces,
Monstrat & exactis apta reperta libris.
Quid! si nunc justos, æris ratione reductâ,
Tentarem libros cudere mille modis?
Robora prospexit dehinc torcularia Bacchi,
Et dixit, præli forma sit ista novi.

(1) Jo. Gutembergus primus Typographiæ inventor.
(2) Chalcographia Argentinæ primùm attentata & incepta, sed Moguntiæ colophonem accepit.
(3) Insignia aurei annuli prima occasio chalcographiæ inveniendæ fuère.

At postquàm nunc hâc, illâ nunc parte moratur, (1)
Supplicibus votis sydera celsa petit:
Magne Pater Superum, verbo qui cuncta gubernas,
Elice, sunt animo quæ meditata meo:
Namque potes, nec erit, quod non tua dextera possit,
Arguit hoc ingens Mundus, inane Chaos.
Et liceat plenis pelagus transcurrere velis,
Littus ad optatum, quo rate tutus ero.
Te duce, Pieridum conabor scandere rupes,
Tu modò luctanti porrige sæpè manum.
Te sine mens nil nostra potis conarier unquam,
Flamine ni præsens pectora cæca regas.
Sit fas æratos calamos vulgare per orbem,
Atque novas edant præla futura notas.
Dixit & à læva tonitru resonabat Olympus,
Jupiter & voluit pondus habere preces.
Comprobat hoc Phœbus citharâ, celebrisque Minerva
Annuit, & dulci turba novena chely.
Talibus auspiciis divinos concipit ignes,
Ac iterùm manibus sedulus urget opus.
Et nunc sollicitum curvo caput ungue retractat,
Nunc varias graphio lustrat ubique vias.
Qualiter & negligit crudos sine imagine natos
Ursa, Calidonio monte relicta parens.
Quos tandem reperit, lambendo effingit, alitque,
Et fovet in tepido pignora blanda sinu.
Sic auctor loca sola petit, tacitosque recessus,
Ac fastiditum sæpe relinquit opus.
Pœnitet & facti, retrò vestigia flectit,
Adque rudes fœtus fertque, refertque pedem.

(1) Præli Typographici forma, & undè occasio sumpta.

Hos colit, hos format, hos digerit ordine certo,
Ardet & inceptæ perficere artis opus.
Neque erat ulla dies Eoas vecta sub auras,
Quâ non sit vigili litera sculpta manu.
Atque notas vocum finxit de duro orichalco,
Nobile Phœnicum quas dedit ingenium.
Altera sed rebus succrescit cura renatis, (1)
Inventis uti mens generosa nequit.
Implorat placidos Zephyros, & carbasa pandit,
Hæret & in scopulis nescius auxilii.
Cumque illi starent cælata toreumata magno,
Et labor angustas attenuabat opes,
Artis nec poterat certos extundere fines,
Inceptum statuit jamque relinquere opus.
Consiliis tandem Fausti persuasus amicis, (2)
Viribus exhaustis qui tulit auxilium,
Addidit ac operi lucem, sumptumque laboris,
Faustus, Germanis munera fausta ferens.
Et levi ligno sculpunt hi grammata prima, (3)
Quæ poterat variis quisque referre modis.
Materiam bibulæ supponunt indè papyri,
Aptam quam libris littore Nilus alit.
Insuper aptabant mittit quas sepia guttas
Reddebat pressas sculpta tabella notas.
Sed quia non poterat propriâ de classe character
Tolli, nec variis usibus aptus erat,
Illis succurrit Petrus, cognomine Schœfer, (4)

(1) Magna Typographiæ inveniendæ difficultas.
(2) Joannes Faustus primi inventoris coadjutor.
(3) Experientia artis jàm inceptæ circa tabulas ligneas, literis per ordinem insculptis.
(4) Petrus Schœfer, alter Gutembergi adjutor.

Quo vix cælando promptior alter erat.
Ille ſagax animi, præclara toreumata finxit,
Quæ ſanxit, matris nomine, poſteritas:
Et primus vocum fundebat in ære figuras, (1)
Innumeris cogi quæ potuêre modis.
Hic nova ſpes oritur, redit in præcordia ſanguis,
Exultant animis, pectoris inque ſinu.
Abdita tecta petunt, agitur res teſtibus abſque,
Ne fieret populo ſordida præda levi.
Nata rudi primùm res eſt tentata labore,
Mox vicit latebras ærea vena ſuas.
Ac horum poſtquam mordax eſt addita lima,
Omnibus hæc numeris reddidit illud opus.
Fontibus è parvis creverunt flumina magna,
Quæ nunc vix ſitiens Tybridis ora capit.
Atque rigant ſacro Germanos gurgite campos,
Sirius exuſſit quos face ſæpè gravi.
Imparibus numeris cœleſtia numina gaudent,
Hoc opus exegit ſic quoque ſancta Dryas.
Illo primus erat tunc Gutembergus in albo,
Alter erat Fauſtus, tertius Opilio.
Hîc quoque tres aderant Charites, Jovis inclyta proles,
Laude celebrantes mentis & artis opus.
Hinc inter ſeſe magnis hi viribus inſtant,
Atque opus exercent nocte, dieque novum.
Componunt certo certas pars ordine voces,
Pars forti torquent præla ſonora manu.
Emittunt varios cudunt quos ære, libellos,
Quîs nihil in vaſto gratius orbe fuit.
Hos ſtupet Eous, miratur & Heſperus illos: (2)

(1) Vulgò Matrices nominantur.
(2) Magna artificii hujus admiratio.

Gratantûm plausus sydera celsa ferit.
Anteà nec tales vidit binominis Ister
Merces, nec Rhenus cornibus ipse tulit.
Has quoque doctrinæ suspexit Achaïa mater,
Prætulit ac illas Attalicis opibus.
Nunc agiles manibus digitos librarius arctet,
Detque locum argutis vilis arundo typis.
Prælo nam plures describunt unus & alter
Chartas, quàm calamis officiosa cohors.
Res operosa quidem est, blandis sed grata Camœnis,
Et nobis victum per tria lustra dedit.
Utque molæ Plautus, lympharum ut sæpe Cleantes,
Illius Arnoldus sic tulit æris onus.
Quid non paupertas & rerum tristis egestas
Imperat? Innocuos impietate premit.
Hæc ars è tenebris Musas, vatesque reducit, (1)
Certaque transacti temporis acta refert.
Sensibus hæc aperit cæcis oraclà sophorum,
Explicat & summi jussa sacrata Dei.
Detegit hæc artes, ac horrida fulmina mundi:
Depingit bullas illius atque leves.
Et tibi restituit tandem, Germania, lumen,
Argo centoculo ut cautior esse queas.
Purus & ut Phœbus transcendens clymata mundi,
Illustrat radiis pectora quæque suis.
Pontigenam Cous tabula depinxit Apelles,
Et tulit hinc summum, perpetuumque decus.
Multorum hæc oculos in se convertit, & ora,
Tam fuerat doctâ linea ducta manu.
Conspicuis signis Lysippo gloria parta est,

(1) Laus Chalcographiæ.

His quoquè pascebat lumina vulgus iners.
Praxiteles Pario vincebat marmore plures,
Et multos alios vindicat artis honos.
Hæc monumenta licèt solertia finxit ad unguem,
At nomen restat præter inane, nihil.
Quid, nisi sunt mutis operata toreumata signis,
Et cinis, & rapidis attenuata notis?
Respice prætereà naturæ ditia dona,
Et rerum varias ritè videbis opes,
Frugifero tellus cornu quas parturit alma,
Inque sinu fidâ sedulitate fovet.
Sunt, quas extollit medicâ Podalyrius arte,
Hæc regum mensis digna, sed illa deûm.
Commendat nobis nonnullas rarior usus,
Nonnullæ variâ conditione juvant.
Dotibus innumeris sylvæ, campique redundant,
Eminet & multâ nobilitate mare.
Utilis usus adest plantis, & gratia gemmis,
Munus Erythræi littoris eximium.
Quem non sollicitant Pactoli littora rubri,
Stulti quæ referunt impia vota Midæ?
At nemo causas rerum, & cum fœnore merces
Naturæ cunctas enumerare potest.
Scilicet est natis non parva potentia rebus.
Maxima sed prælis, ingeniique bonis.
Namque animo præbent vires, & pectora formant,
Usus at illarum corporis esse solet.
Astrææque vias possunt ostendere certas,
Itur quîs rutili lucida ad astra poli.
Spiritus ut corpus longo discrimine vincit,
Hæc bona sic superant quicquid in orbe viret.

Hæc quia perpetuo florent monumenta vigore,
Solaque Phœnicis secula longa vident,
Illas exstirpat morsu curiosa vetustas,
Horridus ac illis auster & aura nocent.
Quæ tellus gignit, fortunæ injuria tollit,
Ast horum poterit juris habere nihil.
Fertur & alma parens caput erexisse gravatum,
Atque hos insolitâ voce dedisse sonos:
Quis deus astrorum dedit hæc miracula mundo?
Non mea sunt, sed sunt munera rara deûm.
Vix ea finierat, sequitur resonabilis Echo,
Respondens matri, munera rara deûm.
Sed quæ lingua potest justâ hæc extollere laude,
Queîs nihil utilius maximus orbis habet?
Æternas igitur grates tibi, Gutemberge, (1)
Olim persolvet vivida posteritas.
Auricomum ut solem semper splendere videmus,
Sic tuus æternâ laude nitebit honos.
Ibis ad Elyseos, ornatus tempora, campos,
Et tua nobiscum fama perennis erit.
Atque omnis cantabit Io tibi turba sororum,
Ardua Pierii quæ juga montis amant.
Prima quidem laus est, niveo quoquè digna lapillo,
Tradere si primus, quæ latuêre potes.
Estque minor virtus, inventis addere lucem,
Eruere at fontes, hoc opus artis erit.
Non tamen est Fausti studium, Petrique, tacendum,
Sed dignus gratâ est posteritate labor.
Hîc dum cernebant raras procedere merces,
Sanxerunt dextris fœdera pacta suis:

(1) Laus Jo. Gutembergi, primi inventoris.

Quæ deus, aut fortuna dabit, communia ſunto,
Æqualis noſtrum ſitque laboris onus.
Fœdera ſed lucri rarò concordia nutrit,
Indiga ſunt pacis, diſſidioque patent.
Sic poſtquam auctores quæſtus ſpes cœpit habendi,
Ad lites vertunt pectora capta leves.
In partes abeunt, ſinceraque pacta reſolvunt,
Et promiſſa cadunt, irrita ſitque fides.
Cuilibet ut propriis ſerviret pergula prælis,
Et ſibi multijugas quiſque pararet opes.
Non tulit injuſtas mens Gutembergica rixas,
Teſtatur ſuperos fœdera rupta deos.
Cauſa fori tandem pavidi defertur ad ora,
Scribitur ac illis dica nefanda fori.
Tempore ſed longo res eſt tractata dicaci
Lite, hodiè pendet judicis inque ſinu.
Quæ deus in largos mittit mortalibus uſus,
Ad damnum vertit ſortis iniqua parens;
Utilitate ſcatent calidiſſima dona Promethi,
Hæc ſi quis licitâ commoditate fovet:
Attamen egregias urbes hæc perdere cernis,
Longo quas ſtruxit tempore laſſa manus.
Quem latuit, rigidum præbet quæ commoda ferrum?
Sed pereunt illo millia multa virûm.
Sic quæſtus ſtudio nunc quiſque Typographus, atque (1)
Bibliopola libros vendit, emitque novos.
Nec curæ eſt ulli, quâ ſit liber arte politus,
Fœnoris ad fructus ſpectat avara cohors.
Sunt, quibus ingenii dotes natura negavit,
Et ſteriles merces junxit Apollo quibus,

(1) Chalcographiæ librorumque abuſus.

Hi

Hi negligunt sancti quicquid venerata vetustas
Prodidit, effingit normam ea turba novam:
Quidquid & his offert furor, atque licentia passim,
Exponunt populo sæpè legenda rudi.
Fabricat hic nugas, hic rixas seminat atras,
Spargit & in vulgus quam vomit ipse luem.
Barbariemque rudem major pars ructat in auras,
Commiscent rebus sicque profana sacris.
Hos non dexteritas, nummi sed cura dolosi
Allicit, ut tractent munera Pieridum.
Insignes titulos alius præfigere gaudet,
Atque tibi imponit nomine sæpè novo.
Nescio quos auri montes promittere gestit,
Mentem sed fallunt aurea dicta tuam.
Pluraque nonnunquam promittit fronte libelli,
Quàm quæ vix ingens bibliotheca daret.
Cætera pars quid agit? Prægnantia plaustra papyri,
Invitis Musis, commaculare solet.
Et piperis tortos discit curvare cucullos,
Chalcanto turpi quos laceravit iners.
Hos indignatur peregrinis mittere terris
Mœnus, & illorum ferre recusat onus.
Vendicat ac præsens ætas insignia libris, (1)
Et primâ facie conspicienda locat:
Sphingis & adhærent variis ænigmata linguis,
Solvere quæ solers Delius ipse nequit.
Fatali hic frameâ vacuas diverberat auras,
Nescio quas strages hacque minatur idem.
Forsan, ut afflictis Pygmæum rebus in armis
Succurrat, contra Strymonias volucres.

1) De Typographorum insignibus.

Protulit haud unquam tot fertilis Africa monstra.
Scriptores quot nunc tempora nostra leves.
Nec tot sufflatas Litiæ dant flumina ranas,
Ranas, quas viridis pœna coërcet aquæ.
Materies horum ronchi, nugæque canoræ,
Et quod mens agitat criminis omne nefas.
Affectant vitiis famam, virtute repostâ,
Ventoso ut semper plebis in ore sient.
Haud ita dissimiles multùm huic, qui templa Dianæ
Diruit, ardenti Mulciberique dedit.
Impia, sub specie veri, mendacia miscent,
Atque struunt tacito pectore mille dolos.
Hic ducibus barbam vellit, populique furorem
Excitat, & Furiis mœnia quæque petit.
Hinc alii contrà gaudent obtrudere palpum,
Pectora plus justo quælibet atra probant,
Blanditiis tollunt sævos & ad astra tyrannos,
Nigraque dejiciunt Ditis ad antra pios.
Efflant ex uno, quod dicitur, ore calorem,
Atque gelu, & nimiâ garrulitate scatent.
Illudunt sacris, applaudent sæpe profanis,
Fingitur ac albus, qui modo fuscus erat.
Et quod quisque videt cæcæ per somnia noctis,
Mane per extremas spargit ad usque plagas:
Perque deos jurat superos, & numina terræ,
Esse crucifixi summa decreta Dei.
Omnia dente petunt, fœdant spurcaque salivâ,
Digni qui Anticyræ præmia sana ferant.
A quibus & Nemesis turpissima facta reposcat,
Quò meritas pœnas improba turba luat.
Principis ac princeps lacerat caput, atque tacenda
Consilia in chartis vendere quisque solet.

De rebus magnis populi suffragia vana
Captant, quæ semper mens animosa fugit.
Quid non audebit furiosa licentia vulgi,
Talia si primi dant documenta duces?
Quæ non his oritur funesta Tragœdia nugis? (1)
Accendit quas non hæc quoquè flamma faces,
Rustica seditio belli cur cornua sumpsit?
Chartæ pellâces hoc docuêre nefas.
Has quoquè Gorgoneo perfudit sacra cruore
Progenies vulgi, quam nova secta tenet.
Quæque Numam simulat modò relligione profanâ,
Et geminos fertur ferre sub aure polos.
Omnia confundit, vertit sursumque, deorsumque,
Ac gerras præter nil sua sylva crepat.
Hæc ausa est Aquilæ Romanæ vellere pennas,
Atque aras magni commaculare Dei.
Non adeò lædunt Bombardæ fulmina dira:
Nil præter clades sit licèt illa tonent:
Nec tantùm nocuit cuiquam vis sæva cicutæ,
Quantùm famosi stigmata nigra libri.
His & mille modis essent hæc sæpè notanda,
Ast iter immodicum nostra Thaleïa fugit.
Nec molles Elegos, pugnacem at poscit Iambum
Res, Satyræ & tetrico carmine digna foret.
At tu, quem viridis, Præsul clarissime, laurus, (2)
Et toga plus pacis, quàm fera bella juvant,
Aspice, famosis læduntur ut omnia chartis,
Luditur his juvenis, decipiturque senex.
Utque sonus volucrem, piscem ut cibus unctus inescat,
Præstigiis harum sic cadit omnis homo.

(1) Libelli famosi sunt causa omnis seditionis.
(2) Apostrophe ad Albertum Præsulem, &c.

Crede mihi Princeps, harum ſpes maxima rerum,
Expugnant animos ſcripta retorta pios.
Ne dedigneris lapſis ſuccurrere rebus,
Hoc Pæan rogitat, Theſpiadumque chorus.
Præſidium mittet præſens tibi Carolus ingens, (1)
Inter Germanos gloria prima duces.
Nec minùs illarum rerum negotia tractat,
Quàm Solymi ut redimat ſacra ſepulchra ſoli:
Quove modò nunc corda ducum compeſcat iniqua,
Fœdera qui rumpunt pacis, & arma fremunt.
Et Deus omnipotens audentis facta juvabit,
Atque dabit ventis vela ſecunda tuis.
Elige Ariſtarchos, quorum cenſura, obeluſque
Latrantes corvos arguat, atque notet.
Ejice degeneres animoſo pectore halyætos,
Legitimæ ut prolis conſpiciatur honos:
Dulciſoniſque locum cygnis det garrula pica,
Audiat ac auris nil, niſi dulce melos.
Magnus Alexander, magnum qui terruit orbem,
Detentus tali ſæpe labore fuit.
Audebatque ducis vultus depingere nemo,
Præter Apelleas, arte juvante, manus,
Ne labor effigiem non veram redderet orbi,
Dedecus & pareret turpis imago duci.
Sic nec turpe puta ſimili ratione cavere,
Barbarus ut docto cedat ubique viro.
Spongia famoſis incumbat ſæpè libellis,
Et caſtos ornet lucida gemma libros.

(1) Carolus-Quintus.



AU ROY.

SIRE,

APRÈS le naturel desir de cognoistre qui prend ame en nous avecque la vie, la chose qui plus épronne les hommes à l'étude des arts & sciences, c'est, avec le contentement d'esprit, l'honneur & gloire qu'ils en espèrent recevoir, principalement si l'utilité & fruict sensible de leurs labeurs ne s'éloigne aucunement d'une si pénible recherche. Car on voit à l'œil que tant plus on étudie, tant plus croist le desir d'apprendre, & en devient-on par raison plus sage, ayant les Lettres d'elles-mêmes cette propriété de façonner & civiliser les hommes, tant hagards & barbares soient-ils. Chose vraiment admirable entre toutes les œuvres de Dieu, qu'il n'y a eu oncques en cette vie, & ne sera homme qui arrive au comble de science & perfection, & duquel on puisse dire, je ne dirai pas seulement qu'il sache trop, mais assez. Et c'est pourquoi de toutes choses y a satiété fors que des Lettres. Il n'est donc de

merveille si on a écrit tant de livres par le passé, & si on en faict encore tous les jours de nouveaux, lesquels quand & leur nouveauté apportent tousiours & avancent quelque belle conception & intelligence. En quoi de rechef se présente une chose du tout digne d'admiration, c'est que bien que plusieurs traictent d'un même subject, soit de propos délibéré, soit d'aventure, c'est tousiours toutefois avec différence & signalée diversité. Et tout ainsi que de tous les hommes, voire entre les frères même, il ne s'en trouve pas deux au monde qui en traits & fil de visage, taille de corps, mœurs & complexions se ressemblent entièrement, ni deux mains qui peignent droitement une même écriture : ainsi en est-il des livres, qui sourçant de mêmes facultés de l'ame, engendrés tous avec peine & souci plus ou moins grands, arrivés au point de leur enfantement, & mis en lumière, monstrent ouvertement de la diversité de leur nature & conception : de sorte que n'est moins émerveillable, en la livrée de tant de maîtres, l'infinité de couleurs, toutes entre-elles dissemblables, qu'en particulier l'excellence du teinct, lustre & saine vue de chacune d'icelles. Or ce qui vivement enfonce en aucuns les aiguillons de vertus, & les convie à faire entière profession d'étudier, c'est l'aveu du Prince qui en peut faire jugement, & le loyer qu'ils espèrent recevoir d'icelui : étant leur but de se rendre, en bien faisant, capables d'obtenir de sa libéralité don de quelque office ou dignité, avec entretien. Car ainsi que la température & clémence de l'air nous donne abondance de fruicts, tout ainsi l'humanité & bienfaicts du Prince produisent les excellens esprits. Qui en demanderoit aux siècles passés (je dis ceux qu'on estime les plus heureux en fertilité de grands personnages, non moins entendus aux affaires du monde & vie civile, qu'en la cognoissance de toutes sortes de lettres & philosophie) je m'assure qu'ils feroient honneur à la vérité, & confesseroient que ce qui fit florir, au tems d'Alexandre, tant de bons entendemens, ce fut pource qu'il aimoit & avançoit les Gens doctes,

comme

comme appert par les lettres qu'il écrivit à son Précepteur Aristote, faict par lui riche, par lesquelles il se plaignoit à lui de ce qu'il avoit publié les disciplines spéculatives, desquelles ce grand Roy se pensoit excellent sur tous les autres, disant ouvertement qu'il aimoit mieux passer de doctrine les hommes, que de force & richesse. Parole certainement digne d'un Monarque. Scipion l'Affriquain ne fut moins grand que lui. Aussi avoit-il pour intime amy & fidèle compaignon de toutes ses expéditions guerrieres ce sage Philosophe Polybe, dont le meur conseil & prudence ne lui acquirent moins d'heur & d'honneur en l'établissement de l'Empire, que la force de ces armes. Ce qui nous reste encore de ses écrits témoigne assez combien fut heureux ce vaillant Capitaine d'avoir auprès de soy un tel homme. Quoy d'Auguste? Celui n'ouit onques parler des lettres qui ne sait que la faveur que leur porta cet Empereur & à tous ceux qui en faisoient profession, fit son siècle en rencontre de si divins esprits, qu'il seroit bien mal aisé d'en nommer un semblable. Je parlerois de son oncle Jules, voire du corps de toute cette République. Je ne lairrois Trajan & l'estime qu'il fit de Plutarche de Chéronée. Je dirois quel fut en faveur Pyrrhe, Roy des Epirotes, à son tant aimé Cinéas, ce renommé Orateur, pour passer sous silence une infinité de semblables exemples, s'il ne pouvoit sembler à aucuns cette grace de produire & nourrir des bons esprits, n'avoir été moins ou plus propre au temps même qui pour lors vivoient. Mais que dirons nous donc du grand Roy François d'heureuse mémoire, votre ayeul, qui en cette vieillesse du monde, & comme dernier période de toutes choses louables & bonnes, chérit & honnora les Lettres, que demy-mortes qu'elles étoient auparavant lui, il leur fit recevoir le sang & l'esprit. Sous quel Roy, Empereur ou République ont-elles expérimenté plus grande bénéficence? Où étoit celuy non-seulement en France, Italie, mais par toute l'Europe, qui fût médiocrement docte, qui ne fit essay de la libéralité de ce grand Roy? Et votre Magesté,

SIRE, tient cela de ces grands personnages, qu'Elle faict cas des personnes doctes, les élève & entretient. Aussi est-Elle pourvue d'érudition. A cette cause ay-je pris la hardiesse de lui dédier cette mienne BIBLIOTHÈQUE, *contenant les œuvres que vos François ont écrit en leur langue; combien que je cognoisse que que ce n'est chose qui mérite vous être présentée, veu les graces excellentes dont nature vous a doué: qui me met en grande peine quand je vien à considérer que mon petit labeur & œuvre si légère se trouve indigne de se présenter devant vous. Toutefois la naturelle bonté de Votre Majesté fait que je l'appen à ses pieds, espérant, s'il lui plaist faire jugement de ce mien labeur, & le regarder d'un bon œil, lui faire voir, à son premier commandement, le Catalogue de tous les Auteurs & Livres en vulgaire Italien, dont j'ai dressé autre* BIBLIOTHÈQUE, *pour témoigner aux Étrangers, par le leur mêmes, de quelle fidélité & diligence j'ai usé en cette liste de nos Écrivains François, & qu'on puisse juger si votre Peuple, non moins né aux Lettres qu'aux Armes, leur doit rien de retour. Dieu, qui a soin des Roys, veuille combler Votre Majesté, SIRE, de tout bonheur & félicité.*

De Votre Magesté, le très-humble
& très-obéissant Subject,
ANTOINE DU VERDIER.

Εἰς τὴν ἀνδρὸς τῶν ἐν τοῖς πάνυ ἈΝΤΩΝΙΟΥ ΤΟΥ ΟΥΕΡΔΕΡΙΟΥ Βιβλιοθήκην τὴν φραγκικήν.

ἈΕΛΙΟΥ ποτὲ θαῦμα, βαθυκλεὲς οὔνομα φραγκῶν
　Ἀλκίμου ἠγασάμην οὕνεκα ἠνορέης.
Οὐδένα γ' Ἡρώων οὕτως ἀδαήμον' οἴω
　Ὡς καὶ μὴ γνῶναι τῶν πάλαι ἔργα μόθων.
Νυνὶ δὲ καὶ Μουσῶν καὶ κλεινῆς Παλλάδος ἔργα
　Τῶν διὰ συγγραφέων δέρκομαι εὐξάμενος.
Ἦν μὲν πρόσθε τὰ πολλὰ, περὶ δὲ καὶ ἄξια πολλοῦ,
　Τῇ δὲ διχοστασίῃ οὐ ῥὰ ἰδεῖν ἐφάνη.
Καὶ γὰρ πλεῖστα τὸ λεχθὲν ἔην ἅτε φύλλα Σιβύλλης
　Ἅττ' ἄνεμος θολερῶς ἄλλυδις ἄλλα φέρει.
Ἀσπουδῆ γε κ' ἄριστα λάθεν τάδε, καὶ ἀκλειῶς,
　Οὐκ ἐντευξομένων τοῖσδέ ποτ' εὐδοκίμων.
Ὢ πόποι, εὐκταῖον τοῖς δυσμενέουσι γε τοῦτο,
　Ἀλλοτρίους δὲ λέγω τοὺς συνεριζομένους·
Οἵγε ἀφ' ἡμῶν ταῖς Μούσαις στήσαντο τρόπαια.
　Οὐδ' ἔχω εἰπεῖν τίς ταῦτα διεσπάσατο,
Εἰ μὴ Ἄρης ἄφρων τάδε τοι κακὰ ἔρδοι, Ἀθάνα
　Ταῖς τε κασιγνήταις Πιερίσι φθονέουσας.
Καὶ γὰρ κεῖνος ἀεὶ θέτο παρθενικῇσιν ἅμιλλαν,
　Οὐ πόριμον δ' αὐτῷ τεῦξατ' ἀμηχανίην.
Ὡς γὰρ ἐπὶ Τροίῃ τῇ ἀδελφεῇ ἦρχε μάχεσθαι
　Οὐδέ τις ἀνθρώπων ἐστὶ ὃ ἀγνοέων.
Οἶμαι κ' οὐκ ἄγνωστον ὅτ' ἀμφαράβησε πεσόντος
　Τεύχε' ὑπὸ κούρης χειρὶ δαμασσαμένου.
Ἠμαύρωσε δὲ αὖτε κλέος καλὰ πολλὰ γραφόντων
　Φραγκιγενῶν, Μούσας ὧν πέρι δεινὸς ἔρως·
Γράμματα συλλήβδην μὴ ἄγεσθαι τῶνδε φυλάσσων,
　Ἐκ συναθροιζομένων μὴ μέγ' ὄνειαρ εἴη.
Ἡ δ' ἔρις ἡ ἀγαθὴ πάντας πρὸς κῦδος ἐγείρῃ,

Εἰρήνη τ' ὀλέσῃ ἐμφυλίους πτολέμους.
Ἀλλ' ἐς ἔκδικον ὄμμα, θεοί τε νόημα κακοῦργον
Μή ποτ' ἐῶσ' ἀγαθῶν εὔστοχον ἀντιπάλων.
Μνήσθησαν δὲ καὶ οὗτοι εὐφροσύνης ποτὲ Φραγκῶν,
Τῶν αὐτοὺς ἄλλων ἔξοχα ἀζομένων.
ΟὙΕΡΔΕΡΙΟΣ γὰρ ἔφυ, τὸν κ' ὄψε φίλη τέκε Πειθὼ,
Μοῦσαι δ' ἐν κόλποις τῶν Χαρίτων ἔτραφον.
Ἶφι μάχεσθαι δ' αὐτὸς Ἄρης ἐδίδαξεν ἀμείνων,
Καὶ κρατερὸν θυμῷ ἔμμεναι ἐν πτολέμοις.
Ἔξοχος ὅς γ' ἀρετῇ, δνοφερᾷ χειμῶνος ἀέλλῃ
Οἱ κοῦροι ναύταις ὡς ἀνέτελλε Διός.
Οἰκτείρας γὰρ ἑοῖο κακοῦ τὴν πατρίδα γαῖαν
Ἀβλέματος, ταύτης κήδετο ἀτρεκέως.
Μή τις ὀνειδίζων νεμεσίζετο εἰ περικαλλῆ
Τιμὴν τήνδ' ἄλλων τις καταμάρψας ἔχῃ.
Τῷ καὶ ἔπειτ' ἠρᾶτο θεοῖς δώτορσι ἐάων
Τιτθῇ, εἴγε θέμις, ἀγλαὰ θρέπτα φέρειν.
Ἔτλη πολλὰ δὲ πρόσθε καμὼν, καὶ πολλ' ἐμόγησε,
Μουνὰξ μὲν, θυμῷ οὐκ ἀέκοντι ὅμως.
Θαρσεῖν χρὴ φίλε θυμὲ, ὅδ' εἷς οἰωνὸς ἄριστος,
Ἄρθμιοι εἰς παῖδε τοι σὺν θεῷ ἐσσόμεθα·
Καὶ μόνον ἐν μεγάλοις ἄρχειν φῆσαι τὸ θελεῖσθαι.
Πωλοῦσιν δὲ θεοὶ πάντα βροτοῖσι πόνων.
Εὐκτέον οὔτιδανῷ ἐξ οὐδενὸς ἔρχεται οὐδέν.
Καὶ τίς ῥαθυμῶν τύχε διὰ στόματος;
Ἡδοναὶ αἱ μαλακαὶ μέγα χαίρετε, χαίρετε πάντα
Ἅττα καὶ ἀνδράδη ἐξαπατᾶτε νόον.
Ἔνθεος ὧδε δ' ἔφη, καὶ φειδόμενος διετέλει
Μηδεμιᾶς τ' ἔριδος, μηδεμιῆς δαπάνης.
Δρησοσύνην ἄμαχον τοῦ ἀθάνατόν τε ἐέλδωρ,
Τῶν τε πάτρων κοσμεῖν, ὧν τε γένος προγόνων,
Οὐ φαίην δ' ἂν ἐγὼν, τάχα κ' οὐ πιστεύσειαν οἱ νῦν·
Ἀλλά τις ἕξει ὅμως τῶν μετόπισθε χάριν.

ΚΑΙ ΤΟ'ΔΕ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΥΤΟΣΧΕΔΙΑΣΤΟ'Ν.

Non ſum qui verſus ex tempore fundere poſſim
O bone, nec veniunt quævis in tempora Muſæ.
Otia amant, illas neu tu expectaveris unquam
Aut turbas inter rerum, aut ad juſſa potentum.
Eſſe juvat credique Deas, & numina noſtris
Inſinuant ſua pectoribus, quà labier illis
Excutere atque hominem viſum eſt cùm ſponte recepta.
Audebo tamen, & ne pars ego ſola ſuperſim
VERDERI tibi, promeritæ præconia laudis
Extremis quanquam faciam de vindice metis.
Audebo, & prælo ſummùm currente vocatas,
(Deprecor ô veniam) ſubito ceu milite quondam
Cogit opes, præcepſque dato dux agmine fertur,
Non ipſas equidem gemino de fonte ſorores,
Sed Lugdunenſes ſi quæ tua flumina circum
Sequanicæ Nymphæ, aut Rhodanus quas educat undis,
Inſtaurant veteres miſcella ad pulpita ludos,
Ecce nec invitas (facit hoc tua gratia) duco.
Ut ſolis tamen illæ onerent hæc carmina votis,
Pauca ego quæ, ſed grata tibi & laudata ferebam,
Quæ facerent noſtri teſtatum pignus amoris.
Nam ſi quæ longo multùm ſudata labore,
Dulcia quæ lectu, vel quæ foret utile noſſe,
Victuris unquam mandarunt ſecula chartis,
Nempe tuo illud erat opus hoc quod Marte peractum,
Præſtanti ingenio explicitum, & magna quod opum vi,
Excepſent omnes, quod Francia tota locaſſit

Musarum in templo, summa vel in arce Minervæ.
Hoc tu depositæ tria jam post lustra parenti
Condixti officium Pietatis nomine sacrum,
Ausus opem primus languenti ferre tuorum.
Quodque olim agnoscant, habeant & in ore nepotes,
Arte valens unus, nulli sperata doloris
Ægri animi jam nunc solatia dîa secundis
Erectæ alloquiis tandem confessa dedisti,
Pro vita munus vitæ immortale reponens.
At quà longinquo protenta est limite Rheni,
Oceani, nostrique maris, montisque Pyrenes,
Ad famam tanti concussa est Gallia facti,
Non temere illa unquam quicquam mirata suorum,
Decerptamque bono cupiit tibi sydere laurum.
Jam sospes, ventis nuper jactatus & undis,
Nauta peregrinas quas nostra ad littora merces
Exponit magna attonitis mercede, salutem
Fluctibus ereptam Regum pro sorte paciscens,
Constructas olim, nunc pleno ut Copia cornu
Fundit opes vario tua BIBLIOTHECA recessu.
Quod si fas manes quicquam curare sepultos,
Illorum tacitam tentare hæc gaudia mentem
Credibile est, queis vita iterum de morte recepta.
At nec posteritas longis volventibus annis
Hæc unquam, auspiciis quæ tu felicibus usus
Pressisti princeps, vestigia trita relinquet.
Quin iter hoc ingressa tuum, quos Francia partus
Ingenii dabit excipiet, sperare juventus
Atque audebit idem, & laudi contendet avorum.
Hoc est quod nostræ invideat gens Itala genti,
Quodque imitentur habent per te Germanus & Anglus,
Hispanusque, Aferque, alium & quos vecta sub orbem

Obstupuit populos vis Lusitana repertos,
Nec repulit nostris sua per commercia ab oris:
Si modo, quod perhibent, non illa est barbara prorsus
Terra viris, sed felicis miracula cœli
Testatur, pulchrasque adeò est exculta per artes,
Sollicitatque suas etiam ipsa in carmina Musas.
O salve, Francis nunquam sine laude loquende
VERDERI, inferiòr nulli quos prisca tulêre
Secula, sive illos claro de sanguine virtus
Nota tulit cœlo Musarum & Martis alumnos;
Sive illos complexa sinu fortuna benigno,
A puero fovit, mentis jam & conscia rectæ
Promeritos ultrò ad summos evexit honores.
Tempus erit, nec me longè præsagia ducent,
Quæ Latium, priscis quæque æmula Græcia Francis
Multa tulit patrii decoris monumenta, situque
Obduxit nullo pro re pugnante vetustas,
Proh dolor, & nostris titulis impune superbit:
Hæc per te fatis mox in contraria versis,
Exortus nostrorum aliquis, de limine rursus
Cùm revocet fugitiva, suumque indicat honorem.
Quod si quid sperare datur modò vita supersit,
In tenui quanquam, atque animo non viribus æquis,
At pulchrum quia, non civi nunquamque loquendum,
Ire ego in adversum, Francos Herôas & inter,
Plurima laudatis tue tibi queis pagina surgit,
Armiger ut, telisque adstans ultricibus unus,
Linguæ olim patriæ spoliis ex hoste receptis,
Majorum vindex tecum decora alta referre
Haud verear forsan, veteresque reposcere palmas.
Tu verò intereà, quandò hæc te fata manebant
Ut laudanda tuis Francis exempla præires,

Pro Francis age perge tuis pugnare sepulchro,
Insignem in patriam ferre & pietatis honorem.
Nec te pœniteat magni divine laboris:
Hoc scripti genus, hæc operis compendia tanti,
Quos censes, inde ut te præmia grata sequantur,
Doctorum exornet dicta & tibi laurea frontem.
Sic exosa nefas virtus pulcherrima mortem
Despicit, humanis fato contraria rebus.

DIIS JUVANTIBUS, NOBIS VIGILANTIBUS.

ANTONIUS BAUDANUS.

Εἰς ΑΝΤΩΝΙΟΝ ΒΕΡΔΙΕΡΟΝ, τὸν τῆς Βιβλιοθήκης τῶν Φραγκικῶν συγγραφέων αὐθέντην, ἄνδρα λογιώτατον.

ΒΕΡΔΙΕΡΟΣ δεινὸς πολεμίζειν, ἠδὲ νοῆσαι,
Κῦδος ἀπ' ἀμφοτέρων ἔσχεν ἀκηράσιον,
Ἄλλοτ' Ἀρήϊφιλος, νῦν ἔργων κήδετ' Ἀθήνης,
Τῶν μεγάλων ἀρετῶν δρεψάμενος κορυφάς.
Φραγκοθρόων χρυσέην βίβλων ἐγλύψατο θήκην,
Φοίβου καὶ Μουσῶν ἀγλαΐσας τεμένη.
Ὃν δία Φραγκογενῶν μερόπων φάτις ἐνθάδε θάλλει,
Εὐθαλὲς ἡ Πιερὶς τῷδ' ἐπένευσε κλέος.

Ν. ΓΥΑΩΝΙΟΥ.

A

A MONSIEUR DE VAUPRIVAS.

ÉLÉGIE.

Ainsi comme l'on voit peint dans un payſage
Les ruſtiques maiſons d'un champêtre village,
Une ville, une tour, dont le faîte orgueilleux
Veut paſſer en hauteur l'Olympe ſourcilleux.
On voit un clair ruiſſeau ſe rouler par la pente
D'un humide rocher, qui tortueux ſerpente
Par les prez, par les champs, en dix mille façons
Imitant les détours des glaireux limaçons:
On voit dans ce tableau les collines pamprées
Rougir entre le verd des grappes empourprées
De Bacchus, qui promet au courbe vigneron
D'égaler ſes couſtaux au vigneux Cithéron:
On voit d'un ventelet trembler deſſous l'halaine
Les cheveux de Cerés qui ſaffranent la plaine:
On voit l'or des moiſſons éclatter jauniſſant
Sous le chant de Juillet qui les va meuriſſant:
Le peintre y a tiré d'une main très-experte
Une eſpeſſe foreſt, dont la perruque verte
Semble baiſer les cieux & les aſtres lécher,
Et du pied les enfers & l'abyſme toucher;
On voit d'autre coſté une freſle galée
Sillonner d'avirons la campaigne ſalée,
Et ſemble que les vents contre elle conjurez
La vueillent abyſmer dans ſes flots azurez:
Bref le peintre a ſi bien tiré ce payſage,
Qu'il ſemble que ce ſoit de nature l'ouvrage,
Et non pas de ſes doigts, car il eſt ſi bien peint,

Qu'il ſemble eſtre pluſtoſt véritable que feint
On voit en ſes couleurs le ciel & ſes eſtoiles,
L'air avec ſes oiſeaux, la mer avec ſes voiles
Et ſes moites nageurs, la terre avec ſes grains,
Les herbes & les fleurs, dont ſes rongnons ſont plains:
Ainſi mon du Verdier (que la neufaine troupe
Conduit ſur le ſommet de la beſſonne croupe,
Nourriſſon de Pallas, mignon du Délien,
Qui trompes le parquet du juge Gnoſien,
Et le barbu Nocher qui conduit en ſa barque,
Dans le palais nuiteux, ceux que meurdrit la Parque,
Par le luſtre immortel des plus rares vertus
Qui eſclairent en toy; de meſmes que là-ſus
On voit luire Phebus quand il guide les brides
De ſes fumans chevaux dans la mer des Phorcides:)
Comme dans ce tableau, ce tien fameux volume
Artiſtement depeint du crayon de ta plume,
Contient en ſes cayers le threſor precieux
Des Eſcrivains François tant modernes que vieux.
Ainſi jadis Argos de la terre Colchide
Emportoit le butin: ainſi le Priamide
Enleva, raviſſeur, la plus rare beauté
Que la terre Grégeoiſe euſt onques enfanté.
Les plus rares beautez, & les traicts plus notables
Des arts Palladiens, les dicts plus remarquables
Se liſent en ton livre, & le chaſſieux œil
Des doctes ne lit point un plus brave recueil.
Et bien que les premiers, ſoubs un ſiècle barbare,
Semblent avoir eſcrit d'un ſtyle aſſez ignare,
Tu les as mis icy, les tirant de l'oubly,
Pour rendre de tout poinct ce bel œuvre accompli:
Imitant celuy-là qui va dans les entrailles
De la terre foüir les relantes medailles,
Les urnes, les tombeaux, & les vaſes rouillez

Au creux d'une masure avidemment fouillez,
Pour mettre au cabinet d'un souverain Monarque,
Non tant pour la beauté, que pour l'antique marque
Des ruines, des lieux, des villes, des chasteaux
Moissonnez par le fer du vieillard porte-faux.
Et pour mieux contenter le François qui desire
Mettre le nez par tout, & toutes choses lire,
Soit les libres discours d'une vague oraison,
Ou bien celle qui est joincte par liaison,
L'histoire, les secrets de l'occulte Magie,
L'art de nombre & mesure, avec l'Astrologie,
Et tant de beaux escrits heureusement produicts
Par nos doctes François, ou des autres traduicts;
Si bien que le Toscan, le Latin, l'Argolique
Voyent de leurs butins la France magnifique,
France mere des arts, dont le terroir fécond
Foisonne en bons esprits & en parler facond.
Œuvre vrayment divin, (si divin se peut dire
Ce que divinement en ceste œuvre on peut lire:)
Œuvre vengeur du temps, qui brise le cercueil,
Et du pâle envieux les abois & l'orgueil.
Mais que veux-je loüer une œuvre tant loüable,
Qui monstre assez comment elle n'a de semblable,
Et qu'un autre ne peut si dignement traicter,
Veu que seul tu devois tel labeur attenter?

RODOLP. BOUTHR. *

* Rodolphe Boutrays, ailleurs *Raoul Boutrays*, en latin *Rodolphus Botereïus*, est auteur de ces 86 mauvais vers françois. Nous avons de lui des Mémoires latins *de rebus in Galliâ & penè toto terrarum orbe gestis ab anno 1594 ad 1610*, divisés en dix-sept Livres, imprimés à Paris, in-8°. en 2 vol. l'an 1610. il étoit certainement de Chateaudun, Ville qu'il appelle *Natalem*, en plus d'un endroit de ses Œuvres, tant en prose qu'en vers. Son nom est mal écrit *Boutraye* dans le Recueil in-4°. imprimé à Orléans & intitulé : *Recueil de Poëmes & de Panégyriques de la Ville d'Orléans*. Rodolphe Boutrays a vécu dans le seizième siècle & jusqu'à près de 30 ans, dans le dix-septième.

JEAN-ANTOINE DE BAIF, Secrétaire de la Chambre du Roy,

A Monsieur du Verdier, Auteur de la Bibliothèque Françoise.

SONNET.

Verdier, qui des Autheurs du langage de France
Fais comme d'un Vergier le plant laborieux,
Où tu donnes le choys de ceux qui font le mieux,
Entre ceux dont chacun assez bien faire pense.
Nostre âge ne don'ra la digne récompense,
Ny l'honneur merité des plus ingenieux:
Tousiours sus les vivans courent les envieux,
Et leur malignité sus les morts ne s'avance.
Son bon Ange accompagne un autheur qui doibt vivre,
Et qui bien jugera de la valeur d'un livre
Sans faveur ni rancueur, c'est la postérité.
Oste, je te supply, de moi toute louange:
Mes veilles dureront, s'elles ont leur bon Ange,
Et j'auray mon loyer si je l'ay mérité.

ANDREÆ GROSÆI, Medici, ad Antonium Verderium, Vallisprivatæ Dominum.

ἘΠΩΔΟΣ

Impia præcipiti calcant dum sæcla furore
Divina alumnos Palladis,
Avulsos tumulis tu contrà cogis in unum
Offersque vivos posteris.

Nempe ut per te olim sua quæ miracula jactat
Cesset vetustas tollere,
Extructumque habeat Musarum Gallia templum
Mausoleis augustius.

ANDRÉ DUCROS, au Lecteur.

ICY tu ne verras né marbre, ne porphyre,
Colonne, Pyramide, ou pareil bastiment,
Qu'on dressoit pour servir de muet monument
A ceux dont les vertus Héros les faisoient dire.
Mais en un corps unique enclos tu pourras lire,
Et veoir devant tes yeux ceux qui fatalement
Ayans eu de science orné l'entendement,
En ont pu quelque chose en leurs siècles écrire.
C'est un jardin peuplé des plus exquises fleurs
De la terre Françoise, où tu vois leurs couleurs
Tousiours représenter un Printemps délectable.
Ce n'est pas un monceau de cendres, ou d'os vieux,
C'est d'Esprits immortels un amas précieux,
Un Polyandre vif, plus que l'autre durable.

A MONSIEUR DU VERDIER.

COMME le clair Soleil de sa belle lumière
Allume les flambeaux de la céleste sphère,
Ainsi (second Phœbus) on void tes rais épris
D'une vive splendeur, en mille éteins esprits;
Aussi recognoissans que tu les fais revivre,
Il sacrent l'immortel de leur vie à ton livre:
Car tels avec les ans tant de fois repassés,

Et par mort delà Lethe étoient déjà passés,
Desquels non-seulement ore les noms renaissent,
Mais aussi le sujet des œuvres qu'ils nous laissent.
Et comme un Cosmographe, en bien peu de papier
Nous montre promptement le monde tout entier,
Sans courir ni voguer par terre & sur Neptune,
Francs d'infinis travaux d'orageuse fortune:
Ainsi tu nous fais voir, sans chercher tant de pars,
En ce volume seul plusieurs tomes épars.
Et quelqu'un pourroit bien un d'eux tout au long lire,
Qui plus n'en sauroit pas que le tien en bref dire.
Si les Romains, & ceux des Lettres inventeurs,
Eussent réduit en un (comme toy) leurs Auteurs,
Peut-être on n'eut perdu la grande Librairie
Qui jadis fût à Rome, & dans Alexandrie.
La Grèce auroit encor' plusieurs doctes écrits
Par l'eau, le feu, la guerre & le vieil temps péris;
France doit donc louer d'autant ta diligence,
Que des autres blâmer on peut la négligence.

HIEROSME D'AVOST, de Laval.

AU MESME SEIGNEUR, SUR UN SIEN ANAGRAMME.

SONNET.

L'AUTRE jour que l'Aurore apparoissoit à peine,
Dormant il me sembloit que Phébus & ses sœurs
Te faisoient, DU VERDIER, enyvrer des douceurs
Qui coulent sans séjour de leur belle fontaine.
Cléion, te dit ainsi: Toi qui, sans perdre haleine,

Ås grimpé ſur ce mont avec mille ſueurs,
Vien, ô mon cher mignon, cueillir ces belles fleurs,
Oubliant à jamais la pareſſeuſe plaine.
La vertu t'allaicta, compagnon du berceau,
L'honneur de Dieu dreſſa tes pas ſur ce couppeau.
Heureux qui comme toi, ce ſaint honneur embraſſe!
Eſcoutez, ô mortels, qui cherchez mon laurier:
Suivez l'honneur de Dieu deſſus notre Parnaſſe.
HONNEUR DE DIEU TIRA Anthoine du Verdier.

CLAUDE EXPILLY DAUPHINOIS.

TABLE




TABLE RAISONNÉE

Des Ouvrages imprimés ou manuscrits, annoncés dans la Bibliothèque Françoise de Du Verdier. Le premier chiffre indique les Volumes; le second, les Pages.

ARTICLE PREMIER.

THÉOLOGIE.

TEXTES, VERSIONS DE L'ÉCRITURE SAINTE, CRITIQUES ET ECRITS APOCRIPHES.

PERES DE L'ÉGLISE ET ÉCRIVAINS ECCLÉSIASTIQUES.


TRAITÉS CONCERNANT L'ÉGLISE, LA DISCIPLINE ECCLÉSIASTIQUE ET LA LITURGIE.

TRAITÉS ET INSTRUCTIONS SUR LES MYSTÈRES, LES SACREMENS ET DEVOIRS DE LA RELIGION.

THÉOLOGIENS MORAUX, MYSTIQUES ET ASCÉTIQUES.

Traité

CONTROVERSISTES ORTHODOXES.


TAYLOR INST

CONTROVERSISTES HÉTÉRODOXES.

ARTICLE SECOND.

JURISPRUDENCE CANONIQUE ET CIVILE.

DROIT CANONIQUE.

DROIT CIVIL ANCIEN ET NOUVEAU.

TRAITÉS PARTICULIERS DE DROIT.

ARTICLE III.

SCIENCES ET ARTS.

PHILOSOPHIE MORALE.

DE LA POLITIQUE, ADMINISTRATION, ART DE LA GUERRE, &c.

ARTICLE IV.

HISTOIRE NATURELLE, PHYSIQUE, MEDECINE, PHARMACIE, ANATOMIE ET CHIRURGIE.

PHYSIQUE SPÉCULATIVE.

PHYSIQUE - PRATIQUE, MATHÉMATIQUES ET ARTS.

ARTICLE V.

ARTICLE V.

HISTOIRE.

COSMOGRAPHIE ET CHRONOLOGIE.

HISTOIRE ECCLÉSIASTIQUE.

HISTOIRE GRECQUE ET ROMAINE.

HISTOIRE GÉNÉRALE DE FRANCE ET PARTICULIÈRE DES ROIS DE FRANCE.

HISTOIRE DES VILLES ET PROVINCES DE FRANCE.

MÊLANGES DE L'HISTOIRE DE FRANCE.

Déprécation

HISTOIRE DES DIFFÉRENS ÉTATS DE L'EUROPE.

HISTOIRE DE L'ASIE, AFRIQUE, AMÉRIQUE.

MÊLANGES HISTORIQUES.

GÉNÉALOGIES ET ART HÉRALDIQUE.

ARTICLE SIXIÉME.

GRAMMAIRE.

RHÉTORIQUE.

La

HARANGUES ET DISCOURS D'APPAREIL.

ÉPITRES, DIALOGUES, ALLÉGORIES.

ROMANS ET FABLIAUX.

ARTICLE VII.

POESIE.

TRADUCTIONS D'ANCIENNES POESIES.

Les

TROUBADOURS, POETES PROVENÇAUX ET ITALIENS.

ANCIENS POETES FRANÇOIS.

POETES FRANÇOIS.

POEMES ET AUTRES PIÈCES DE POESIES FRANÇOISES.

MYSTÈRES, TRAGÉDIES, COMÉDIES ET AUTRES PIÈCES DRAMATIQUES FRANÇOISES.

MÊLANGES DE POESIES SUR DIFFÉRENS SUJETS.

ARTICLE VIII.

PHILOLOGIE,

OU MÉLANGES SUR DIFFÉRENS SUJETS DE PHILOSOPHIE, HISTOIRE ET LITTÉRATURE.

Sculptures

Fin de la Table des Ouvrages.

TABLE ALPHABÉTIQUE

Des noms des Auteurs cités dans la Bibliothèque Françoise de DU VERDIER. *Les Volumes sont désignés par les nombres* 1. 2. 3.

A.

B.

Bourgoin,

C.

E

G

Guazzo,

M

Q.

R.

S.

P 2.

V.

X.

Y.

Z.

Fin de la Table des Auteurs.

ERRATA

Du Tom. I. de la Bibliothèque de DU VERDIER, faisant le Tom. III. des Bibliothèques Françoises.

PAGE 4, lig. 31, tué, lisez hué.
Page 170, lig. 10, Nerman, lis. Herman.
Page 193, lig. 6, Jensius, lis. Jonsius.
Page 297, lig. 5 & 7, Dôle, lis. Dol.
Page 345, lig. 26, Ramond, lis. Rémond.
Page 536, lig. 4, 1474, lis. 1574.

Tome II. de la Bibliothèque de Du Verdier. Tome IV. des Biblioth. Franç.

PAGE 2, ligne 10, Gabtiel, lisez Gabriel.
Page 31, lig. 28, 1515, lis. 1715.
Page 259, lig. 15, exierat, lis. exierant.
Page 290, lig. dernière, de Morries, lis. de Montieres.
Page 312, lig. 8, De la Caille, lis. De la Taille.
Page 439, lig. 22, l'isle en jourdain, lis. l'isle-jourdain.
Page 524, lig. 15, Tornesium, lis. Tornesio.
Page 528, lig. 21, Des Noyers, lis. De Noyers.
Page 587, ligne première, Gandin, lis. Gand.

Tome III. de la Bibliothèque de Du Verdier, Tome V. des Bibl.

PAGE 14, ligne 6, ad Elzever, lisez Ed. Elzevir.
Page 61, lig. 14, Calvinique, lis. Calviniste.
Page 177, lig. 4, Jesuaces, lis. Jesuates.
Page 177, lig. 24, DE LA BRESSE, lis. DE LA BROSSE.
Page 230, lig. 20, Guyas, lis. Guyar.
Page 232, lig. 18, Liugi, lis. Luigi.
Page 263, lig. 9, Engubio, lis. Eugubio.
Page 389, lig. 13, Magliobethi, lis. Magliabecchi.
Page 468, lig. pénultième, 1583, lis. 1683.
Page 471, lig. 31, Givry, lis. Giry.
Page 480, ligne dernière, Chevalier de Navarre, lis. Chancelier de Navarre.

Page 523, *lig.* 5. Juvenalia, *lis.* Juvenilia.
Ibid. *lig.* 28, Logus, *lis.* Lagus.
Page 544, *lig.* 15, inst. *lis.* inf.

Tome VI. des Bibliothèques Françoises.

Errata in Supplement. Epitomes Gesneri, &c.

PAGE 9, *lig.* 20, ibid, *lis.* id. ib.
Page 21, *lig.* 17. Callipolim, *lis.* Gallipolim.
Page 23, *lig.* 9, Grotonis, *lis.* Crotonis.
Page 38, *lig.* 31. delatæ, *lis.* delati.
Page 62 *lig.* 6, *ôtez la virgule après* genris.
Page 63, *supprimez à l'article de* Enimundus Bonefidius, *la note marquée d'une asterisque.*
Page 66, *lig.* 27, e vulgo, *lis.* & vulgo.
Page 119, *ligne premiere*, nationalis, *lis.* gentilis,
Ibid. *lig.* 9, deditissimum, *ajoutez* illum.
Page 138, *lig.* 23, Colomisius, *lis.* Colomesius.
Page 153, *lig.* 30, Anicensis, *lis.* Aniciensis.
Page 169, *lig.* 25, extat de illo, *lis.* extat ejusdem.
Page 220, *lig.* 19, in Præceptorem, *lis.* Præceptor.
Page 277, *lig.* 9, 1389, *lis.* 1289.
Page 316, *lig.* 21, qui nomen; *lis.* cui nomen.

APPROBATION.

J'AI lu, par ordre de Monseigneur le Chancelier, *le sixième & dernier Volume des Bibliothèques Françoises de la Croix du Maine & de Du Verdier sieur de Vauprivas*, avec les notes de Messieurs *de la Monnoye*, & *Rigoley de Juvigny*, & n'y ai rien trouvé qui puisse en empêcher l'impression. A Paris, ce 29 Octobre 1773. *Signé*, CRÉBILLON.

DE L'IMPRIMERIE DE MICHEL LAMBERT, rue de la Harpe, près S. Come.



